

Corpus Christi Watershed would like to
thank Mæstro Gustavo Adolfo Valencia
Caro for this book:

Officium Majoris Hebdomadae et Octavae
Paschae (H. Dessain 1949)

"1949 Holy Week and the Octave of Easter
with Gregorian Chant according to the
pure Vatican Edition" printed at Mechlin
(Malines) by H. Dessain—also the
printer of the "Nova Organi Harmonia"

23 July 2020

CCWATERSHED.ORG

OFFICIUM
MAJORIS HEBDOMADÆ

ET OCTAVÆ PASCHÆ

A VESPERIS SABBATI
ANTE DOMINICAM IN PALMIS
USQUE AD MISSAM SABBATI IN ALBIS

CUM CANTU

JUXTA ORDINEM


BREVIARIJ, MISSALIS ET PONTIFICALIS ROMANI

JUXTA EDITIONEM TYPICAM VATICANAM



MECHLINIÆ
H. DESSAIN

JUAN ANDRÉS
ALZATE PELÁEZ



EX LIBRIS ATQUE
DOCUMENTIS SUIS

SUMMI PONTIFICIS, SS. CONGREGATIONUM RITUUM ET DE PROPAGANDA
FIDE, NECNON ARCHIEP. MECHLINIEN. TYPOGRAPHUS

DECRETUM

Præsentem Editionem Vaticanam Officii Majoris Hebdomadæ et Octavæ Paschæ, a Dominica in Palmis usque ad Sabbatum in Albis, cum Cantu, juxta Ordinem Breviarii, Missalis et Pontificalis Romani, a speciali Commissione concinnatam, Sacra Rituum Congregatio, revisione rite peracta, probari posse censuit.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papæ XI per infrascriptum Cardinalem Sacræ Rituum Congregationi Præfectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum ejusdem Sacræ Congregationis ratum habens, hanc ipsam Editionem approbavit, atque uti typicam habendam esse declaravit. Insuper decrevit ut futuræ editiones eidem typicæ Editioni sint conformandæ. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die XXII Februarii MCMXXII.

† **A. CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. ✠ S.

ALEXANDER VERDE, Secretarius.

IMPRIMATUR

Mechliniæ, die 14 Martii 1949.


L. VAN EYNDE, VIC. GEN.

MONITUM PRO PSALMODIA

1. In mediationibus et terminationibus *unico* accentu constantibus, syllaba prima, postquam melodia tonicam reliquit, characteris crassis imprimitur.



Mi-se-ré-re me-i **Dé-us**



secundum magnam mi-se-ri-cór-**di**-am tú-am.

2. In mediationibus et terminationibus *duobus* accentibus constantibus, duæ syllabæ quibus duo accentus melodici applicantur, typis crassis indicantur.



Be-nedí-cite, ómni-a ópera **Domi-ni, Do-mino** *



laudá-te et super-exaltá-te **e-um** in sæcu-la.


3. In mediatione toni III, et in terminatione toni IV E, ubi penultimo loco habetur neuma « clivis », et ubi ea de causa superveniens anticipata adhibenda est, præter prima syllaba post tonicam, etiam syllaba supervenientis anticipatæ litteris crassis exprimitur.

III.



Sic-ut ju- ra-vit Dómi-no *

IV E.




quóni-am e- go servus tu-us sum.

4. Flexa quæ in monosyllaba vel hebraïca dictione fit *sustinendo* tantum vocem in tenore, signo — super ultimam syllabam indicatur :

v. gr. super me *

5. Clausulæ abbreviatæ ratione textus deficientis, signo —, ante textus posito, indicantur.

VIII.



* — laus Isra-ël.



ANTE DIVINUM OFFICIUM

Ante quam inchoëtur Officium, laudabiliter dicitur, sub singulari semper numero, sequens Oratio ; pro qua Summus Pontifex Pius X Indulgentiam centum dierum concessit.

Oratio

Aperi, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, perversis et aliénis cogitátionibus ; intelléctum illúmina, affectum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persólvo.

ANTE SINGULAS HORAS

Ante Matutinum, sicut et ante Laudes a Matutino extra Chorum separatas, et ante omnes Horas, præter quam ad Completorium, dicitur secreto :

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed libera nos a malo. Amen.

Ave, María, grátia plena ; Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

In principio autem Matutini ac Primæ additur secreto Symbolum Apostolorum :

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto,

natus ex María Virgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepúltus : descéndit ad inferos ; tértia die resurréxit a mórtuis ; ascéndit ad cælos ; sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, Sanctórum communionem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam ætérnam. Amen.

POST SINGULAS HORAS

In fine Laudum, vel, si post Laudes immediate subsequatur alia Hora, in fine ultimæ Horæ, sicuti et semper in fine Completorii, quamvis immediate sequatur Matutinum diei sequentis, tam in publica quam in privata divini Officii recitatione ; atque in publica insuper recitatione post alias quascumque Horas, si tunc terminetur Officium et discedatur a Choro, dicitur una e sequentibus Antiphonis finalibus beatæ Mariæ Virginis.

I. — Post Laudes ac ceteras Horas, præter Completorium, dicto Versu Fidélium animæ et Oratione Dominica secreto recitata, subiungitur :

V. Dóminus det nobis suam pacem.

R. Et vitam ætérnam. Amen.

Atque statim dicitur una ex eisdem Antiphonis finalibus, ut infra.

II. — Post Completorium vero, recitata Benedictione Benedicat et custódiat nos, immediate subiungitur una ex ipsis Antiphonis finalibus, ut infra.

Antiphonæ finales beatæ Mariæ Virginis

I. — Post Purificationem, id est a Completorio diei 2 Februarii, etiam quando transferatur Festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, usque ad Completorium Feriæ IV Majoris Hebdomadæ inclusive :

Antiphona

Ave, Regina cælórum,
Ave, Dómina Angelórum :
Salve, radix, salve, porta,
Ex qua mundo lux est orta :

Gaudere, Virgo gloriósa,
Super omnes speciósa,
Vale, o valde decóra,
Et pro nobis Christum exóra.

V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

R. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus.

Oratio

Concede, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsidium : ut, qui sanctæ Dei Genitricis memoriám ágimus ; intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eúdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Eadem Antiphona cum cantu, infra. 65

II. — A Completorio Sabbati Sancti usque ad Nonam Sabbati infra Octavam Pentecostes inclusive :

Antiphona

Régina cæli, lætare, allelúja ;
Quia quem meruisti portáre, allelúja ;
Resurréxit, sicut dixit, allelúja :
Ora pro nobis Deum, allelúja.

V. Gaude et lætare, Virgo María, allelúja.

R. Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

Oratio

Deus, qui per resurrectionem Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignátus es : præsta, quæsumus ; ut, per ejus Genitricem Virginem Mariam, perpétuæ capiamus gáudia vitæ. Per eúdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Eadem Antiphona cum cantu, infra. 642

Absoluta vero Antiphona finali cum suis Versu et Oratione, concluditur :

V. Divínium auxílium máneat semper nobíscum.

R. Amen.

POST DIVINUM OFFICIUM

Cum expletum fuerit Officium, laudabiliter dicitur sequens Oratio ; quam devote post Officium recitantibus Summus Pontifex Leo X defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas, indulsit. Dicitur autem flexis semper genibus in privata etiam recitatione, præterquam ab iis, qui ob certam infirmitatis vel gravioris impedimenti causam nequeant genuflectere.

Oratio

Sacrosanctæ et individuae Trinitati, crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ et gloriosissimæ semperque Virginis Mariæ fecundæ integritati, et omnium Sanctorum universitati sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

R. Et beata úbera, quæ lactaverunt Christum Dominum.

Et dicitur **secreto** Pater noster **et** Ave, María.



ORDO MISSÆ

Sacerdos paratus cum ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia, signat se signo Crucis a fronte ad pectus, et clara voce dicit :



n nómine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Deinde, junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam :

Introibo ad altáre Dei.

Ministri respondent :

Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Postea alternatim cum ministris dicit sequentem

Psalmum 42, 1-5

Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta : ab hómine iníquo, et dolóso érue me.

M. Quia tu es, Deus, fortitúdo mea : quare me repulisti, et quare tristis incédo, dum affligit me inimicus ?

S. Emítte lucem tuam, et veritátem tuam : ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

M. Et introibo ad altáre Dei : ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

S. Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus : quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me ?

M. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : salutare vultus mei, et Deus meus.

S. Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto.

M. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper : et in sæcula sæculórum. Amen.

Sacerdos repetit Antiphonam :

Introibo ad altáre Dei.

R. Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Signat se, dicens :

V. Adjutórium nostrum in nómine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

¹ Offic. Maj. Hebd.

Deinde junctis manibus profunde inclinatus facit Confessionem.

¶ In Missis de Tempore, a Dominica Passionis usque ad Sabbatum Sanctum exclusive, omittitur Psalmus Júdica me, Deus, cum Glória Patri, et repetitione Antiphonæ, sed, dicto In nómine Patris, Introito, et Adjutorium, fit Confessio, ut sequitur :

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis, fratres : quia peccávi nimis cogitatione, verbo et ópere (*Percutit sibi pectus ter, dicens*) : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Ministri respondent :

Misereátur tui omnípotens Deus, et, dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Sacerdos dicit : Amen et erigit se.

Deinde Ministri repetunt Confessionem : et ubi a Sacerdote dicebatur vobis, fratres, et vos, fratres, a Ministris dicitur tibi, pater, et te, pater.

Postea Sacerdos, junctis manibus, facit absolutionem, dicens :

Misereátur vestri omnípotens Deus, et, dimissis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

R. Amen.

Signat se signo Crucis, dicens :

Indulgéntiam, absolutionem, et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et misericors Dóminus.

R. Amen.

Et inclinatus prosequitur :

V. Deus, tu convérsus vivificábis nos.

R. Et plebs tua lætábitur in te.

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.


R. Et cum spíritu tuo.

Et extendens, ac jungens manus, clara voce dicit : Orémus, et ascendens ad Altare, dicit secreto :

Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitátes nostras : ut ad Sancta Sanctorum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde, manibus junctis super Altare, inclinatus dicit :

Oramus te, Dómine, per mérita Sanctorum tuorum (*Osculatur Altare in medio*) quorum reliquía hic sunt, et ómnium Sanctorum : ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

¶ In Missa solemni, Celebrans, antequam legat Introitum, benedicit incensum, dicens : Ab illo bene  dicáris, in cujus honóre cremáberis. Amen. Et, accepto thuribulo a Diacono, incensat Altare, nihil dicens. Postea Diaconus, recepto thuribulo a Celebrante, incensat illum tantum. Deinde Celebrans signans se signo Crucis incipit Introitum : quo finito, junctis manibus, alternatim cum Ministris dicit :

Kyrie, eléison. Kyrie, eléison.
Kyrie, eléison. Christe, eléison.
Christe, eléison. Christe, eléison.
Kyrie, eléison. Kyrie, eléison.
Kyrie, eléison.

Postea in medio Altaris extendens et jungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendum est, Glória in excélsis Deo, et prosequitur junctis manibus. Cum dicit Adorámus te, Grátias ágimus tibi, et Jesu Christe, et Súscipe deprecationem, inclinat caput : et in fine dicens : Cum Sancto Spíritu, signat se a fronte ad pectus.

Glória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Jesu Christe. Dómine Deus. Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Jesu Christe. Cum Sancto Spíritu, in glória Dei Patris. Amen.

Deinde osculatur Altare in medio, et versus ad populum dicit :
V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo. Postea dicit : Orémus,

et Orationes, unam aut plures, ut ordo Officii postulat. Sequitur Epistola, Graduale, Tractus, vel Allelúja cum Versu, aut Sequentia, prout Tempus aut qualitas Missæ postulat.

His finitis, si est Missa sollemnis, Diaconus deponit librum Evangeliorum super medium Altaris, et Celebrans benedicit incensum, ut supra : deinde Diaconus genuflexus ante Altare, manibus junctis, dicit :

Munda cor meum, ac lábia mea, omnipotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti ignito : ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangelium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Postea accipit librum de Altari, et rursus genuflexus petit benedictionem a Sacerdote dicens : Jube, domne, benedicere.

Sacerdos respondet :

Dóminus sit in corde tuo, et in lábiis tuis : ut digne et competénter annúnties Evangelium suum : In nómine Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Et, accepta benedictione, osculatur manum Celebrantis : et cum aliis Ministris, incenso, et luminaribus, accedens ad locum Evangelii, stans junctis manibus, dicit : *Ÿ.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo. Et pronuntians : Sequéntia sancti Evangelii secúndum N., sive Inítium, pollice dexteræ manus signat librum in principio Evangelii, quod est lecturus, deinde seipsum in fronte, ore, et pectore : et dum Ministri respondent Glória tibi, Dómine, incensat ter librum, postea prosequitur Evangelium junctis manibus. Quo finito, Subdiaconus defert librum Sacerdoti, qui osculatur Evangelium, dicens : Per evangélica dicta deleántur nostra delicta.

Deinde Sacerdos incensatur a Diacono.

Si vero Sacerdos sine Diacono et Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu Altaris, inclinatus in medio junctis manibus dicit :

Munda cor meum, ut supra, et Jube, Dómine, benedicere. Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis : ut digne et competénter annúntiem Evangelium suum. Amen.

Deinde, conversus ad librum, junctis manibus, dicit *Ÿ.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Et pronuntians : Inítium, sive Sequéntia sancti Evangelii, signat librum, et se in fronte, ore, et pectore, et legit Evangelium, ut dictum est. Quo finito, respondet Minister : Laus tibi, Christe, et Sacerdos osculatur Evangelium, dicens : Per evangélica dicta, ut supra.

Deinde ad medium Altaris extendens, elevans, et jungens manus, dicit, si dicendum est, Credo in unum Deum, et prosequitur junctis manibus. Cum dicit Deum, caput Crucis inclinat : quod similiter facti cum dicit Jesum Christum, et simul adorátur. Ad illa autem verba Et incarnátus est, genuflectit usque dum dicatur Et homo factus est. In fine ad Et vitam ventúri sæculi, signat se signo Crucis a fronte ad pectus.

Credo in unum Deum Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium, et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri : per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem descendit de cælis. **(Hic genuflectitur)** Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Virgine : Et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis : sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascendit in cælum : sedet ad dexteram Patris. Et iterum ventúrus est cum glória judicáre vivos, et mórtuos : cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dóminum, et vivificántem : qui ex Patre, Filióque procédit. Qui cum Patre, et Filio simul adorátur, et conglorificátur : qui locútus est per Prophétas. Et unam sanctam catholicam et apostólicam Ecclesiám. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatórum. Et exspécto resurrectionem mortuórum. Et vitam ventúri sæculi. Amen.

Deinde osculatur Altare, et versus ad populum, dicit *Ÿ.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo. Postea dicit : Orémus, et Offertorium. Quo dicto, si est Missa sollemnis, Diaconus porrigit Celebranti Patenam cum Hostia : si privata, Sacerdos ipse accipit Patenam cum Hostia, quam offerens, dicit :

Súscipe, sancte Pater, omnipotens ætérne Deus, hanc immaculatám hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus offero tibi Deo meo vivo, et vero, pro innumerabílibus peccátis, et offensionibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fídelibus christiánis vivis atque defúntis : ut mihi, et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Deinde, faciens Crucem cum eadem Patena, deponit Hostiam

super Corporale. Diaconus ministrat vinum, Subdiaconus aquam in Calice : vel si privata est Missa, utrumque infundit Sacerdos et aquam miscendam in Calice benedicit signo Crucis, dicens :

Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti : da nobis per hujus aquæ et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus : per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Postea accipit Calicem, et offert dicens :

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam : ut in conspectu divinæ majestatis tuæ, pro nostra, et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendant. Amen.

Deinde facit signum Crucis cum Calice, et illum ponit super Corporale, et Palla cooperit ; tum junctis manibus super Altare, aliquantulum inclinatus, dicit :

In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine : et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas jungens, elevatis ad cælum oculis, et statim dimissis, dicit :

Veni, sanctificator omnipotens æternæ Deus : **Benedicito** oblata, **prosequendo** : et bene ✠ dic hoc sacrificium, tuo sancto nomini præparatum.

Postea, si solemniter celebrat, benedicit incensum, dicens :

Per intercessionem beati Michaëlis Archàngeli, stantis a dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus bene ✠ dicere, et in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et, accepto thuribulo a Diacono, incensat oblata, modo in Rubricis generalibus præscripto, dicens :

Incensum istud a te benedictum, ascendant ad te, Domine : et descendat super nos misericordia tua.

Deinde incensat Altare, dicens :

Psalmum 140, 2-4

Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo : elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis : ut non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Dum reddit thuribulum Diacono, dicit :

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, et flammam æternæ caritatis. Amen.

Postea incensatur Sacerdos a Diacono, deinde alii per ordinem. Interim Sacerdos lavat manus, dicens :

Ps. 25, 6-12

Lavabo inter innocentes manus meas : et circumdabo altare tuum, Domine.

Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam :

In quorum manibus iniquitates sunt : dextera eorum repléta est munéribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum : redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo : in ecclesiis benedicam te, Domine.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper : et in sæcula sæculorum. Amen.

¶ **Tempore Passionis in Missis de Tempore omittitur** Glória Patri.

Deinde, aliquantulum inclinatus in medio Altaris, junctis manibus super eo, dicit :

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Domini nostri : et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Joannis Baptistæ,

et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum : ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem : et illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea osculatur Altare, et versus ad populum extendens, et jungens manus, voce paululum elevata, dicit :

Orate, fratres : ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Minister, seu circumstantes respondent : alioquin ipsemet Sacerdos :

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis (vel meis) ad laudem, et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae sanctae.

Sacerdos submissa voce dicit : Amen.

Deinde, manibus extensis, absolute sine Oramus subjungit Orationes secretas. Quibus finitis, cum pervenerit ad conclusionem, clara voce dicit : Per omnia saecula saeculorum, cum Praefatione.

Praefationem incipit ambabus manibus positis hinc inde super Altare : quas aliquantulum elevat, cum dicit : Sursum corda. Jungit eas ante pectus, et caput inclinat, cum dicit : Gratias agamus Domino Deo nostro.

Deinde disjungit manus, et disjunctas tenet usque ad finem Praefationis : qua finita, iterum jungit eas, et inclinatus dicit : Sanctus. Et cum dicit : Benedictus qui venit, signum Crucis sibi producit a fronte ad pectus.

Sequens Praefatio dicitur in omnibus Missis a Dominica Palmarum usque ad Feriam V in Cena Domini inclusive.

Per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

V. Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus : Qui salutem humani generis in ligno Crucis constituisti : ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret : et qui in ligno vincebat, in ligno

quoque vinceretur : per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Caeli, calorūque Virtutes ac beata Seraphim, socia exultatione concēlebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas, deprecāmur, supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli, et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Sequens Praefatio dicitur in omnibus Missis a Sabbato sancto usque ad Sabbatum in Albis inclusive.

In Missa Sabbati sancti dicitur : in hac potissimum nocte ; in die Paschæ usque ad Sabbatum in Albis inclusive : in hac potissimum die.

Per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

V. Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare : Te quidem, Domine, omni tempore, sed in hac potissimum die gloriosius prædicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae cāimus, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli, et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.



CANON MISSÆ

Finita Præfatione, Sacerdos extendens, elevans aliquantulum et jungens manus, elevansque ad cælum oculos, et statim demittens, profunde inclinatus ante Altare, manibus super eo positis, dicit :

Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dóminum nostrum, supplices rogámus, ac pétimus, **Osculatur Altare, et junctis manibus ante pectus, dicit :** uti accepta hábeas, et benedícas, **Signat ter super Hostiam et Calicem simul, dicens :** hæc ✠ dona, hæc ✠ múnera, hæc ✠ sancta sacrificia illibáta, **Extensis manibus prosequitur :** in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta cathólica : quam pacificáre, custodire, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum : una cum famulo tuo Papa nostro **N.** et Antistite nostro **N.** et ómnibus orthodoxis, atque cathólicæ, et apostólicæ fidei cultóribus.

Commemoratio pro vivis

Memento, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum **N.** et **N.** **Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit :** deinde manibus extensis prosequitur : et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cónita est, et nota devótio, pro quibus tibi offerimus : vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque ómnibus : pro redemptione animárum suárum, pro spe salutis, et incolumitátis suæ : tibi que reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

Infra Actionem

Communicántes, et memóriam venerántes, in primis glorióse semper Vírginis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi : Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joán-

nis et Pauli, Cosmæ et Damiáni : et ómnium Sanctorum tuórum ; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectionis tuæ muniámur auxilio. **Jungit manus.** Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super oblata, dicit :

Hanc igitur oblationem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accipias : diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatione nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. **Jungit manus.** Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, **Signat ter super oblata, bene ✠ dictam, adscrip-** tam, ra ✠ tam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris : **Signat semel super Hostiam,** ut nobis Cor ✠ pus, et semel super Calicem, et San ✠ guis fiat dilectissimi Filii tui **Jungit manus,** Dómini nostri Jesu Christi.

Qui pridie quam paterétur, **Accipit Hostiam,** accépit panem in sanctas, ac venerábiles manus suas, **Elevat oculos ad cælum,** et elevátis óculis in cælum ad te, Deum Patrem suum omnipoténtem, **Caput inclinat,** tibi grátias agens, **Signat super Hostiam,** bene ✠ díxit, fregit, dedítque discipulis suis, dicens : Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices et pollices profert verba consecrationis secreta, distincte, et attente super Hostiam, et simul super omnes, si plures sint consecrandæ.

Hoc est enim Corpus meum.

Quibus verbis prolatis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorát : surgit, ostendit populo, reponit super Corporale, et genuflexus iterum adorát : nec amplius pollices et indices disjungit, nisi quando Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum. Tunc, detecto Calice, dicit :

Símili modo postquam cœnátum est, **Ambabus manibus accipit Calicem,** accípiens et hunc præclárum Calicem in sanctas, ac venerábiles manus suas : item **Caput inclinat,** tibi grátias agens, **Sinistra tenens Calicem, dextera signat super eum,** bene ✠ díxit, dedítque discipulis suis, dicens : Accípite, et bibite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis super Calicem, attente, continue, et secrete, tenens illum parum elevatum.

Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi et æterni testamenti : mysterium fidei : qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Quibus verbis prolatis, deponit Calicem super Corporale, et dicens secrete :

Hæc quotiescúmque feceritis, in mei memoriam faciétis.

Genuflexus adorât : surgit, ostendit populo, deponit, cooperit et genuflexus iterum adorât. Deinde disjunctis manibus dicit :

Unde et memores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Filii tui Dómini nostri tam beatæ passiónis, nec non et ab inferis resurrectionis, sed et in cælos gloriósæ ascensionis : offerimus præclæræ majestáti tuæ de tuis donis, ac datis, **Jungit manus, et signat ter super Hostiam, et Calicem simul, dicens : hóstiam ✠ puram, hóstiam ✠ sanctam, hóstiam ✠ immaculatam, Signat semel super Hostiam, dicens : Panem ✠ sanctum vitæ æternæ, et semel super Calicem, dicens : et Calicem ✠ salutis perpétuæ.**

Extensis manibus prosequitur :

Supra quæ propitio ac seréno vultu respicere dignéris : et accépta habére, sicuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrificium Patriárchæ nostri Abrahæ : et quod tibi obtulit summus sacérdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hóstiam.

Profunde inclinatus, junctis manibus et super Altare positus, dicit :

Supplices te rogámus, omnipotens Deus : jube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ majestátis tuæ : ut quotquot, **Osculatur Altare**, ex hac altáris participatióne sacrosáctum Filii tui, **Jungit manus, et signat semel super Hostiam, et semel super Calicem, Cor ✠ pus, et Sán ✠ guinem sumpsérimus, Seipsum signat, dicens :**

omni benedictióne cælésti et grátia repleámur. **Jungit manus.** Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis

Memento étiam, Dómine, famulorum, famularúmque tuárum **N.** et **N.** qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dórmunt in somno pacis.

Jungit manus, orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit, deinde extensis manibus prosequitur :

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. **Jungit manus, et caput inclinat, dicens : Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.**

Manu dextera percutit sibi pectus, elata aliquantulum voce dicens :

Nobis quoque peccatóribus **Extensis manibus ut prius, secrete prosequitur :** famulis tuis, de multitudíne miserationum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martyribus : cum Joánnē, Stépiano, Matthía, Bárnabā, Ignátio, Alexándro, Marcellino, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcilia, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis : intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed vénia, quæsumus, largítor admítte. **Jungit manus.** Per Christum Dóminum nostrum.

Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, **Signat ter super Hostiam, et Calicem simul, dicens :** sancti ✠ ficas, vivi ✠ ficas, bene ✠ dicis, et præstas nobis.

Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Hostiam inter pollicem et indicem manus dexterae : et tenens sinistram Calicem, cum Hostia signat ter a labio ad labium Calicis, dicens :

Per ip ✠ sum, et cum ip ✠ so, et in ip ✠ so, **Cum ipsa Hostia signat bis inter se et Calicem, dicens :** est tibi Deo Patri ✠ omnipoténti, in unitáte Spiritus ✠ Sancti, **Elevans parum Calicem cum Hostia, dicit :** omnis honor, et glória.

Reponit Hostiam, Calicem Palla cooperit, genuflectit, surgit, et dicit intelligibili voce, vel cantat :

Per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. **R.** Amen.

Jungit manus

Orémus : Præcéptis sa-lutá-ribus móni-ti, et di-

vína insti-tu-ti-óne formá-ti, audémus díce-re :

Extendit manus

Pater noster, qui es in cæ-lis : Sancti-ficé-tur nomen

tu-um : Advéni-at regnum tu-um : Fi-at volúntas tu-a,

sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quo-ti-

di-ánum da nobis hódie : Et dimítte nobis dé-

bi-ta nostra, sicut et nos dimíttimus debi-tóribus

nostris. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem.

R. Sed lí-bera nos a ma-lo.

Sacerdos secrete dicit : Amen.

¶ Sequens cantus dicitur in diebus ferialibus.

Per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. **R.** Amen.

Orémus : Præcéptis sa-lutá-ribus móni-ti, et di-

vína insti-tu-ti-óne formá-ti, audémus dí-cere :

Pater noster, qui es in cæ-lis : Sancti-fi-cétur nomen

tu-um : Advéni-at regnum tu-um : Fi-at volúntas


tu-a, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quo-

ti-di-ánum da nobis hódie : Et dimítte nobis débi-ta

nostra, sicut et nos dimíttimus debi-tóribus nostris.



Et ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem. *R.* Sed libera



nos a ma-lo.

Sacerdos secrete dicit : Amen.

Deinde manu dextera accipit inter indicem et medium digitos Patenam, quam tenens super Altare erectam, dicit secrete :

Libera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsentibus, et futúris : et intercedente beáta, et gloriósa semper Virgine Dei Genitrice María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, *Signat se cum Patena a fronte ad pectus*, da propitius pacem in diébus nostris : *Patenam osculatur*, ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simul semper liberi, et ab omni perturbatióne securi.

Submittit Patenam Hostiæ, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, et eam super Calicem tenens utraque manu, frangit per medium, dicens :

Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Et mediam partem, quam in dextera manu tenet, ponit super Patenam. Deinde ex parte, quæ in sinistra remanserat, frangit particulam, dicens :

Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Aliam mediam partem quam in sinistra manu habet, adjungit mediæ super Patenam positæ, et particulam parvam dextera retinens super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam tenet, dicit intelligibili voce, vel cantat :




Per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens :



Pax ✠ Dómi-ni sit ✠ semper vobis ✠ cum. *R.* Et cum



spí-ri-tu tu-o.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secrete :

Hæc commixtio, et consecratió Córporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et inclinatus Sacramento, junctis manibus, ter pectus percutiens, intelligibili voce dicit :

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : dona nobis pacem.

Deinde, junctis manibus super Altare, inclinatus dicit secrete sequentes Orationes :

Dómine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis : Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis : ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ : eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris : Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Si danda est pax, osculatur Altare, et dans pacem, dicit : Pax tecum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperante Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti : libera me per hoc sacrosáctum Corpus et Sanguinem tuum ab ómnibus iniquitatibus meis, et univérsis malis : et fac me tuis semper inhærere mandátis, et a te numquam separári permittas : Qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus súmerere præsumo, non mihi provéniat in judi-

cium et condemnatiōem : sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Genuflectit, surgit, et dicit :

Panem cælestem accipiam, et nomen Dómini invocábo.

Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes Hostiæ inter pollicem, et indicem sinistræ manus, et Patenam inter eundem indicem, et medium supponit, et dextera tribus vicibus percussit pectus, elata aliquantulum voce, ter dicit devote, et humiliter :

Dómine, non sum dignus, **Et secrete prosequitur** : ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanabitur ánima mea.

Postea dextera se signans cum Hostia super Patenam, dicit :

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Et se inclinans, reverenter sumit ambas partes Hostiæ : quibus sumptis, deponit Patenam super Corporale, et erigens se jungit manus, et quiescit aliquantulum in meditatione Ssmi Sacramenti. Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si quæ sint, extergit Patenam super Calicem, interim dicens :

Quid retribuam Dómino pro ómnibus quæ retribuit mihi ? Cálicem salutáris accipiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimicis meis salvus ero.

Accipit Calicem manu dextera, et eo se signans, dicit :

Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Et sinistra supponens Patenam Calici reverenter sumit totum Sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet. Postea dicit :

Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiamus : et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempiternum.

Interim porrigit Calicem ministro, qui infundit in eo parum vini, quo se purificat : deinde prosequitur :

Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis quem potávi, adhæreat viscéribus meis : et præsta ; ut in me

non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta : Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Abluit et extergit digitos, ac sumit abluionem : extergit os, et Calicem, quem plicato Corporali, operit et collocat in Altari ut prius : deinde prosequitur Missam.

Dicto, post ultimam Orationem, **Ÿ.** Dóminus vobíscum. **R̃.** Et cum spiritu tuo, dicit pro Missæ qualitate, vel **Ite, missa est, vel Benedicámus Dómino. R̃.** Deo grátias.

Tempore Paschali, hoc est a Missa Sabbati sancti usque ad Sabbatum in Albis inclusive, in Missis de Tempore dicit : **Ÿ.** **Ite, missa est, allelúja, allelúja. R̃.** Deo grátias, allelúja, allelúja.

Dicto **Ite, missa est vel Benedicámus Dómino, Sacerdos inclinat se ante medium Altaris, et manibus junctis super illud, dicit secrete :**

Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ : et præsta ; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indígnus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihique, et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde osculatur Altare : et elevatis oculis, extendens, elevans, et jungens manus, caputque Cruci inclinans, dicit :

Benedicat vos omnipotens Deus, et versus ad populum, semel tantum benedicens, etiam in Missis solemnibus, prosequitur : Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. R̃. Amen.

In Missa Pontificali ter benedicitur, ut in Pontificali habetur.

Deinde Sacerdos in cornu Evangelii, junctis manibus dicit :

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R̃. Et cum spiritu tuo.

Et signans signo Crucis primum Altare, vel librum, deinde se in fronte, ore, et pectore, dicit :

✠ **Inítium sancti Evangelíi secúndum Joánnem.**

Vel si aliud Evangelium legendum sit : Sequéntia sancti Evangelíi, etc.

R̃. Glória tibi, Dómine.

Junctis manibus prosequitur :

Joann. 1, 1-14

In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud

Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhiberet de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus : qui non ex sanguinibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. **Genuflectit dicens :** Et Verbum caro factum est. **Et surgens prosequitur :** et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátie et veritátis.

R. Deo grátias.

Finito Evangelio sancti Joannis, discedens ab Altari, pro gratiarum actione dicit Antiphonam Trium Puerórum, cum reliquis, ut habetur in principio Missalis.



SABBATO ANTE DOMINICAM IN PALMIS

AD VESPERAS

Pater noster **et** Ave, María.

V. Deus in adjutórium.

Ant.
VI. F

B

e-ne-dí-ctus. E u o u a e.

Psalmus 143, j

Benedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas **ad** prælium, * et dígitos meos **ad** bellum.

Misericórdia mea et refúgium meum : * suscéptor meus et liberátor meus :

Protéctor meus, et in ipso **sperávi** : * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuisti ei ? * aut filius hóminis, quia réputas eum ?

Homo vanitáti símilis fac-

tus est : * dies ejus sicut umbra prætereunt.

Dómine, inclína cælos tuos, et **descénde** : * tange montes, et **fumigábunt**.

Fúlgura coruscationem, et dissipábis eos : * emitte sagíttas tuas, et conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto, † éripe me et libera me de **aquis** multis : * de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum est vanitátem : * et dextera eórum, dextera iniquitátis.

Anti-
phona

Be-ne-díctus Dómi-nus suscéptor me-us, et li-

be-rá-tor me-us.

2. Ant.
VIII. c.**B**

e-á-tus pó-pu-lus. E u o u a e.

Psalmus 143, ij**D**eus, canticum novum cantábo tibi : * in psalterio, decachódo psallam tibi.

Qui das salutem regibus : * qui redemísti David servum tuum de gládio maligno, eripe me.

Et érue me de manu filiór-um alienórum, † quorum os locútum est vanitatem : * et dextera eórum, dextera iniquitátis.

Quorum filii sicut novéllæ plantationes * in juventute sua.

Filiæ eórum composítæ : * circumornátæ ut similitudo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum foetósæ, abundántes in egréssibus suis : * boves eórum crassæ.

Non est ruína maceríæ, neque transitus : * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixerunt pópulum cui hæc sunt : * beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Anti-
phona

Be-á-tus pópulus cu-jus Dóminus De-us e-jus.

3. Ant.
I. a 3.**M**

agnus Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 144**E**xaltábo te, Deus meus, rex : * et benedicam nómini tuo in sæculum et in sæculum sæculi.

Per singulos dies benedicam tibi : * et laudábo nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi.

Magnus Dóminus et laudabilis nimis : * et magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio et generátio laudábit opera tua : * et poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquentur : * et mirabilia tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuorum dicent : * et magnitúdinem tuam narrábunt. Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructabunt : * et justitia tua exsultábunt.

Anti-
phona

Magnus Dómi-nus et laudábi-lis nimis : et

magni-túdi-nis e-jus non est fi-nis.

4. Ant.
VIII. G**S**

u-á-vis Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 144, ij**M**iserátor et miséricors Dominus : * pátiens et multum miséricors.

Suávis Dóminus universis : * et miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Confíteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua : * et sancti tui benedicant tibi.

Glóriam regni tui dicent : *

et poténtiam tuam loquén-tur :

Ut notam fáciant filiis hó-minum poténtiam tuam : * et glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum ómnium sæculorum : * et dominátio tua in omni generatióne et generatióne.

Anti-
phona

Su-á-vis Dómi-nus u-nivér-sis : et mi-se-ra-ti-ó-

nes e-jus su-per ómni-a ópe-ra e-jus.

5. Ant.
IV g.

F



i-dé-lis Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 144, iij

Fidélis Dóminus in ómni-
bus **verbis** suis : * et
sanctus in ómnibus opéribus
suis.

Allevat Dóminus omnes
qui corruunt : * et érigit
omnes elisos.

Oculi ómnium in te **spe-**
rant, Dómine : * et tu das
escam illórum in témpore
opportúno.

Aperis tu **manum** tuam : *
et imples omne ánimál bene-
dictióne.

Justus Dóminus in ómni-
bus **viis** suis : * et sanctus

in ómnibus opéribus suis.

Prope est Dóminus ómni-
bus invocántibus eum : *
ómnibus invocántibus eum
in veritaté.

Voluntátem timéntium se
fáciat : † et deprecaciónem
eórum exáudiet : * et salvos
fáciat eos.

Custódit Dóminus omnes
diligentes se : * et omnes
peccatóres dispédat.

Laudatióem Dómini lo-
quétur os meum : * et bene-
dícat omnis caro nómini san-
cto ejus in sæculum et in sæ-
culum sæculi.

Anti-
phona

Fi-dé-lis Dómi-nus in ómnibus verbis su-is,



et sanctus in ómnibus o-pé-ri-bus su-is.

Capitulum

Philipp. 2, 5-7

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo
Jesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbi-
trátus est esse se æquálem Deo : † sed semetípsum exina-
nivit, formam servi accipiens, in similitúdinem hóminum
factus, * et hábitu invéntus ut homo.

Hymnus Vexilla Regis, ut infra in Vesperis Dominicæ
in Palmis.

V. Eripe me, Dómine, ab hómine malo.

R. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona


IV. E

P

a-ter ju-ste, * mundus te non cognóvit : e-



go autem cognó-vi te, qui-a tu me mi-si-sti.



E u o u a e.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad
imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum
carnem sùmere, et crucem subire fecísti : * concéde prop-
ítius ; ut et patiéntiæ ipsius habére documénta, et resur-
rectiόνis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

AD COMPLETORIUM

Omnia ut infra in Dominica in Palmis, præter sequentia

Ant.
V. a

I



ntret o-rá-ti-o me-a. E u o u a e.

Psalmus 87

Dómine, Deus salútis
meæ : * in die clamávi,
et nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo
oratió mea : * inclina aurem
tuam ad precem meam :

Quia repléta est malis áni-

ma mea : * et vita mea infér-
no appropinquavit.

Æstimátus sum cum de-
scendéntibus in lacum : *
factus sum sicut homo sine
adjutório, inter mortuos li-
ber.

Sicut vulneráti dormiént-

tes in sepúlcris, † quorum non es memor **amplius** : * et ipsi de manu tua **repulsi** sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrósis et in **umbra mortis**.

Super me confirmátus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti **super** me.

Longe fecisti notos meos a **me** : * posuerunt me abominationem sibi.

Tráditus sum, et non egrediebar : * óculi mei languerunt **prae** inopia.

Clamávi ad te, Dómine, tota **die** : * expándi ad te **manus meas**.

Numquid mórtuis fácies mirabilia : * aut médici suscitábunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in **perditione**?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabilia tua, * et justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi : * et mane orátio mea **præveniet** te.

Ut quid, Dómine, repélles orationem meam : * avértis faciém tuam a me?

Pauper sum ego, et in labóribus a juventute mea : * exaltátus autem, humiliá-

tus sum et **conturbatus**. In me transierunt iræ tuæ : * et terróres tui conturbaverunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota **die** : * circumdedérunt me **simul**.

Elongásti a me amicum et **proximum** : * et notos meos a miseria.

Psalmus 102, j

Benedic, ánima mea, Dómino : * et ómnia quæ intra me sunt, nómini **santo** ejus.

Benedic, ánima mea, Dómino : * et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitatibus tuis : * qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui rédimet de intéritu vitam tuam : * qui coronat te in misericórdia et miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum : * renovábitur ut áquilæ **juventus tua** :

Faciens misericórdias Dóminus * et judicium ómnibus injúriam **patientibus**.

Notas fecit vias suas **Moy**si, * filiis Israël voluntates suas.

Miserátor et miséricors Dóminus : * longánimis et **multum** misericors.

Non in perpétuum irascetur : * neque in ætérnum **comminabitur**.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis : * neque

secúndum iniquitátes nostras **retribuit nobis**.

Quóniam secúndum altitudinem cæli a **terra** : * corroborávit misericórdiam suam **super timentes se**.

Quantum distat ortus ab **occidente** : * longe fecit a nobis iniquitátes **nostras**.

Psalmus 102 ij

Quómodo miserétur pater filiórum, † misértus est Dóminus timentibus **se** : * quóniam ipse cognóvit **figmentum nostrum**.

Recordátus est quóniam pulvis sumus : † homo, sicut fenum dies ejus, * tamquam flos agri sic **efflorescit**.

Quóniam spíritus pertransibit in illo, et non subsistet : * et non cognóscet **amplius locum suum**.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno, * et usque

in ætérnum **super timentes eum**.

Et justitia illius in filios filiorum, * his qui servant **testamentum ejus** :

Et mémoires sunt mandatórum **ipsius**, * ad faciendum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam : * et regnum ipsius ómnibus **dominabitur**.


Benedicite Dómino, omnes Angeli ejus : † poténtes virtute, faciéntes verbum illius, * ad audiéndam vocem sermonum ejus.

Benedicite Dómino, omnes Virtútes ejus : * ministri ejus, qui faciúnt voluntatem ejus.

Benedicite Dómino, ómnia ópera ejus : † in omni loco **dominatiónis ejus**, * benedic, ánima mea, Dómino.



Intret o-rá-ti-o me-a in conspéctu tu-o,



Domí-ne.

Reliqua ut intra in Dominica.



DOMINICA IN PALMIS

I classis Semiduplex

AD MATUTINUM

Pater noster, Ave María et Credo.

Y. Dómine, lábia mea.

Y. Deus, in adjutórium.

Invitatorium IV. o

H ó-di-e, si vocem Dómi-ni audi- é-ri-
tis, * No-li-te obdu-rá-re cor-da vestra.

Chorus : Hódie.

Psalmus 94

V e-ní-te, exsultémus Dómi-no, jubi-lémus De-o,
salu-tá-ri nostro : præ-occupémus fá-ci-em ejus in con-
fessi-óne, et in psalmis jubi-lémus e- i.

Chorus : Hódie.

AD MATUTINUM


29

Quó-ni-am De-us magnus Dóminus, et Rex magnus super
omnes de- os : quóni-am non repéllet Dóminus plebem
su- am ; qui- a in ma-nu ejus sunt omnes fi- nes
terræ, et alti-túdines mónti-um ipse cónspi- cit.

Chorus : * Nolíte.

In sequenti Psalmi versu, ad verba Veníte, adorémus et pro-
cidámus ante Deum, genuflectitur.



Quó-ni-am ipsí-us est mare, et ipse fecit il-lud, et
á-ridam fundavé-runt manus e-jus : ve-ní-te, ado-ré-
mus, et procidámus ante De-um : plorémus coram Dó-
mino, qui fecit nos, qui- a ipse est Dómi-nus De-us



Chorus : Hódie.



Chorus : * Nolíte.



Chorus : Hódie.

Non dicitur Glória Patri, sed repetitur Invitatorium ut sequitur :

Cantores : Hódie. Chorus : * Nolíte.

Hymnus



ut sòlve-ret. **3.** Hoc opus nostræ sa-lú-tis Ordo depo-
 pósce-rat; Mul-ti fórmis prodi-tó-ris Ars ut artem
 fálle-ret, Et me-dé-lam ferret inde, Hostis unde
 læse-rat. **4.** Quando venit ergo sacri Ple-ni-túdo
 témpo-ris, Missus est ab arce Patris Natus, orbis
 Cóndi-tor; Atque ventre virgi-ná-li Carne amíctus
 pródi-it. **5.** Vagit infans inter arcta Cóndi-tus præ-
 sé-pi-a : Membra pannis invo-lú-ta Virgo Ma-ter

áli-gat : Et De-i ma-nus, pe-désque Stricta cingit
 fásci-a. **V.** Sempí-térna sit be-á-tæ Tri-ni-táti gló-
 ri-a : Æqua Patri, Fi-li-óque : Par decus Pa-rá-
 cli-to : U-ní-us Tri-ní-que nomen Laudet u-ni-vér-
 si-tas. A-men.

IN I NOCTURNO

1. Ant.
 VIII. G

B

e-á-tus vir. Eu o u a c.

¶ Et non repetitur in Psalmo; quod semper fit, quando Antiphona incipit a primis Psalmi verbis. Et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, ante quod vel inchoata vel integra desinit Antiphona; si tamen eadem sint verba, et continuatur Antiphona cum Psalmo, neque addatur in fine ipsius Antiphonæ Allelúja.

¶ Asteriscus *, in Psalmorum versibus et in aliis Officii partibus insertus, denotat pausam cantus et recitationis in Choro; præter quam in Antiphonis, in quibus nempe significat tum præintonationem Antiphonæ, tum Antiphonam ipsam ante Psalmum seu Canticum eousque producendam esse ad omnes et singulas Horas in Officio ritus Semiduplicis ac Simplicis, atque in Horas tantum minores in Officio ritus Duplicis.

2 Offic. Maj. Hebd.

Psalmus 1

Beátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, † et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestilentiae non sedit :

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquarum, * quod fructum suum dabit in tēpore suo :

Et fólium ejus non defluet : * et ómnia quaecúmque faciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic : *

Anti-
phona

Be-á-tus vir, qui in le-ge Dómi-ni medi-tátur.

2. Ant.
vii. a

Serví-te Dómi-no. E u o u a e.

Psalmus 2

Quare fremuerunt gentes, * et pópuli meditáti sunt inania ?

Astitérunt reges terræ, et príncipes convenerunt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eorum : * et projiciámus a nobis jugum ipsorum.

Qui hábitat in cælis, irri-

sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in iudicio : * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justorum : * et iter impiórum peribit.

Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

† Hic versus Glória Patri semper dicitur in fine omnium Psalmorum et Canticorum, nisi aliter notetur.

debit eos : * et Dóminus subsannabit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbabit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prädicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudímini, qui judicatis terram.

Servite Dómino in timo-

re : * et exsultáte ei cum tremore.


Apprehéndite disciplinam, nequándo irascatur Dóminus, * et pereátis de via justa.

Cum exáserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confidunt in eo.


Glória Patri.

Anti-
phona

Serví-te Dómi-no in timó-re : et exsultáte



e-i cum tremóre.

3. Ant.
vi. f

Ex-súrge. E u o u a e.

Psalmus 3

Dómine, quid multiplicáti sunt qui tribulant me ? * multi insúrgunt advérsus me.

Multi dicunt ánima mea : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, suspéctor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus

sum : * et exsurréxi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli circumdántis me : * exsúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes advérsantes mihi sine causa : * dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus : * et super pópulum tuum benedictio tua.

Glória Patri.

Anti-
phona

Exsúr-ge, Dómine, saluum me fac, De-us me-us.

V. Erue a frámea, Deus, ánimam meam.

R. Et de manu canis únicam meam.

Pater noster, **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis : * qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

¶ Ab Episcopo, ultimam Matutini Lectionem cantaturo, dicitur Jube, Dómine, benedicere ; et respondetur a Choro : Amen.

Benedictio Benedictiône perpétua * benedícat nos Pater ætérnus.

R. Amen.

De Jeremia Prophéta

Lectio j

Cap. 2, 12-22

Obstupéscite, cæli, super hoc, et portæ ejus desolámini veheménter, dicit Dóminus. Duo enim mala fecit pópulus meus : Me dereliquérunt fontem aquæ vivæ, et fodérunt sibi cistérnas, cistérnas dissipátas, quæ continére non valent aquas. Numquid servus est Israël, aut vernáculus ? quare ergo factus est in prædam ? Super eum rugiérunt leónes, et dedérunt vocem suam, posuérunt terram ejus in solitúdinem : civitátes ejus exústæ sunt, et non est qui hábitet in eis. Filii quoque Mémpheos et Taphnes constupravérunt te usque ad vérticem. Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dóminum Deum tuum eo témpore, quo ducébat te per viam ?

Tu autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I



In di-e * qua invo-cávi te, Dó-mine,
di-xi-sti : No-li ti-mé-re : * Ju-di-cá-sti cau-

sam me-am, et li-be-rásti me, Dó-mi-ne, De-us

me-us. V. In di-e tribu-la-ti-ó-nis me-æ cla-

má-vi ad te, qui-a ex-au-dí-sti me.

* Ju-di-cá-sti.

* Ju-di-cá-sti.

Bened. Unigénitus Dei Filius * nos benedicere et adjuvare dignétur.

R. Amen.

Lectio ij

Cap. 2, 18-22

Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam túrbidam ? et quid tibi cum via Assyriórum, ut bibas aquam flúminis ? Arguet te malítia tua, et avérsio tua increpábit te. Scito, et vide quia malum et amárum est reliquisse te Dóminum Deum tuum, et non esse timórem mei apud te, dicit Dóminus Deus exercítuum. A sæculo

confregisti jugum meum, rupísti víncula mea, et dixísti : Non serviam. In omni enim colle sublími, et sub omni ligno frondóso tu prosternebáris méretrix. Ego autem plantávi te víneam eléctam, omne semen verum : quómo ergo convérsa es mihi in pravum, vínea aliéna? Si láveris te nitro, et multiplicáveris tibi herbam borith, maculáta es in iniquitáte tua coram me, dicit Dóminus Deus. **Tu autem.**

R. Deo grátias.

Responsorium II

VIII.
F ratres me-i * e-longa-vé-runt se
a me: et no-ti me-i * Qua-si a-li-é-
ni re-ces-sé-runt a me. **V.** De-re-li-quérunt
me pró-ximi me-i, et qui me no-
vé-runt. * Qua-si.

Bened. Spíritus Sancti grátia * illúminet sensus et corda nostra.

R. Amen.

Lectio iij

Ibid., 29-32

Quid vultis mecum júdício conténdere? omnes dere-liquistis me, dicit Dóminus. Frustra percússi filios

vestros, disciplínam non recepérunt : devorávit gládius vester prophétas vestros, quasi leo vastátor generátio vestra. Vidéte verbum Dómini : Numquid solitúdo factus sum Israéli, aut terra serótina? Quare ergo dixit pópulus meus : Recéssimus, non veniémus ultra ad te? Numquid obliviscétur virgo ornaménti sui, aut sponsa fás-ciæ pectorális suæ? pópulus vero meus oblítus est mei diébus innúmeris. **Tu autem.**

R. Deo grátias.

Responsorium III

VII.
A -tténde, * Dó-mi-ne, ad me, et audi
vo-ces adversa-ri-ó-rum me-ó-
rum : * Numquid réddi-tur pro bo-no ma-
lum, qui-a fodé-runt fôve-am á-nimæ
me-æ? **V.** Recordá-re quod sté-terim in con-
spéctu tu-o, ut lóquerer pro e-is bo-num, et
a-vérte-rem in-digna-ti-ó-nem tu-am ab



e- is. * Numquid. **R.** Atténde.

IN II NOCTURNO

1. Ant.
I. g

Q



uam admi-rá-bi-le est. E u o u a e.

Psalmus 8

Dómine, Dominus noster,
* quam admirábile est
nomen tuum in universa
terra!

Quóniam eleváta est ma-
gnificéntia tua, * super cæ-
los.

Ex ore infántium et lactén-
tium perfecísti laudem prop-
ter inimicos tuos, * ut dé-
struas inimicum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos
tuos, ópera digitorum tuo-
rum : * lunam et stellas, quæ
tu fundásti.

Quid est homo, quod me-
mor es ejus? * aut filius

hóminis, quóniam vísitas
eum?

Minuísti eum paulo minus
ab Angelis, † glória et honó-
re coronasti eum : * et con-
stituísti eum super ópera má-
nuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pe-
dibus ejus, * oves et boves
universas : insuper et pécora
campi.

Vólucres cæli, et pisces
maris, * qui perámbulant
sémitas maris.

Dómine, Dominus noster,
* quam admirábile est no-
men tuum in universa terra!

Glória Patri.



Anti-
phona

Quam admi-rá-bi-le est nomen tu-um, Dómi-ne,



in u-ni-vér-sa terra!

2. Ant.
VIII. G

S



e-dísti super thronum. E u o u a e.

Psalmus 9,

Confitebor tibi, Dómine, in
toto corde meo : * nar-
rábo ómnia mirabilia tua.

Lætábor et exsultábo in
te : * psallam nómini tuo,
Altíssime.

In converténdo inimicum
meum retrorsum : * infirma-
búntur, et peribunt a fácie
tua.

Quóniam fecísti iudícium
meum et causam meam : *
sedísti super thronum, qui
júdicas justitiam.

Incepísti gentes, et périit
impíus : * nomen eórum
delésti in ætérnum, et in sæ-
culum sæculi.

Inimíci defecérunt frámea
in finem : * et civitatés eo-
rum destruxísti.

Périit memória eórum cum
sonitu : * et Dóminus in
ætérnum pérmanet.

Parávit in iudício thronum
suum : * et ipse iudicábit
orbem terræ in æquitáte, ju-
dicábit pópulos in justitia.

Et factus est Dóminus re-
fúgium pauperi : * adjútor
in opportunitátibus, in tribu-
latióne.

Et sperent in te qui nové-
runt nomen tuum : * quó-
niam non dereliquísti quæ-
réntes te, Dómine.

Glória Patri.


Anti-
phona



Se-dísti super thronum, qui jú-dicas justí-ti-am.

3. Ant.
I. g

E



x-súrge, Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 9, 11

Psállite Dómino, qui hábi-
tat in Sion; * annuntiáte
inter gentes stúdia ejus :

Quóniam requiréns sán-
guinem eórum recordátus

est : * non est oblítus cla-
morem pauperum.

Miserére mei, Domine : *
vide humilitátem meam de
inimicis meis.

Quí exáltas me de portis

mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis filiae Sion.

Exsultábo in salutarí tuo : * infixæ sunt gentes in in-terítu, quem fecerunt.

In láqueo isto, quem absconderunt, * comprehénsus est pes eorum.

Cognoscétur Dóminus iudicia faciens : * in opéribus mánuum suárum comprehénsus est peccator.

Convertántur peccatóres in infernum, * omnes gen-

tes quæ obliviscuntur Deum.

Quóniam non in finem obli-vio erit pauperis : * pa-tiéntia páuperum non peribit in finem.

Exsúrge, Dómine, non confortetur homo : * judi-céntur gentes in conspectu tuo.

Constitue, Dómine, legis-latórem super eos : * ut sciant gentes quóniam ho-mines sunt.

Glória Patri.

Anti-
phona



Exsúrge, Dómi-ne, non prævále-at homo.

V. De ore leónis libera me, Dómine.

R. Et a cór-nibus unicór-nium humilitátem meam.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatió-nem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

Ipsíus píetas et misericórdia nos áduvet, * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Bened. Deus Pater omnipotens * sit nobis propítius et clemens.

R. Amen.

Sermo sancti Leónis Papæ

Sermo II de Passione Domini

Lectio iv

D esideráta nobis, dilectíssimi, et univérso optábilis mundo adest festívitás Domínica passió-nis, quæ nos

inter exsultatiónes spiritalium gaudiórum silére non pátitur. Quia etsi difficile est, de eádem solemnitate sapius digne aptéque dissérere : non est tamen liberum sacerdoti in tanto divínæ misericórdiæ sacraménto fidélibus pópulis subtráhere sermónis officium : cum ipsa matéria ex eo quod est ineffábilis, fandi tribuat facultátem ; nec possit deficere quod dicátur, dum numquam potest satis esse quod dicitur. Succumbat ergo humana infirmitas glóriæ Dei, et in explicándis opéribus misericórdiæ ejus, imparem se semper invéniat. Laborémus sensu, hæreámus ingénio, deficiámus elóquio : bonum est ut nobis parum sit, quod étiam recte de Dómini majestáte sentímus. Tu autem.

R. Deo grátias.

Responsorium IV

VIII.

C



onclú- sit * vi- as me- as in-imí- cus,



in- si-di-á-tor factus est mi- hi sic- ut



le- o in abs- cón-di- to, replé- vit



et ine-bri-á-vit me ama-ri- tú-di- ne :



deduxé- runt in la- cum mortis vi-tam me-

am, et posu-érunt lá-pidem contra me.

* Vide, Dómi-ne, in-iqui-tá-tes il-ló-rum : et

jú-di-ca cau-sam á-ni-mæ me-æ,

de-fensor vi-tæ me-æ. *℣.* Factus sum in

de-risum omni pó-pu-lo me-o, cánticum e-ó-rum

to-ta di-e. * Vide, Dómi-ne.

Bened. Christus perpétuæ * det nobis gáudia vitæ.
R. Amen.

Lectio v

Dicente enim prophéta : Quærite Dóminum, et confirmámini, quærite faciém ejus semper : némini præsuméndum est, quod totum quod quærit, invénierit, ne désinat propinquáre, qui cessárit accédere. Quid autem inter ómnia ópera Dei, in quibus humánæ admiratiónis fatigátur inténtio, ita contemplatióem mentis nostræ et oblectat et súperat, sicut pássio Salvatóris ? Qui ut humánum genus vinctulis mortíferæ prævaricatiónis absolveret,

et sæviénti diábolo poténtiam suæ majestátis occúl-
infirmítatem nostræ humilitátis objécit. Si enim cruci-
et supérbus inimicus consílium misericórdiæ Dei nosse
potuísset. Judæórum ánimos mansuetúdine pótius tempe-
râre, quam injústis ódiis studuísset accéndere : ne ómnium
captivórum amitteret servitútem, dum nihil sibi debéntis
perséquitur libertátem. *Tu autem.*

℞. Deo grátias.

Responsorium V

viii.

Salvum me fac, De-us, * quóni-am intra-

vé-runt a-quæ usque ad á-ni-mam me-

am : ne avértas fá-ci-em tu-am a me : *

Quóni-am trí-bu-lor, exáu-di me, Dómi-ne,

De-us me-us. *℣.* Inténde ánimæ me-æ,

et lí-bera e-am : propter ini-mí-cos me-os

é-ripe me. * Quóni-am.

Bened. Ignem sui amoris * accendat Deus in cordibus nostris.

R. Amen.

Lectio vj

Fefellit ergo illum malignitas sua, intulit supplicium Filio Dei, quod cunctis filiis hominum in remedium verteretur. Fudit sanguinem justum, qui reconciliando mundo et pretium esset, et poculum. Suscepit Dominus, quod secundum propositum suae voluntatis elegit. Admisit in se impias manus furantium : quae dum proprio incumbunt sceleri, famulatae sunt Redemptori. Cujus etiam circa interfectores suos tanta erat pietatis affectio, ut de cruce supplicans Patri, non se vindicari, sed illis postularet ignosci. **Tu** autem.

R. Deo gratias.

Responsorium VI

VIII.

No-li * esse mihi, Dó-mi- ne, a- li-
 é- nus : parce mi- hi in di- e
 ma- la : confundántur om- nes qui me per-
 se- quún- tur * Et non confúndar e- go.

Y. Confundántur omnes i-nimí-ci me- i, qui



quærunt á- ni-mam me- am. * Et non. **R.** Noli.

IN III NOCTURNO

I. Ant.

II. D

U



t quid, Dómi-ne. E u o u a e.

Psalms 9, ij

Ut quid, Dómine, recessisti **longe**, * despicias in opportunitatibus, in tribulatione ?

Dum superbit impius, incénditur **pauper** : * comprehenduntur in consiliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccator in desideriiis animæ **suæ** : * et iniquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccator, * secundum multitudinem iræ suæ **non** quæret.

Non est Deus in conspectu ejus : * inquinatae sunt viæ illius in omni tempore.

Auferuntur judicia tua a facie ejus : * omnium inimicorum suorum dominabitur.

Dixit enim in corde **suo** : *

Non movébor a generatióne in generatióne **sine** malo.

Cujus maledictiône os plenum est, et amaritudine, et **dolo** : * sub lingua ejus labor et dolor.

Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, * ut interficiat innocentem.

Oculi ejus in pauperem respiciunt : * insidiátur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.

Insidiátur ut rápiat **pauperem** : * rapere pauperem, dum attrahit eum.

In láqueo suo humiliabit eum : * inclinabit se, et cadet, cum dominátus fuerit pauperum.

Dixit enim in corde suo : Oblitus est **Deus**, *, avértit faciem suam ne videat in finem.

Glória Patri.

**Anti-
phona**



Ut quid, Dómi-ne, recessisti longe.

2. Ant.

v. a

Ex-súrge. * E u o u a e.

Psalmus 9, iv

Exsurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua : * ne obliviscaris pauperum.

Propter quid irritávit impius Deum? * dixit enim in corde suo : **Non** requiret.

Vides quóniam tu labórem et dolórem consideras : * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper : * órphano tu eris adiutor.

Cóntere bráchium peccatoris et maligni : * quærétur

peccátum illius, et non invenietur.

Dóminus regnabit in ætérnum, et in sæculum sæculi : * peribitis, gentes, de terra illius.

Desidérium páuperum exaudivit Dominus : * præparatióem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupillo et humili, * ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

Glória Patri.

Anti-
phona

Exsurge, Dómine De-us, exaltétur manus tu-a.

3. Ant.

I. g

Ju-stus Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 10

In Dómino confido : † quómo dicitis animæ meæ : * Trásmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce, peccatóres intenderunt arcum, † paravérunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecisti, destruxerunt : * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in páuperem respiciunt : * pálpebræ ejus interrogant filios hóminum.

Dóminus intérogat justum et impium : * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores lacrimas : * ignis, et sulphur, et spíritus procellarum pars calicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, et justitias dilexit : * aequitatem vidit vultus ejus.

Glória Patri.

Anti-
phona

Justus Dóminus, et justí-ti-am dí-léxit.

V. Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam.

R. Et cum viris sanguínum vitam meam.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omnipotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

Bened. Evangélica lécitio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthæum

Lectio vij

Cap. 21, 1-9

In illo témpore : Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, et venísset Bétphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discipulos, dicens eis. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Episcopi

Liber 9 in Lucam

Pulchre, relictis Judæis, habitáturus in afféctibus gentium, templum Dóminus ascéndit. Hoc enim templum est verum, in quo non in littera, sed in spíritu Dóminus adorátur. Hoc Dei templum est, quod fidei séries, non lápidum structúra fundávit. Deserúntur ergo qui óderant : eligúntur qui amatúri erant. Et ídeo ad montem venit

Olivéti, ut novéllas óleas in sublími virtúte plantáret, quarum mater est illa, quæ sursum est, Jerúsalem. In hoc monte est ille cæléstis agricola : ut plantáti omnes in domo Dei, possint viritim dicere : Ego autem sicut olíva fructífera in domo Dómini. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium VII

VII.
D ó-minus * mecum est tamquam bellá- tor
for- tis : proptér- e- a persecú-ti sunt me,
et intel-lígere non po-tu-é- runt : Dó-mine, pro-
bas renes et cor- da : * Ti-bi reve-lá-
vi cau- sam me- am. **V.** Vidí- sti,
Dómine, ini-qui-tátes e-ó-rum advérsus me : jú-
di- ca judí- ci- um me- um. * Tibi.

Bened. Divinum auxílium * máneat semper nobíscum.
R. Amen.

Lectio viij

Et fortásse ipse mons Christus est. Quis enim álius tales fructus ferret oleárum, non curvescéntium ubertáte baccárum, sed spíritus plenítudine géntium fecundárum? Ipse est per quem ascéndimus, et ad quem ascéndimus. Ipse est jánuá, ipse est vía, qui aperítur, et qui áperit : qui pulsátur ab ingredientibus, et ab eméritis adorátur. Ergo in castélló erat, et ligátus erat pullus cum ásina : non póterat solvi nisi jussu Dómini. Solvit eum manus apostólica. Talis actus, talis víta, talis grátia. Esto talis et tu, ut possis ligátos sólvare. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium VIII

I.
D ixé-runt * ím- pí- i apud se, non recte
cogi-tán- tes : Circumveni- ámus ju- stum, quó-
ni- am contrá-ri- us est opé-ri- bus no- stris : promít-
tit se sci-énti- am De-i habé- re, Fí-li- um De-i
se nó- mí- nat, et glo-ri- átur Patrem se ha-

bé-re De-um : * Vide-á-mus si sermó-
 nes il-lí-us ve-ri sunt : et si est ve-re
 Fí-li-us De-i, líbe-ret e-um de má-nibus no-stris :
 morte turpíssima condemné-mus e-um. **V.** Tam-
 quam nugáces æstimá-ti sumus ab il-lo, et ábsti-
 net se a vi-is nostris tamquam ab immundí-ti-is : et
 præfert novíssi-ma ju-stó-rum. * Vi-de-
 á-mus.

Bened. Ad societátem civium supernórum * perducát
 nos Rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio ix

Nunc considerémus qui fúerint illi, qui errore détecto,
 de paradíso ejécti, in castéllum sint relegáti. Et
 vides, quemádmódum quos mors expúlerat, víta revocá-
 verit. Et ideo secúndum Matthæum, et ásinam et pullum
 légimus : ut quia in duóbus homínibus utérque fúerat
 sexus expúlsus, in duóbus animálibus sexus utérque
 revocétur. Ergo illic in ásina matre quasi Hevam figurávit
 erróris : hic autem in pullo generalitátem pópuli gentilis
 expréssit : et ideo pullo sedétur ásinæ. Et bene, in quo
 nemo sedit : quia nullus, ántequam Christus, natiónum
 pópulos vocávit ad Ecclesiám. Dénique secúndum Marcum
 sic habes : Quem nemo adhuc sedit hóminum. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium IX


Circum-dedé-runt me * vi-ri
 men-dá-ces : si-ne cau-sa flagél-lis ce-
 cidé-runt me : * Sed tu, Dó-mi-ne de-fén-sor,
 vín-dica me. **V.** Quó-



ni- am tribu-lá- ti- o próxima est, et



non est qui ád- ju- vet. * Sed tu. **R.** Circum-



dedé- runt me.

Dicto ultimo Responsorio, statim incipiuntur Laudes a Versu Deus, in adiutorium, ut infra.

In privata vero recitatione Matutinum a Laudibus separari potest; quo in casu, post ultimum Responsorium dicitur:

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Et dicitur Oratio ut ad Laudes.

Post Orationem dicitur

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiáscant in pace.

R. Amen.

Deinde dicitur Pater noster totum secreto.

In publica vero recitatione Matutinum in Choro a Laudibus separari non potest.

AD LAUDES

Si Laudes extra Chorum separantur a Matutino, ante eas dicitur secreto Pater noster et Ave, María; secus absolute incipiuntur ut sequitur:

V. Deus, in adiutorium.

I. Ant.

II. D

D



ó-mi-nus De-us. E u o u a e.

Psalmus 50

Miserere mei, Deus, * secundum magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccato meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim, in iniquitatibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritátem dilexisti: * incérta et occúltá sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérget me hyssópo, et mundabor: * lavábis me, et super nivem dealbabor.

Audítui meo dábis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spiritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua: * et spiritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et impii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea ape-

ries : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulatus : * cor contritum, et humiliatum, Deus, non despicias.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : * ut adificéntur muri Jerúsalem.


Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiões, et holocausta : * tunc impónent super altáre tuum vículos.

Glória Patri.

Anti-
phona




Dóminus De-us auxi-li-átor me-us : et íde-o



non sum confúsus.

2. Ant.
1. a 2.



Psalms 117

Confitemini Dómino quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatiõe invocavi Dóminum : * et exaudivit

me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjutor : * non timébo quid faciat mihi homo.

Dóminus mihi adjutor : * et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Dómino, * quam confidere in hómine.

Bonum est sperare in Dómino, * quam sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumderunt me : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, † et exarsérunt sicut ignis in spinis : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impulsus evérsus sum ut caderem : * et Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus : * et factus est mihi in salutem.

Vox exsultatiõis, et salutaris * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtutem : † déxtera Dómini exaltavit me, * déxtera Dómini fecit virtutem.

Non móriar, sed vivam : * et narrábo ópera Dómini.

Castigans castigavit me Dóminus : * et morti non tradidit me.

Aperíte mihi portas justitiæ, † ingressus in eas confitebor Dómino : * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudisti me : * et factus es mihi in salutem.

Lápidem, quem reprobarerunt adificantes : * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud : * et est mirabile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus : * exultemus, et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, † o Dómine, bene prosperare : * benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benediximus vobis de domo Dómini : * Deus Dóminus, et illuxit nobis.

Constituíte diem solémem in condensis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi : * Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudisti me : * et factus es mihi in salutem.


Confitemini Dómino quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Glória Patri.

Anti-
phona



Circumdántes circumdedérunt me : et in nómine



Dómi-ni vindicábor in e-is.

3. Ant.
VIII. G

J

ú-dica. E u o u a e.

Psalmus 62

Deus, Deus meus, * ad te de luce vigilo.

Sistit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquosa : * sic in sancto apparui tibi, ut vidérem virtutem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur anima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui superstratum meum, † in matutinis meditabor in te : * quia fuisti adiutor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhæsit ánima mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introibunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládií, partes vulpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui iurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

Glória Patri.

Anti-
phona

Júdica causam me-am : defénde, qui-a po-

tens es, Dómi-ne.

4. Ant.
VII. c 2.

C

um Ange-lis. E u o u a e.

Canticum trium Puerorum
Dan. 3, 52-57**B**enedictus es, Dómine Deus patrum nostrorum : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltatus in saecula.

Et benedictum nomen glóriæ tuæ sanctum : * et laudábile, et superexaltátum in omnibus saeculis.

Benedictus es in templo sancto glóriæ tuæ : * et superlaudábilis, et supergloriosus in saecula.

Benedictus es in throno

regni tui : * et superlaudábilis, et superexaltatus in saecula.

Benedictus es, qui intuéris abyssos, et sedes super Cherubim : * et laudábilis, et superexaltatus in saecula.

Benedictus es in firmamento caeli : * et laudábilis, et gloriosus in saecula.

Benedicite, ómnia ópera Domini, Domino : * laudáte et superexaltáte eum in saecula.

Glória Patri.

Anti-
phona

Cum Angelis et pú-e-ris fidé-les inve-ni-ámur,

tri-umpha-tóri mortis clamántes : Hosánna in excélsis.

5. Ant.
IV. A*

C

onfundántur. E u o u a e.

Psalmus 148

Laudáte Dóminum de cælis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus : * laudáte eum, omnes Virtutes ejus.

Laudáte eum, sol et luna : * laudáte eum, omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum, cæli cælórum : * et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini :

Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi : * præcéptum pósuit, et non præteribit.

Laudáte **Dóminum** de terra, * dracónes, et **omnes** abyssi :

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus **procellarum** : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes et **omnes** colles : * ligna fructifera, et **omnes** cedri :

Béstiae, et **universa** pécora : * serpéntes, et **vólucres** pennatæ :

Reges terræ, et **omnes**

pópuli, * príncipes, et **omnes** iudices terræ.

Júvenes et vírgines : † senes cum junióribus laudent **nomen** **Dómini** : * quia exaltátum est nomen ejus solus.

Conféssio ejus super **cælum** et terram : * et exaltávit cornu **pópuli** sui.

Hymnus ómnibus **sanctis** ejus : * filiis **Israël**, pópulo **appropinquánti** sibi.

Glória Patri.

Anti-
phona

Confundántur qui me persequúntur, et non con-

fúndar e- go, **Dómi-ne**, **De-us** me-us.

Capitulum

Philipp. 2, 5-7

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se **æquálem** Deo : † sed semetípsum **exinanívit**, formam servj accípiens, in **similitúdinem** **hóminum** factus, * et hábitu **inventus** ut homo.

R. Deo grátias.

Hymnus

L

ustra sex qui jam perégit, Tempus implens cór-

po-ris, Sponte lí-be-ra Red-émptor Passi-ó-ni dé-

di-tus, Agnus in cru-cis le-vá-tur Immolándus sti-

pi-te. **2.** Felle potus ecce languet : Spina, clavi, lán-

ce-a Mi-te corpus perfo-rá-runt : Unda ma-nat, et

cru-or : Terra, pontus, astra, mundus, Quo lavántur

flúmi-ne. **3.** Crux fidé-lis, inter omnes Arbor una

nó-bi-lis : Silva ta-lem nulla profert Fronde, flore,

gérmi-ne : Dulce ferrum, dulce lignum, Dulce pon-




dus sústinent. 4. Flecte ramos, arbor al-ta, Tensa la-
 xa víſce-ra, Et ri-gor lentéſcat ille, Quem dedit
 na-tí-vi-tas; Et su-pérni membra Regis Tende mi-
 ti stí-pi-te. 5. Sola digna tu fu-i-sti Ferre mundi
 víc-timam; Atque portum præpa-rá-re Arca mundo
 náufra-go, Quam sa-cer cru-or per-únxit, Fusus Agni
 córpo-re. 6. Sempí-térna sit be-á-tæ Trini-táti gló-
 ri-a: Æqua Patri, Fi-li-óque; Par decus Pa-rá-



cli-to: U-ni-us Tri-níque nomen Laudet u-ni-vér-
 si-tas. A-men.

V. Eripe me de inimicis meis, Deus meus.
 R. Et ab insurgéntibus in me libera me.

Ad Benedictus, Antiphona



IV. E
 T urba multa. E u o u a e.

Canticum Zachariæ Luc. 1, 68-79

Benedictus Dóminus, Deus
 Israël, * quia visitávit,
 et fecit redemptionem plebis
 suæ:

Et eréxit cornu salutis no-
 bis: * in domo David, pueri
 sui.

Sicut locútus est per os
 sanctorum, * qui a sæculo
 sunt, prophetárum ejus:

Salutem ex inimicis no-
 stris, * et de manu ómnium,
 qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericór-
 diam cum patribus nostris: *
 et memorári testaménti sui
 sancti.

Jusjurándum, quod jurá-
 vit ad Abraham, patrem no-
 strum, * daturum se nobis:

Ut sine timóre, de manu
 inimicórum nostrórum libe-
 rati, * serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia
 coram ipso, * ómnibus dié-
 bus nostris.

Et tu, puer, prophéta Al-
 tíssimi vocaberis: * præibis
 enim ante faciém Dómini
 paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam sal-
 útis plebi ejus: * in re-
 missiónem peccatorum eó-
 rum:

Per víscera misericórdiæ
 Dei nostri: * in quibus visi-
 távit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in té-
 nebris, et in umbra mortis
 sedent: * ad dirigéndos pe-
 des nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Anti-
hona

Turba multa, quæ convenerat ad di-em festum,

clamabat Dómino : Benedictus qui venit in nómine

Dómini. Hosánna in excélsis.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempítérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémpulum, Salvatorem nostrum carnem sumere, et crucem subire fecisti : † concede propítius ; ut et patiéntiæ ipsíus habére documenta, * et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum.

Postea fiunt Commemorationes, si occurrant.

Post ultimam Orationem additur :

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

VI.

Bene-dicá-mus Dó-mi-no. R. De-o grá-

ti-as. V. Fidéli-um ánimæ per mise-ricórdi-am De-i

requi-éscant in pace. R. Amen.

Deinde in publica Officii recitatione, si discedendum sit a Choro, itemque in recitatione privata, si tunc terminetur Officium ; alioquin, in fine ultimæ Horæ dicitur Pater noster, totum secreto ; eoque recitato, subjungitur :

V. Dóminus det nobis suam pacem.

R. Et vitam ætérnam. Amen.

Ant.
VI.

A - ve, * Regí-na cæ-ló-rum, A- ve, Dó-

mina Ange-ló-rum : Sal-ve, ra-dix, salve, porta,

Ex qua mun-do lux est or- ta : Gaude, Virgo glo-

ri-ó-sa, Super om-nes spe-ci-ó- sa : Va- le,

o val-de decóra, Et pro no-bis Chri- stum*

ex-ó- ra.

V. Dignáre me laudá-re te, Virgo sacrá-ta.

R. Da mihi vir- tú-tem contra hostes tu-os.


3 Offic. Maj. Hebd.




Orémus. Concède, miséricors De-us, fragili-tá-ti




nostræ præsi-di-um : ut, qui sanctæ De-i Genitri-cis me-



móri-am ágimus ; interces-si-ónis e-jus auxi-li-o, a




nostris iniqui-tá-tibus resurgámus. Per e-úndem Chri-




stum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Postea concluditur



V. Divínũ auxi-li-um máne-at semper nobiscum.



R. Amen.



AD PRIMAM

Pater noster, Ave, María et Credo.

V. Deus, in adjutórium.


Hymnus

II.

J



am lucis orto sídere, De-um precémur súpli-




ces, Ut in di-úrnis áctibus Nos servet a nocénti-



bus. **2.** Linguam refrénans témperet, Ne li-tis horror



insonet : Visum fovéndo cóntegat, Ne vani-tátes



háuri-at. **3.** Sint pura cordis íntima, Absístat et



vecórdi-a : Carnis terat supérbi-am Potus cibí-



que párci-tas. **4.** Ut cum di-es abscése-rit, Noctém-



que sors redú-xerit, Mundi per absti-nénti-am Ipsi



canámus glóri-am. 5. De-o Patri sit glóri-a, Ejús-



que so-li Fí-li-o, Cum Spí-ritu Pa-rá-cli-to, Nunc, et



per omne sæcu-lum. A-men.

Ant.
I. f

P

ú-e-ri Hebræ-órum. E u o u a e.

Psalmus 92

Dóminus regnávít, deco-
rem indútus est : * in-
dútus est Dóminus fortitúdi-
nem, et præcínxit se.

Etenim firmávit orbem
terræ, * qui non commové-
bitur.

Paráta sedes tua ex tunc :
* a sæculo tu es.

Elevavérunt flumina, Do-
mine : * elevavérunt flúmina
vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluc-
tus suos, * a vóci-bus aquá-
rum multárum.

Mirábiles elationes ma-

ris : * mirábilis in altis Dó-
minus.

Testimónia tua credibilia
facta sunt nimis : * domum
tuam decet sanctitúdo, Dó-
mine, in longitúdinem dié-
rum.

Glória Patri.

Psalmus 99

Jubiláte Deo, omnis ter-
ra : * servíte Dómino in
lætítia.

Introíte in conspectu ejus,
* in exsultatíone.

Scitóte quóniam Dóminus
ipse est Deus : * ipse fecit
nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves pa-
scuæ ejus : * introíte portas
ejus in confessíone, átria ejus
in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quó-
niam suávis est Dóminus, †
in ætérnum misericórdia
ejus, * et usque in genera-
tíonem et generatíonem vé-
ritas ejus.

Glória Patri.

Psalmus 118, j

Beáti immaculati in via : *
qui ámbulant in lege
Dómini.

Beáti, qui scrutántur testi-
monia ejus : * in toto corde
exquirunt eum.

Non enim qui operántur
iniquitatem, * in viis ejus
ambulavérunt.

Tu mandasti * mandáta
tua custodiri nimis.

Utinam dirigántur viæ
meæ, * ad custodiéndas ju-
stificationes tuas !

Tunc non confundar, *
cum perspéxero in ómnibus
mandatis tuis.

Confitébor tibi in directio-
ne cordis : * in eo quod dí-
cisti judícia justitiæ tuæ.

Justificatíones tuas custo-
diam : * non me derelinquas
usquequáque.

In quo córrigit adolescén-
tior viam suam ? * in custo-
diéndis sermones tuos.

In toto corde meo exqui-
sivi te : * ne repéllas me a
mandatis tuis.

In corde meo abscondi
eloquia tua : * ut non pec-
cem tibi.

Benedictus es, Domine : *
doce me justificationes tuas.

In labiis meis, * pronun-
tiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuó-
rum delectatus sum, * sicut
in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exerce-
bor : * et considerábo vias
tuas.

In justificatíonibus tuis
meditabor : * non obliviscar
sermones tuos.

Glória Patri.

Psalmus 118, ij

Retribue servo tuo, vivi-
fica me : * et custódiam
sermones tuos.

Revéla oculos meos : * et
considerábo mirabilia de le-
ge tua.

Incola ego sum in terra :
* non abscondas a me man-
data tua.

Concupívit ánima mea de-
sideráre justificationes tuas,
* in omni témpore.

Increpasti superbos : *
maledícti qui declinant a
mandatis tuis.

Aufer a me oppróbrium,
et contemptum : * quia
testimónia tua exquísivi.

Etenim sedérunt princí-
pes, et advérsus me loque-
bantur : * servus autem tuus
exercebátur in justificatíoni-
bus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est : * et consilium meum justificationes tuae.

Adhaesit pavimento anima mea : * vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudisti me : * doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me : * et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea

praetadio : * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me : * et de lege tua misere-re mei.

Viam veritatis elegi : * iudicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis, Domine : * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatasti cor meum.

Glória Patri.

Anti-
phona

Pu-e-ri Hebraeorum portantes ramos olivá-

rum, obviaverunt Domino clamantes et dicentes :

Hosanna in excelsis.

Capitulum

1 Tim. 1, 17

Regi saeculorum immortalis et invisibilis, soli Deo honor et gloria * in saecula saeculorum. Amen.

R. Deo gratias.

1.
C

hriste, Fili De-i vi-vi, * Mi-seré- re nobis.

Christe. V. Qui sedes ad dexteram Patris. * Mi-seré-

re nobis. Christe.

V. Exsurge, Christe, adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

Vel juxta recentiore usum

V. Exsurge, Christe, adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

Sequentes Preces omittuntur, si ad Laudes habita sit Commemoratio alicujus Duplicis.

Preces

K y-ri-e, e-lé-ison. Christe, e-lé-ison. Kyri-e,

e-lé-ison. Pa-ter noster, secreto usque ad

V. Et ne nos inducas in tenta-ti-onem.

R. Sed libera nos a malo.

Credo in Deum, *secreto usque ad*

V. Carnis resurrectionem.

R. Vitam æternam. Amen.

V. Et ego ad te, Dómine, clamávi.

R. Et mane orátio mea præveniet te.

V. Repleátur os meum laude.

R. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

V. Dómine, avérte faciém tuam a peccátis meis.

R. Et omnes iniquitátes meas dele.

V. Cor mundum crea in me, Deus.

R. Et spiritum rectum innova in viscéribus meis.

V. Ne projicias me a facie tua.

R. Et spiritum sanctum tuum ne áuferas a me.

V. Redde mihi lætitiám salutáris tui.

R. Et spíritu principáli confirma me.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem quæ tota dicitur cum *ŸŸ*. sequentibus voce recta et paulisper depressa.

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatíone, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereátur tui omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam. *R.* Amen.

Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur : vobis, fratres, et vos, fratres, dicat : tibi, pater, et te, pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereátur vestri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam æternam. *R.* Amen.

Indulgéntiam, absolutíonem, et remissíonem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus. *R.* Amen.

Extra Chorum, si unus vel duo tantum recitent Officium, et in Choro Monialium, semel tantum ac simul ab omnibus ita fit Confessio :

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis cogitatíone, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur

Misereátur nostri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam æternam. *R.* Amen.

Indulgéntiam, absolutíonem, et remissíonem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus. *R.* Amen.

Facta Absolutione, subjungitur



V. Digná-re, Dómi-ne, di- e isto.

R. Si- ne pec- cá-to nos custo-dí-re.

V. Miserére nostri, Dómine.

R. Miserére nostri.

R. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

R. Quemádmodum sperávimus in te.

V. Dómine, exáudi oratíonem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Absolutis Precibus, vel, si Præces locum non habeant, post Responsorium breve statim dicitur :

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecisti : † tua nos hódie salva virtúte ; ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciendam nostra procédant elóquia, * dirigántur cogitátiones et ópera. Per Dóminum.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.



V. Benedicámus Dómino. R. De-o grá-ti-as.

Deinde in Choro legitur Martyrologium, quod laudabiliter fit etiam extra Chorum.

Postea Hebdomadarius dicit :

V. Pretiósá in conspéctu Dómini.

R. Mors Sanctórum ejus.

Et absolute, sine Orémus :

Oratio

Sancta María, et omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, † ut nos mereámur ab eo adjuvári et salvári, * qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. R. Amen.

V. Deus, in adjutórium meum inténde.

R. Dómine, ad adjuvándum me festína.

Et dicitur ter ; ultimo additur :

V. Glória Patri, et Filio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.


V. Réspice in servos tuos, Dómine, et in ópera tua, * et dirige filios eórum.

R. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dirige super nos, * et opus mánuum nostrárum dirige.

V. Glória Patri, et Filio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Oratio



O-rémus. Di-rigere et sancti-ficáre, régere et



gubernáre dignáre, Dómine De-us, Rex cæli et terræ,



hódi-e corda et córpora nostra, sensus, sermónes et




actus nostros in lege tu-a, et in opéribus mandató-



rum tu-órum : ut hic, et in ætérnum, te auxi-li-án-



te, salvi et líbe-ri esse mere-ámur, Salvátor mundi.



Qui vivis et regnas in sæcula sæcu-lórum. R. Amen.

Lector

Benedictio



Y. Jube, domne, benedicere. Di-es et actus nostros *




in su-a pace dispónat Dóminus omnípotens. R. Amen.


Lectio brevis

Is. 50, 6-7


F á-ci-em me-am non avérti ab increpántibus, et



conspu-éntibus in me. † Dóminus De-us auxi-li-á-tor



me-us, * et íde-o non sum confúsus. Tu autem, Dómi-



ne, mi-seré-re nobis. R. De-o grá-ti-as.



Y. Adjutó-ri-um nostrum in nómine Dómini. R. Qui fe-




cit cæ-lum et terram. Y. Benedí-ci-te. R. De-us.




Bened. Dóminus nos benedicat, et ab omni malo de-



féndat, et ad vitam perdúcat ætérnam. Et fidé-



li-um ánimæ per mise-ricórdi-am De-i requi-éscant



in pace. R. Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster, secreto, nisi sequatur alia Hora.

AD TERTIAM

Pater noster et Ave, María.

Y. Deus, in adjutórium.

Hymnus



N unc, Sancte, nobis, Spí-ritus, Unum Patri



cum Fí-li-o, Dignáre promptus íngeri Nostro re-



fúsus pecto-ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vigor,



Confessi-ó-nem pèrsonent, Flamméscat igne cá-ritas,



Accéndat ardor próxi-mos. 3. Præsta, Pater pi-íssi-



me, Patrique compar U-nice, Cum Spí-ritu Pa-rá-



cli-to Regnans per omne sæcu-lum. Amen.

Ant.
I. f.

P



ú-e-ri Hebræ-órum. E u o u a e.

Psalmus 118, iij

Legem pone mihi, Dómine, viam justificationum tuarum : * et exquiram eam semper.

Da mihi intelléctum, et scrutabor legem tuam : * et custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatorum tuorum : * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimonia tua : * et non in avaritiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitatem : * in via tua vivifica me.

Státue servo tuo eloquium tuum, * in timore tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicatus sum : * quia iudicia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandata tua : * in æquitáte tua vivifica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine : * salutare tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrán-

tibus mihi verbum : * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequaque : * quia in iudiciis tuis supersperávi.

Et custodiam legem tuam semper : * in sæculum et in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitudine : * quia mandata tua exquisívi.

Et loquébar in testimoniis tuis in conspectu regum : * et non confundébar.

Et meditábar in mandatis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi : * et exercébar in justificationibus tuis.

Glória Patri.

Psalmus 118, iv

Memor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitate mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Superbi inique agébant usquequaque : * a lege autem tua non declinávi.

Memor fui iudiciórum tuórum a sæculo, Dómine : * et consolátus sum.

Deféctio tenuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificationes tuæ, * in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine, * et custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificationes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine, * dixi custodire legem tuam.

Deprecátus sum faciém tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas : * et convérsti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbatus : * ut custodiam mandata tua.

Funes peccatórum circumplexi sunt me : * et legem tuam non sum oblitus.

Média nocte surgébam ad confitendum tibi, * super iudicia justificationis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timentium te : * et custodiéntium mandata tua.

Misericórdia tua, Dómine, plena est terra : * justificationes tuas doce me.

Glória Patri.

Psalmus 118, v

Bonitatem fecisti cum servo tuo, Dómine, * secúndum verbum tuum.

Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me : * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego deliqui : * propterea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu : * et in bonitáte tua doce me justificationes tuas.

Multiplicáta est super me iniquitas **superborum** : * ego autem in toto corde meo scrutábor **mandata** tua.

Coagulátum est sicut lac **cor eorum** : * ego vero legem tuam **meditátus** sum.

Bonum mihi quia **humiliasti** me : * ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex **oris tui**, * super millia auri **et argénti**.

Manus tuæ fecerunt me, et **plasmaverunt** me : * da mihi intelléctum, et discam **mandata** tua.

Qui timent te vidébunt me, et **laetabuntur** : * quia in verba tua **supersperávi**.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas **judicia tua** : * et in veritaté tua **humiliásti** me.

Fiat misericórdia tua ut **consoletur** me, * secúndum elóquium tuum **servo** tuo.

Véniant mihi miseratiónes **tuæ**, et **vivam** : * quia lex tua meditátio mea est.

Confundántur superbi quia injúste iniquitátem fecerunt **in me** : * ego autem exercébór in **mandatis** tuis.

Convertántur **mihi** **timen**-tes te : * et qui novérunt **testimónia** tua.

Fiat cor meum immaculátum in **justificationibus tuis**, * ut **non** confúndar.

Glória Patri.

Anti-
phona

Pú-e-ri Hebræ-órum vestiménta prosternébant

in ví-a, et clamábant, dicéntes : Hosánna Fí-li-o

David : benedíctus qui venit in nómine Dómi-ni.

Capitulum

Philipp., 2, 5-7

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se æquálem Deo : † sed semetípsum exina-

nívít, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, * et hábitu invéntus ut homo.

R. Deo grátias.

R. br.

E-ru-e a fráme-a, * De-us, áni-mam me-am.

Eru-e. **Y.** Et de manu canis ú-nicam me-am. De-us.

Eru-e.

Y. De ore le-ónis lí-bera me, Dómi-ne.

R. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Vel juxta recentiore usum :

Y. De o-re le-ónis lí-bera me, Dómine.

R. Et a córnibus unicórnium humilitátem me-am.

Y. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui humano géneri, ad imitándum humilitátis exémpulum, Salvatórem nostrum carnem sumere, et crucem subire fecisti : † concéde propítius : ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta, * et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Post Orationem additur

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.



℣. Benedicámus Dómino. ℟. De-o grá-ti-as.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiészant in pace.

℟. Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster, secreto, nisi sequatur alia Hora.

¶ In Missa Pontificali ℣. Benedicámus Dómino, ut supra ad Laudes. 46

Et non dicitur ℣. Fidélium ánimæ, neque additur Pater noster, sed statim incipitur Missa.

ANTE MISSAM

Ad aspersionem aquæ benedictæ

¶ Aspersio aquæ benedictæ omittitur, si Episcopus solemniter celebret.

Ant.
VII.

A


-spér-ges me, * Dómi-ne, hyssó-po, et mun-



dá-bor : lavá-bis me, et su-per nivem de-al-



bá-bor. Ps. 50 Mi-serére me-i, De-us, * se-cúndum



magnam mi-seri-córdi-am tu- am.

Non dicitur Glória Patri, sed repetitur Ant. Aspérget me.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus : et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis ; qui custódiat, foveat, protégat, visitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Palmarum

Completa Tertia et facta, ante Missam non Pontificalem, aspersione aquæ, more solito, Sacerdos indutus pluviali violaceo, vel sine casula, cum ministris similiter indutis, procedit ad benedicendos ramos palmarum, et olivarum, sive aliarum arborum, in medio ante Altare vel ad cornu Epistolæ positos. Et primo cantatur a Choro Antiphona :


VII.

H

osánna * fí-li-o Da-vid : bene-díc-tus qui



ve-nit in nómine Dómini. Rex Is-ra-ël : Hosán-



na in excélsis.

Deinde Sacerdos, stans in cornu Epistolæ, non vertens se ad populum, dicit, manibus junctis, in tono Orationis Missæ ferialis :

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, quem diligere et amare iustitia est, ineffabilis grátia tuæ in nobis dona multiplica : et qui fecisti nos in morte Filii tui sperare quæ credimus ; fac nos eodem resurgente pervenire quo tendimus : Qui tecum.

Postea Subdiaconus in loco solito cantat sequentem Lectionem in tono Epistolæ, et in fine osculatur manum Sacerdotis.

Léctio libri Exodi.

Exodi 15, 27 ; 16, 1-7

In diébus illis : Venérunt filii Israël in Elim, ubi erant duódecim fontes aquarum, et septuaginta palmæ ; et castrametati sunt juxta aquas. Profectique sunt de Elim, et venit omnis multitúdo filiórum Israël in désertum Sin, quod est inter Elim, et Sinaï : quintodécimo die mensis secúndi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murávit omnis congregatio filiórum Israël contra Móysen et Aaron in solitúdine. Dixerúntque filii Israël ad eos : Utinam mórtui essémus per manum Dómini in terra Ægypti, quando sedebámus super ollas cárnium, et comedebámus panem in saturitáte : cur eduxístis nos in désertum istud, ut occiderétis omnem multitudínem fame ? Dixit autem Dóminus ad Móysen : Ecce, ego pluam vobis panes de celo : egrediátur pópulus, et cólligat quæ sufficiunt per singulos dies : ut tentem eum, utrum ámbulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod íferant : et sit duplum, quam colligere solébant per singulos dies. Dixerúntque Móyses et Aaron ad omnes filios Israël : Véspere sciétis, quod Dóminus edúxerit vos de terra Ægypti : et mane vidébitis glóriam Dómini.

Deinde cantatur pro Graduali :

Resp.

II.

Col-le-gé-runt * pontí-fi-



ces et phari-sæ-i con- cí-li- um, et di-

cé-bant : Quid fá-ci-mus, qui-a hic ho-mo

multa signa fa- cit ? Si dimíttimus e- um

sic, om- nes cre- dent in e- um : * Ne forte

vé- ni-ant Romá- ni, et tol- lant

nostrum lo- cum, et gen- tem.

V. Unus au- tem ex il- lis, Cá-i-phas nómi- ne,

cum esset pón-tifex anni illi- us, propheta-




céntes. * Ne forte, *ut supra.*

Vel aliud Responsorium :



a me ca-lix i-ste. * Spí-ritus qui-dem promp-



nem. * Spí-ri-tus.

Interim dum cantatur R., Diaconus ponit librum Evangeliorum super Altare : et Sacerdos, ministrante Diacono naviculam, ponit incensum in thuribulo. Deinde Diaconus dicit : Munda cor meum, accipit librum de Altari, petit benedictionem a Sacerdote : postea, Subdiacono librum tenente, medius inter duos Acolythos tenentes candelabra accensa, signat librum, incensat, et cantat Evangelium, ut infra, more consueto : quo finito, Subdiaconus defert librum osculandum Sacerdoti, qui et incensatur a Diacono.

✠ *Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Matthæum.*

Matth., 21, 1-9

In illo témpore : Cum appropinquasset Jesus Jerosóly-mis, et venisset Béthphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discipulos suos, dicens eis : *Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam, et pullum cum ea : sólvite, et addúcite mihi : et si quis vobis áliquíd dixerit, dicite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Dícite filiæ Sion : Ecce, rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, filium subjugális. Eúntes autem discipuli, fecérunt sicut præcépit illis Jesus. Et ad-*

duxerunt ásinam, et pullum : et imposuerunt super eos vestiménta sua, et eum desuper sedere fecerunt. Plúrima autem turba straverunt vestiménta sua in via : álii autem cadébant ramos de arbóribus, et sternébant in via : turbæ autem, quæ præcedébant, et quæ sequebántur, clamábant, dicéntes : Hosánna filio David : benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

Post hæc benedicuntur rami, Sacerdos stans in eodem cornu Epistolæ, dicit in tono Orationis ferialis :

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Auge fidem in te sperántium, Deus, et supplicum preces cleménter exáudi : véniat super nos multiplex misericórdia tua : bene **✠** dicántur et hi pálmities palmárum, seu olivárum : et sicut in figúra Ecclesiæ multiplicásti Noë egrediéntem de arca, et Móysen exeúntem de Ægypto cum filiis Israël : ita nos portántes palmas, et ramos olivárum, bonis áctibus occurrámus óbviám Christo : et per ipsum in gáudium introëámus ætérnum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus.

Per ómni-a sæcula sæcu-ló-rum. **R.** Amen.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíri-tu tu-o. **V.** Sur-

sum corda. **R.** Habémus ad Dóminum. **V.** Gráti-as

agámus Dómino De-o nostro. **R.** Dignum et justum

est. **V.** Vere dignum et justum est, æquum et sa-lutáre,

nos tibi semper, et ubique gráti-as ágere : Dómi-

ne sancte, Pater omní-potens, ætérne De-us : Qui glo-

ri-á-ris in consí-li-o sanctórum tu-órum. Tibi enim

sérvi-unt cre-atúra tu-æ : qui-a te solum auctórem

et De-um cognóscunt, et omnis factúra tu-a te col-

láudat, et benedicunt te sancti tu-i. Qui-a illud

magnum Unigéni-ti tu-i nomen coram régibus et pote-

státibus hujus sæcu-li líbera voce confiténtur. Cu-i




assistunt Ange-li et Archánge-li, Throni et Domi-



na-ti-ones : cumque omni mi-lí-ti-a cæléstis exérci-



tus, hymnum glóri-æ tu-æ cóncinunt, sine fine




dicéntes :

Finita Præfatione cantatur a Choro :



Sanctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De-us Sá-



ba-oth. Pleni sunt cæli, et terra glóri-a tu-a. Hosán-



na in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dó-



mini. Hosánna in excélsis.

Sequitur :

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Pétimus, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus : ut hanc creatúram olivæ quam ex ligni matéria prodire jussisti, quamque columba rédiens ad arcam próprio pértulit ore, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare dignéris : ut, quicúmque ex ea recéperint, accípiant sibi protec-tiónem animæ et cörperis : fiatque, Dómine, nostræ salútis remédium, tuæ grátiae sacraméntum. Per Dó-minum,

Orémus.

Oratio

Deus, qui dispérsa cóngregas, et congregáta consérvas : qui pópulis óbviā Jesu ramos portántibus benedixisti : béne ✠ dic étiam hos ramos palmæ et olivæ, quos tui fámuli ad honórem nóminis tui fidéliter suscépiunt : ut, in quemcúmque locum introdúcti fúerint, tuam benedictiónem habitatóres loci illius consequántur : et omni adversitaté effugáta, délixtera tua prótegat quos redémit Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum.

Orémus.

Oratio

Deus, qui miro dispositiónis órdine, ex rebus étiam insensibilibus, dispensatióem nostræ salútis osténdere voluísti : da, quæsumus ; ut devóta tuórum corda fidélium salúbriter intélligant, quid mystice désignet in facto, quod hódie cæléstí lúmine affláta, Redemptóri óbviā procedens, palmárum atque olivárum ramos vestigiis ejus turba sub-strávit. Palmárum igitur rami de mortis príncipe triúm-phos expéctant ; súrculi vero olivárum, spirituálem unctiόnem advenisse quodámmodo clamant. Intelléxit enim jam tunc illa hómínium beáta multitúdo præfigurári : quia Redemptor noster humánis cóndolens misériis, pro totius mundi vita cum mortis príncipe esset pugnáturus, ac moriéndó triumpháturus. Et ideo tália óbsequens ad-ministrávit, quæ in illo, et triúmphos victóriæ, et miseri-córdiæ pinguédinem declarárent. Quod nos quoque plena fide, et factum et significátum retinéntes, te, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, per eúmdem Dómi-num nostrum Jesum Christum suppliciter exorámus : ut in

ipso, atque per ipsum, cujus nos membra fieri voluisti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriosae resurrectionis participes esse mereamur : Qui tecum.

Orémus.

Oratio

Deus, qui per olivæ rami, pacem terris columbam nuntiare jussisti : præsta, quæsumus ; ut hos olivæ, ceterarumque arborum ramos, cælesti bene ✠ dictione sanctifices : ut cuncto populo tuo proficiant ad salutem. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

Bene ✠ dic, quæsumus, Domine, hos palmæ, seu olivæ ramos : et præsta ; ut, quod populus tuus in tui venerationem hodierna die corporaliter agit, hoc spiritaliter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando, et opus misericordiæ summopere diligendo. Per Dominum.

Hic Celebrans ponit incensum in thuribulum, deinde ter aspergit ramos aqua benedicta, dicendo Antiphonam Asperges me sine cantu, et sine Psalmo : et ter adolet incenso. Postea dicit :

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, qui Filium tuum Jesum Christum Dominum nostrum, pro salute nostra in hunc mundum misisti, ut se humiliaret ad nos, et nos revocaret ad te : cui etiam, dum Jerusalem veniret, ut adimpleret Scripturas, credentium populorum turba, fidelissima devotione vestimenta sua cum ramis palmæ in via sternebant : præsta, quæsumus ; ut illi fidei viam præparemus, de qua, remoto lapide offensionis, et petra scândali, frondeant apud te opera nostra justitiæ ramis : ut ejus vestigia sequi mereamur : Qui tecum vivit et regnat.

¶ Completa benedictione, dignior ex Clero accedit ad Altare, et dat ramum benedictum Celebranti, qui non genuflectit, nec osculatur manum dantis. Postea Celebrans stans ante Altare versus ad populum, distribuit ramos, primum digniori, a quo ipse accepit,

deinde Diacono et Subdiacono paratis, et aliis Clericis singulatim per ordinem, ultimo laicis : omnibus genuflectentibus, et ramum ac manum Celebrantis osculantibus, exceptis Prælati, si adsint. Et cum inceperit distribuere, a Choro cantantur sequentes Antiphonæ :

1.

P

ú-e-ri Hebræ-orum * portantes ramos o-livæ,

obvi-averunt Dómi-no, clamán-tes, et dicén-tes : Ho-

sánna in excél-sis.

Alia Ant.

1.

P

ú-e-ri Hebræ-orum * vestiménta prosternébant

in vi-a, et clamábant, dicéntes : Hosánna fi-li-o

David : benedíctus, qui venit in nómine Dómi-ni.

Quæ si non sufficiant, repetantur, quousque ramorum distributi finiatur.

Deinde Sacerdos dicit :


V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.


Omnipotens sempitérne Deus, qui Dóminum nostrum Jesum Christum super pullum ásinæ sedere fecisti, et turbas populórum vestiménta, vel ramos árborum in via stérnere, et Hosánna decantáre in laudem ipsius docuísti: da, quæsumus; ut illórum innocentiam imitári possimus, et eórum méritum cónsequi mereámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Postea fit Processio. Et primo Celebrans imponit incensum in thuribulum: et Diaconus vertens se ad populum dicit:



Procedámus in pace.

Et Chorus respondet:




In nómine Christi. Amen.

Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus paratus, deferens crucem, medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis: sequitur Clerus per ordinem, ultimo Celebrans cum Diacono a sinistris, omnes cum ramis in manibus: et cantantur sequentes Antiphonæ, vel omnes, vel aliquæ, quousque durat Processio.

Ant.
VII.

Cum appropinquáret * Dóminus Jero-só-lymam, mi-sit du-os ex discí-pulis su-is, di-cens: I-te in castéllum, quod est contra


vos: et inveni-é-tis pullum á-si-næ alli-gá-tum, super quem nullus hó-minum sedit: só-l-vi-te, et addú-ci-te mi-hi. Si quis vos interrogá-ve-rit, dí-ci-te: Opus Dó-mi-no est. Solvén-tes ad-duxérunt ad Je-sum et impo-su-érunt il-li vestiménta, et sedit super e-um: á-li-i expandébant vestiménta su-a in vi-a: á-li-i ramos de arbó-ribus externébant:




et qui sequebántur, clamábant: Hosánna, benedíctus



qui venit in nómine Dómi-ni: benedictum regnum




patris nostri Da-vid: Hosánna in excél-sis:




mi-serére no-bis, fi-li Da-vid.

Alia Ant.
V.


Cum audís-set * pó-pu-lus, qui-a Jesus




ve-nit Jero-só-lymam, accepérunt ramos palmá-




rum: et exi-érunt e-i ób-vi-am, et cla-




mábant pú-e-ri, dicéntes: Hic est, qui ven-




tú-rus est in sa-lú-tem pópu-li.




Hic est salus nostra, et red-ém-




pti-o Isra-ël. Quan-tus est i-ste, cu-i




Thro-ni et Domina-ti-ó-nes occurrunt!




No-li timére, fi-li-a Si-on: ecce, Rex tu-us ve-nit



tibi, se-dens super pullum á-si-næ, sicut



scrip-tum est. Sal-ve, Rex, fabricá-tor mun-



di, qui ve-nísti redí-me-re nos.

4 Offic. Maj. Hebd.

Alia Ant.
VIII.**A**

nte sex di-es * sol-émnis Paschæ,
 quando ve- nit Dóminus in ci-vi-tá-tem Je-rúsa-
 lem, occurrérunt e- i pú- e-ri : et in mánibus
 portábant ramos palmá- rum, et clamábant voce ma-
 gna, dicéntes : Hosánna in ex-
 celsis : benedíctus, qui venisti in multi-tú-di-ne
 mi-seri-cór-di-æ : Hosánna in
 excelsis.

Alia Ant.
VIII.**O**


ccurrunt turbæ * cum flóribus et palmis Re-
 demptó-ri óbvi-am : et victóri tri-umphánti digna
 dant obséquí- a : Fí-li-um De-i ore gentes prædi-
 cant : et in laudem Chri-sti voces tonant per núbí-la :
 Hosánna !

Alia Ant.
VII.**C**


um Ange-lis et pú-e-ris * fidé-les inve-ni-ámur,
 tri-umpható-ri mortis clamántes : Hosánna in excelsis.

Alia Ant.
IV.**T**



urba multa, * quæ convénerat ad di-em festum,



In reversione Processionis, duo vel quatuor Cantores intrant in ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, incipiunt *Y*. Glória, laus, et decantant duos primos versus. Sacerdos vero, cum aliis extra ecclesiam, repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant alios versus sequentes : vel omnes, vel partem, prout videbitur : et qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respondent : Glória, laus, sicut a principio *Y*.



Repetitur : Glória, laus.



Postea Subdiaconus hastili crucis percutit portam : qua statim aperta, Processio intrat ecclesiam, cantando :

Resp.

II.

I ngredi-ente * Dó-mino in sanctam ci-
vi- tá- tem, Hebræ-ó- rum pú-e- ri, resur-
recti-ónem vitæ pro- nunti- án- tes, * Cum
ramis palmá- rum : Hosánna, clamá- bant, in
ex- cél- sis. **V.** Cumque audís-set pópulus, quod
Jesus vení-ret Jerosó-ly-mam, exi-érunt ób-
vi- am e- i. * Cum ramis.

Et non dicitur Glória Patri.

Deinde celebratur Missa, et rami tenentur in manibus, dum canta-
tur Passio et Evangelium tantum.

AD MISSAM

Statio ad S. Joannem in Laterano

Intr.
VIII.

D ó-mine, * ne longe fá-ci- as auxí-li- um
tu-um a me, ad de- fensi-ónem me- am
áspi- ce : lí- be- ra me de o- re le- ó- nis,
et a córni- bus u- ni-cornu-ó- rum hu-mi-li-tá-
tem me- am. **Ps.** De- us, De- us me- us, réspi- ce
in me : * qua- re me dere- liquísti ? longe a sa- lúte
me- a verba de- lictó- rum me- ó- rum.
Repetitur : Dómine, ne longe.

I.
K y-ri-e, * e- lé-i-son. *iiij.* Chri- ste,
 e- lé-ison. *iiij.* Kyri- e, e- lé-ison. *ij.* Ky-
 ri-e, * ** e- lé-ison.

vel, ubi moris est :

VI.
K y-ri- e, * e- lé-ison. *iiij.* Christe,
 e- lé-i-son. *iiij.* Ky-ri- e, e- lé-ison. *ij.*
 Kyri- e, * e- lé-i-son.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmeré, et crucem subire fecisti : † concéde propítius ; ut et patientiæ ipsíus habére documénta, * et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Et dicitur hæc tantum Oratio, etiam si qua ad Laudes facta fuerit Commemoratio.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses.

Phil. 2, 5-11

Fratres : Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se aequálem Deo : sed semetipsum exinanívit, formam servi accipiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu inventus ut homo. Humiliávit semetipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : et donávit illi nomen, quod est super omne nomen : (*hic genuflectitur*) ut in nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, et infernórum : et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

Grad.
VI.

T enu-ísti * ma- num déx-te-ram
 me- am : in vo- luntá-te tu-
 a de- duxi- sti me : et cum gló-
 ri- a as-sumpsí-sti me.

V. Quam bo- nus Isra-él

De-us rec-

-tis cor-de! me-i

autem pe-ne mo-ti sunt pe-

des: pene effú-si sunt gres-sus me-

i: qui-a ze-lávi in pec-ca-tó-

-ri-bus, pa-cem pec-

ca-tó-rum * vi-dens.

Tract II.
D e-us, * De-us

me-us, réspi-ce in me: quare me de-

re-li-quí-sti? V. Lon-ge a

sa-lúte me-a ver-ba de-lic-

tó-rum me-ó-rum. V. De-us


me-us, clamá-bo per di-em, nec exáu-

di-es: in nocte, et non ad insi-pi-

én-ti-am mi-hi. V. Tu au-tem

in sancto há-bi-tas, laus Is-ra-

ël. V. In te speravérunt patres



no- stri : speravé- runt, et li- be-
rásti e- os. **Y.** Ad te cla-mavé- runt,
et sal-vi fa-cti sunt : in te speravé-
runt, et non sunt confú- si. **Y.** Ego
au- tem sum vermis, et non ho-
mo : oppróbri-um hó- minum,
et abiécti- o ple- bis. **Y.** Omnes qui
vi- dé- bant me, aspernabán- tur
me : locú-ti sunt lá- bi- is, et movérunt



ca- put. **Y.** Sperávit in Dó-mi- no, e-rí-
pi- at e- um : sal- vum fá-ci-at e- um,
quóni- am vult e- um. **Y.** Ipsi vero con-
sideravérunt, et conspexé- runt me :
divi- sérunt si- bi vestiménta me- a, et
super vestem me- am mi- sérunt sortem.
Y. Lí-be-ra me de o-
re le- ó- nis : et a córni-
bus uni-cornu-ó- rum, humi- li- tá-tem

me-am. **V.** Qui timé-tis Dómi-num, laudáte
e-um : univérsum semen Ja-cob,
magni-fi-cá-te e-um. **V.** Annunti-á-bi-tur Dó-
mi-no gene-rá-ti-o ventú-ra :
et annunti-ábunt cæ-li justí-ti-am
e-jus. **V.** Pópu-lo, qui na-
scé-tur, quem fe-cit * Dó-minus.

Passio Domini incipitur absolute : non dicitur Munda cor meum, non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec incensum : non dicitur Dóminus vobiscum, nec respondetur Glória tibi, Dómine, et

Celebrans, seu Diaconus, dum pronuntiat Passio Dómini nostri, non signat librum, neque seipsum. Quod et in aliis diebus servatur, quando legitur Passio.

V.
Pássi-o Dómi-ni nostri Jesu Christi secúndum
Matthæ-um. In illo témpore : Dixit Jesus di-scípu-lis
su-is : **✠** Scitis qui-a post bídu-um Pascha fi-et, et
Fí-li-us hóminis tradétur ut cruci-figátur? **C.** Tunc con-
gregá-ti sunt príncipes sacerdótum, et seni-óres pó-
pu-li in átri-um prínci-pis sacerdótum, qui dicebátur
Cá-iphas : et consí-li-um fecérunt ut Jesum dolo tené-

rent, et occide-rent. Dicébant autem : **S.** Non in di-e

festo, ne forte tumultus fieret in populo. **C.** Cum
 autem Jesus esset in Bethánia in domo Simónis le-
 prōsi, accessit ad eum mulier habens alabāstrum
 unguenti pre-ti-ō-si, et effudit super caput ipsius
 recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati
 sunt, dicentes: **S.** Ut quid perditis hoc? potu-
 ist enim istud vendari multo, et dari pauperibus,
C. Sciens autem Jesus, ait illis: **✠** Quid molesti
 estis huic mulieri? opus enim bonum operata est

in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me
 autem non semper habetis. Mittens enim haec un-
 guentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me
 fecit. Amen dico vobis, ubicumque praedicatum fu-
 erit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur et
 quod haec fecit in memoriam ejus. **C.** Tunc abiit
 unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes,
 ad principes sacerdotum, et ait illis: **S.** Quid vul-
 tis mihi dare, et ego vobis eum tradam? **C.** At illi

constitu-érunt e-i trigínta argénte-os. Et exínde
 quærébat opportuni-tátem ut e-um tráderet. Prima
 autem di-e azymórum accessérunt discípu-li ad
 Jesum, dicéntes : **S.** Ubi vis parémus tibi comédere
 pascha ? **C.** At Je-sus dixit : ✠ I-te in civi-tátem
 ad quemdam, et dí-ci-te e-i : Ma-gíster dicit : Tem-
 pus me-um prope est, apud te fáci-o pascha cum di-
 scí-pulis me-is. **C.** Et fecérunt discípu-li, sicut consti-
 tu-it illis Jesus, et paravérunt pascha. Véspere

autem facto, discumbébat cum du-ódecim discípu-lis
 su-is. Et edéntibus illis, dixit : ✠ Amen dico vobis,
 qui-a unus vestrum me tradi-turus est. **C.** Et contri-
 státi valde, cœpérunt singu-li dí-cere : **S.** Numquid
 ego sum, Dómine ? **C.** At ipse respóndens, a-it :
 ✠ Qui intíngit mecum manum in parópside, hic me
 tradet, Fi-li-us quidem hóminis vadit, sicut scriptum
 est de illo : vae autem hómini illi, per quem Fi-
 li-us hóminis tra-détur : bonum erat e-i, si natus non

fu-isset homo ille. **C.** Respóndens autem Judas, qui
trádidit e-um, dixit : **S.** Numquid ego sum, Rabbi?
C. A- it il-li : ✠ Tu di- xisti. **C.** Coenántibus autem
e-is, accépit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, de-
dítque discípu-lis su-is, et a- it : ✠ Accípi-te, et
comédi-te : hoc est corpus me-um. **C.** Et accípi-ens
cá-licem, grá-ti-as agit : et dedit il-lis, dicens : ✠ Bí-
bi-te ex hoc omnes. Hic est enim sanguis me-us novi
testaménti, qui pro multis effundétur in remissi-ónem

pecca-tórum. Dico autem vobis : non bibam ámodo
de hoc genímine vi-tis, usque in di-em illum, cum il-
lud bibam vobíscum novum in regno Patris me-i.
C. Et hymno dicto, exi-érunt in montem Olivé-ti.
Tunc dicit il-lis Jesus : ✠ Omnes vos scándalum pa-
ti-émini in me, in ista nocte. Scrip-tum est enim :
Percú-ti-am pastórem, et dispergéntur oves gregis.
Postquam autem resurréxero, præcédam vos in Ga-
li-læ-am. **C.** Respóndens autem Petrus a- it il-li :

S. Et si omnes scanda-lizá-ti fú-erint in te, ego
numquam scanda-lizábor. **C.** A-it il-li Jesus : ✠ A-
men dico tibi, qui-a in hac nocte, ántequam gallus
cantet, ter me ne-gábis. **C.** A-it illi Petrus : **S.** E-ti-am
si oportú-erit me mori tecum, non te negábo. **C.** Si-
mí-li-ter et omnes discípu-li dixerunt. Tunc venit Jesus
cum illis in villam, quæ dí-citur Gethsémani, et dixit
discípu-lis su-is : ✠ Se-déte hic, donec vadam illuc
et orem. **C.** Et assúpto Petro, et du-óbus fí-li-is

Zebedæ-i, cœpit contristári, et mœstus esse. Tunc
a-it illis : ✠ Tristis est ánima me-a usque ad
mortem : sustiné-te hic, et vigi-lá-te mecum. **C.** Et pro-
grêssus pusillum, prócidit in fá-ci-em su-am, orans, et
dicens : ✠ Pa-ter mi, si possí-bi-le est, tránse-at a
me ca-lix iste. Verúmtamen non sicut ego volo, sed
sicut tu. **C.** Et venit ad discípulos su-os, et invénit
e-os dormi-éntes : et di-cit Petro : ✠ Sic non po-
tu-ístis una hora vigi-lá-re mecum ? Vigí-lá-te, et orá-

te, ut non intré-tis in tenta-ti-ónem. Spí-ritus qui-

dem promptus est, caro autem in-firma. **C.** I-terum

secúndo ábi-it, et orá-vit, dicens : ✠ Pa-ter mi,

si non potest hic calix transí-re, nisi bibam illum, fi-at

vo-lúntas tu-a. **C.** Et venit í-terum, et invénit e-os

dormi-éntes : erant enim ócu-li e-órum graváti.

Et relictis illis, í-terum ábi-it, et orávit térti-o,

e-úmdem sermónem dicens. Tunc venit ad discipulos

su-os, et di-cit il-lis : ✠ Dormi-te jam, et requi-

ésci-te : ecce, appropinquávit hora, et Fí-li-us hó-

minis tradétur in manus pecca-tórum. Súrgi-te, e-á-

mus : ecce, appropinquávit qui me tradet. **C.** Adhuc

e-o loquénte, ecce, Judas unus de du-ódecim venit,

et cum e-o turba multa cum gládi-is, et fústibus, mis-

si a principibus sacerdotum, et seni-óribus pópu-li.

Qui autem trádidit e-um, dedit illis signum dicens :

S. Quemcúmque oscu-látus fú-ero, ipse est, tenéte

e-um. **C.** Et conféstim accédens ad Jesum, dixit :

S. Ave, Rabbi. **C.** Et osculátus est e-um. Dixítque
 il-li Jesus: ✠ Amí-ce, ad quid venísti! Tunc
 accessérunt, et manus iniecérunt in Jesum, et tenu-
 érunt e-um. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Jesu,
 exténdens manus, exémit gládi-um su-um, et percú-
 ti-ens servum princípis sacerdotum, ampu-távit au-
 rículam ejus. Tunc a-it il-li Jesus: ✠ Convérte
 gládi-um tu-um in locum su-um. Omnes enim, qui ac-
 céperint gládi-um, gládi-o per-íbunt. An putas,

qui-a non possum rogáre Patrem me-um, et exhi-bébit
 mihi modo plus quam du-ódecim legi-ónes Ange-ló-
 rum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúra, qui-a
 sic opórtet fi-e-ri? **C.** In illa hora dixit Jesus tur-
 bis: ✠ Tamquam ad latrónem existis cum gládi-is, et
 fústibus comprehénde-re me: quotí-di-e apud vos se-
 débam docens in templo, et non me tenu-ístis:
C. Hoc autem totum factum est, ut adimpleréntur Scri-
 ptúra prophetárum. Tunc discípu-li omnes, relicto

e-o, fugérunt. At illi tenéntes Jesum, duxérunt ad
 Cá-ipham principem sacerdótum, ubi scribæ, et se-
 ni-óres convénérunt. Petrus autem sequebátur e-um
 a longe, usque in átri-um princípis sacerdótum.
 Et ingræssus intro, sedébat cum minístris ut vidé-
 ret finem. Príncipes autem sacerdótum, et omne con-
 cí-li-um, quærébant falsum testimóni-um contra Je-
 sum, ut e-um morti tráderent: et non invenérunt, cum
 multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem vené-

runt du-o falsi testes, et dixerunt: **S.** Hic dixit: Possum
 destrú-ere templum De-i, et post trídu-um re-adi-fi-
 cáre illud. **C.** Et surgens princeps sacerdótum, a-it
 il-li: **S.** Nihil respóndes ad e-a, quæ isti advérsus
 te testi-ficántur? **C.** Jesus autem tacébat. Et princeps
 sacerdótum a-it illi: **S.** Adjúro te per De-um vivum,
 ut dicas nobis, si tu es Christus Fí-li-us De-i.
C. Di-cit il-li Jesus: ✠ Tu di-xisti. Verúmtamen
 dico vobis, ámodo vidébi-tis Fí-li-um hóminis sedén-

tem a dextris virtutis De-i, et veni-entem in nubi-
 bus cæ-li. **C.** Tunc princeps sacerdotum scidit vestimén-
 ta su-a, dicens : **S.** Blasphemávit : quid adhuc egémus
 téstibus ? Ecce, nunc audistis blasphémi-am : quid vo-
 bis vidétur ? **C.** At illi respondéntes dixerunt : **S.** Re-
 us est mortis. **C.** Tunc exspu-érunt in fáci-em ejus,
 et cólaphis e-um ceciderunt, á-li-i autem palmas in
 fá-ci-em ejus dedérunt, dicéntes : **S.** Prophe-tiza nobis
 Christe, quis est qui te percússit ? **C.** Petrus vero se-

débat foris in átri-o : et accéssit ad e-um una ancíl-
 la, dicens : **S.** Et tu cum Jesu Gali-læ-o eras. **C.** At
 ille negávit coram ómnibus, dicens : **S.** Nési-o quid
 di-cis. **C.** Exe-únte autem illo jánu-am, vidit e-um
 á-li-a ancílla, et a-it his, qui erant ibi : **S.** Et
 hic erat cum Jesu Nazaréno. **C.** Et í-terum negávit
 cum juraménto : Qui-a non novi hóminem. Et post
 pusillum accessérunt qui stabant, et dixerunt Petro :
S. Vere et tu ex illis es : nam et loquéla tu-a mani-

féstum te facit. **C.** Tunc cœpit detestári, et juráre,
 qui a non novisset hóminem. Et continu-o gallus can-
 távit. Et recordátus est Petrus verbi Jesu, quod dí-
 xerat : Pri-úsquam gallus cantet, ter me negábis. Et
 egréssus foras, flevit amáre. Mane autem facto, con-
 sí-li-um in-i-érunt omnes príncipes sacerdotum, et se-
 ni-óres pópu-li advérsus Jesum, ut e-um mortí trá-
 derent. Et vinctum adduxérunt e-um, et tradidérunt
 Pónti-o Pi-láto præsidí. Tunc videns Judas, qui e-um

trádidit, quod damná-tus esset ; pœni-ténti-a ductus,
 rétu-lit trigínta argénte-os prínci-pibus sacerdotum,
 et seni-ó-ribus, dicens : **S.** Peccá-vi, tradens sángu-
 nem justum. **C.** At illi dixerunt : **S.** Quid ad nos ?
 Tu víde-ris. **C.** Et projéctis argénte-is in templo,
 recéssit : et áb-i-ens, láque-o se suspéndit. Príncipes
 autem sacerdotum, accéptis argénte-is, dixerunt :
S. Non licet e-os mittere in córbonam : qui-a préti-
 um ságuinis est. **C.** Consi-li-o autem ín-i-to,
 5 Offic. Maj. Hebd.

emérunt ex illis agrum figu-li, in sepultúram pere-
 grinórum. Propter hoc vocátus est ager ille, Hacél-
 dama, hoc est, ager sánguinis, usque in hodi-érnum
 di-em. Tunc implétum est, quod dictum est per
 Jeremí-am prophétam, dicéntem : Et accepérunt tri-
 ginta argente-os pré-ti-um appre-ti-á-ti, quem appre-
 ti-avérunt a fi-li-is Isra-él : et dedérunt e-os in
 agrum figu-li, sicut consti-tu-it mihi Dóminus.
 Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogávit

e-um præses dicens : **S.** Tu es Rex Judæ-órum ?
C. Di-cit il-li Jesus : ✠ Tu di-cis. **C.** Et cum accu-
 sarétur a principibus sacerdótum, et seni-óribus,
 nihil respóndit. Tunc dicit illi Pi-látus : **S.** Non
 audis quanta advérsum te dicunt testimoni-a ?
C. Et non respóndit e-i ad ullum verbum, ita ut
 mi-ra-ré-tur præses veheménter. Per di-em autem
 solémnem consu-éverat præses pópulo dimittere
 unum vinctum, quem volu-íssent. Habébat autem tunc

vinctum insignem, qui dicebatur Barábbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilátus : **S.** Quem vultis dimittam vobis : Barábbam, an Jesum, qui dicitur Christus ? **C.** Sciebat enim quod per invidiam tradissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens : **S.** Nihil tibi, et justo illi : multa enim passa sum hodie per visum propter eum.

C. Principes autem sacerdotum, et seniores persuaserunt populo, ut peterent Barábbam, Jesum vero


perderent. Respondens autem praeses ait illis : **S.** Quem vultis vobis de duobus dimitti ? **C.** At illi dixerunt : **S.** Barábbam. **C.** Dicit illis Pilátus : **S.** Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus ? **C.** Dicunt omnes : **S.** Crucifigatur. **C.** Ait illis praeses : **S.** Quid enim mali fecit ? **C.** At illi magis clamabant, dicentes : **S.** Crucifigatur. **C.** Videns autem Pilátus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret : accépta aqua, lavit manus coram populo, dicens : **S.** In-

nocens ego sum a ságuine justí hujus : vos vidéri-
 tis. **C.** Et respóndens univérsus pópulus dixit : **S.** San-
 guis ejus super nos, et super fi-li-os nostros. **C.** Tunc
 dimi-sit illis Barábbam : Jesum autem flagellátum trá-
 didit e-is, ut cruci-fi-gerétur. Tunc mi-li-tes præsidis
 susci-pi-éntes Jesum in prætó-ri-um, congregavérunt
 ad e-um univérsum cohórtem : et exu-éntes e-um, chlá-
 mydem coccíne-am circumdedérunt e-i : et plecténtes
 corónam de spinis, posu-érunt super caput ejus, et

arúndinem in délixtera ejus. Et genufléxo ante
 e-um, illudébant e-i, dicéntes : **S.** Ave, Rex Judæ-ó-
 rum. **C.** Et exspu-éntes in e-um, accepérunt arúndinem,
 et percu-ti-ébant caput ejus. Et postquam illusérunt
 e-i, exu-érunt e-um chlámyde, et indu-érunt e-um
 vestiméntis ejus, et duxérunt e-um ut cruci-fi-gerent.
 Exe-úntes autem, invenérunt hóminem Cýrenæ-um, nó-
 mine Simónem : hunc anga-ri-avérunt ut tólleret cru-
 cem ejus. Et venérunt in locum, qui dí-citur Gólgo-

tha, quod est Calvári-æ locus. Et dedérunt e-i vinum
 bîbere cum felle mixtum. Et cum gustásset, nólu-it
 bîbere. Postquam autem cruci-fixérunt e-um, divi-
 sérunt vestiménta ejus, sortem mitténtes : ut implerétur
 quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Divi-
 sérunt sibi vestiménta me-a, et super vestem me-am
 misérunt sortem. Et sedéntes, servábant e-um. Et im-
 posu-érunt super caput ejus causam ipsí-us scriptam :
 Hic est Jesus Rex Judæ-órum. Tunc cruci-fi-xi sunt cum

e-o du-o latrónes : unus a dextris, et unus a siní-
 stris. Prætere-úntes autem blasphemábant e-um, movén-
 tes cápi-ta su-a, et dicéntes : **S.** Vah, qui déstru-is
 templum De-i, et in trídu-o illud re-ædí-ficas : sal-
 va temetípsum. Si Fí-li-us De-i es, descénde de
 cruce. **C.** Simí-liter et príncipes sacerdótum illudéntes
 cum scribis et seni-ó-ribus, dicébant : **S.** Ali-os salvos
 fecit, se-ípsum non potest salvum fácere : si Rex
 Isra-ël est, descéndat nunc de cruce, et crédimus



e-i : confidit in De-o: liberet nunc, si vult e-um ;

dixit enim : Qui-a Fi-li-us De-i sum. **C.** Idípsum

autem et latrónes, qui cruci-fi-xi erant cum e-o, im-

properábant e-i. A sexta autem hora ténebræ factæ

sunt super univérsam terram usque ad horam nonam.

Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna,

dicens: ✠ E-li, E-li, lamma sabachtháni? **C.** Hoc est : ✠

De-us me-us, De-us me-us, ut quid dere-liquísti

me? **C.** Quidam autem illic stantes, et audi-éntes, dicé-



bant : **S.** E-lí-am vocat iste. **C.** Et continu-o currens

unus ex e-is, accéptam spóngi-am implévit acé-to,

et impósu-it arúndi-ni, et dabat e-i bí-bere. Cé-te-

ri vero dicébant : **S.** Sine, vide-ámus an véni-at E-

lí-as líberans e-um. **C.** Jesus autem í-terum clamans

voce magna, emí-sit spí-ritum.


Hic genuflectitur et pausatur aliquantulum.

Et ecce, velum templi scissum est in du-as partes a

summo usque de-órsum : et terra mota est, et petræ



scissæ sunt, et monuménta apérta sunt : et multa
 cōrpora sanctōrum, qui dormi-erant, surrexérunt.
 Et exe-úntes de monuméntis post resurrecti-ónem
 ejus, venérunt in sanctam ci-vitátem, et apparu-
 érunt multis. Centúri-o autem, et qui cum e-o
 erant, custodi-éntes Jesum, viso terrámótu, et his,
 quæ fi-ébant, timu-érunt valde, dicéntes : **S.** Vere
 Fí-li-us De-i erat iste. **C.** Erant autem ibi mu-
 lí-eres multæ a longe, quæ secútæ erant Jesum a




Ga-li-læ-a, ministrátes e-i : inter quas erat Marí-a
 Magdaléne, et Marí-a Jacóbi, et Joseph mater, et
 mater fi-li-órum Zebedæ-i. Cum autem sero factum
 esset, venit quidam homo dives ab Arimathæ-a,
 nómine Joseph, qui et ipse discípulus erat Jesu.
 Hic accéssit ad Pi-látum, et pé-ti-it corpus Jesu.
 Tunc Pi-látus jussit reddi corpus. Et accépto cōrpo-
 re, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et
 pósu-it illud in monuménto su-o novo, quod exci-




contra se-púlcrum.

Hic dicitur Munda cor meum, petitur benedictio, defertur incensum sine luminaribus, et incensatur liber : non dicitur Dóminus vobiscum, et Celebrans aut Diaconus non signat librum, neque seipsum : et quod sequitur, cantatur in tono Evangelii (†) in cuius fine Celebrans osculatur librum, et incensatur. Quæ omnia et in aliis Passionibus servantur, præterquam Feria VI in Parasceve.

Tonus Evangelii, ad libitum.



(†) Tonus Evangelii is seligendus est qui habeat eundem Tenorem ac tonus Passionis ; videlicet tonus qui primo aut secundo loco ponitur in Cantorino, juxta Editionem typicam Vaticanam ; non vero is qui ibidem *Antiquior* declaratur.



IV.
Credo in unum De-um. Patrem omnipoténtem,
 factórem cæli et terræ, visi-bí-li-um ómni-um, et in-
 vi-si-bí-li-um. Et in unum Dóminum Jesum Christum,
 Fí-li-um De-i unigéni-tum. Et ex Patre natum an-
 te ómni-â sæcu-la. De-um de De-o, lumen de lú-
 mine, De-um verum de De-o vero. Géni-tum, non
 factum, consubstanti-álem Patri : per quem ómni- a
 facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter no-
 stram salútem descéndit de cælis. Et incarnátus est

Hic genuflectitur

de Spí-ri-tu Sancto ex Mari-a Vírgi-ne : Et homo
 factus est. Cruci-fíxus é-ti-am pro nobis : sub Pón-
 ti-o Pi-láto passus, et sepúltus est. Et resurréxit
 térti-a di-e secúndum Scriptúras. Et ascéndit in
 cælum : sedet ad délixeram Patris. Et í-terum ventú-
 rus est cum glóri-a judicá-re vivos, et mórtu-os :
 cujus regni non erit finis. Et in Spí-ritum Sanctum,
 Dóminum, et vivi-ficántem : qui ex Patre, Fí-li-ó-
 que procédit. Qui cum Patre, et Fí-li-o simul adorá-



tur, et conglo-ri-ficátur : qui locútus est per Prophé-
tas. Et unam sanctam cathóli-cam et apostó-licam Ec-
clé-si- am. Confi-te-or unum baptísma in remissi-ónem
peccatórum. Et expécto resurrecti-ónem mortu-órum.


Et vitam ventú-ri sæ-cu-li. A- men.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Offert.
VIII.




Im- propé- ri- um * expectá-vit cor
me- um, et mí- sé- ri- am : et sustí-
nu- i qui si- mul contristaré- tur, et non




fu- it : con- so-lán-tem me quæ- sí- vi,
et non invé- ni : et de-dé- runt
in e-scám me- am fel, et in si-ti me-
a po-ta-vé- runt me a-cé- to.

Secreta


Concède, quæsumus, Dómine : ut óculis tuæ majestátis
munus oblátum, et grátiam nobis devoti-ónis obtíneat,
et efféctum beátæ perennitátis acquirat. Per Dóminum.




Per ómni-a sæcula sæculó-rum. **R.** Amen.



V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o. **V.** Sur-
sum corda. **R.** Habémus ad Dóminum. **V.** Gráti- as
agámus Dómino De-o nostro. **R.** Dignum et justum



est. Vere dignum et justum est, æquum et salu-täre,
 nos tibi semper, et ubique gráti-as ágere: Dómi-
 ne sancte, Pater omnípotens, ætérne De-us: Qui sa-
 lútem humáni géneris in ligno Crucis consti-tu-isti:
 ut unde mors o-ri-e-bátur, inde vi-ta resúrgeret:
 et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vince-ré-
 tur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maje-
 státem tu-am laudant Ange-li, adórant Domina-ti-ó-
 nes, tremunt Potestátes. Cæ-li, cælórúmque Virtútes,



ac be-á-ta Séraphim, só-ci-a exsultati-ó-ne concé-
 lebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admít-ti júbe-
 as depre-cámur, súppli-ci confessi-ó-ne dicétes:
 V.
Sanc-tus, * Sanctus, Sanc-tus Dóminus De-us
 Sá-ba-oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-ra gló-ri-a
 tu-a. Ho-sánna in excél-sis. Bene-díctus qui
 venit in nómine Dómini. Ho-sánna in excél-sis.
 V.
A-gnus De-i, * qui tol-lis peccá-ta mundi:

mi-serére no-bis. Agnus De-i, * qui tol-lis peccá-
 ta mundi: mise-rére no-bis. Agnus De-i, * qui tol-
 lis peccá-ta mundi : dona nobis pa-cem.

Comm.
VIII.

Pa-ter, * si non potest hic ca-lix transí-re,
 ni-si bibam il-lum : fi-at volúntas tu-a.

Postcommunio

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio

Per hujus, Dómine, operatiónem mystérii : † et vítia
 nostra purgéntur, * et justa desidéria compleántur.
 Per Dóminum.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spírítu tuo.

I.

Benedi-cá-mus Dó-mi-no. **R.** De-o

grá-ti-as.
VI.
Bene-dicámus Dó-mi-no. **R.** De-o
 grá-ti-as.

In Missis privatis legitur in fine Evangelium Cum appropinquasset Jesus, ut supra in benedictione Palmarum. 87

AD SEXTAM

Pater noster et Ave, María.
V. Deus, in adjutórium.

Hymnus

III.
Rector potens, ve-rax De-us, Qui ténpe-ras
 rerum vices, Splendóre mane illúminas, Et ignibus
 me-rí-di-em. **2.** Exstingue flammas lí-ti-um, Aufer
 ca-ló-rem nó-xi-um, Confer salú-tem córporum,



Verámque pacem córdi- um. **3.** Præsta, Pater pi- is-




sime, Patrique compar U-nice, Cum Spí-ri-tu Pa-



rá-clito, Regnans per omne sæcu-lum. A-men.

Ant.
IV. A*



T ibi reve-lávi. E u o u a e.

Psalmus 118, vj

Defécit in salutáre tuum
ánima mea : * et in ver-
bum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in
elóquium tuum, * dicéntes :
Quando consoláberis me ?

Quia factus sum sicut ater
in pruína : * justificatiónes
tuas **non** sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui ?
* quando fácies de perse-
quéntibus me iudícium ?

Narravérunt mihi iníqui
fabulatiónes : * sed **non** ut
lex tua.

Omnia mandáta tua véri-
tas : * iníque persecúti sunt
me, ádjuva me.

Paulo minus consummavé-
runt me in terra : * ego au-

tem non derelíqui mandáta
tua.

Secúndum misericórdiam
tuam vivífica me : * et cu-
stódiam testimónia oris tui.

In ætérnum, Dómine, *
verbum tuum pérmanet in
cælo.

In generatióem et gene-
ratióem véritas tua : * fun-
dásti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tua perseve-
rat dies : * quóniam ómnia
serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditá-
tio mea est : * tunc forte
períssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar
justificatiónes tuas : * quia
in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me

fac : * quóniam justificatió-
nes tuas exquisivi.

Me expectavérunt pecca-
tóres ut pérderent me : *
testimónia tua intelléxi.

Omnisconsummatiónis vi-
di finem : * latum mandátum
tuum nimis.

Glória Patri.

Psalmus 118, vij

Quómodo diléxi legem
tuam, Dómine ? * tota
die meditatio mea est.

Super inimícos meos pru-
déntem me fecísti mandato
tuo : * quia in ætérnum
mihi est.

Super omnes docéntes me
intelléxi : * quia testimónia
tua meditatio mea est.

Super senes intelléxi : *
quia mandáta tua quæsvi.

Ab omni via mala prohibui
pedes meos : * ut custódiam
verba tua.

A iudiciis tuis non decli-
návi : * quia tu legem posu-
ísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis
elóquia tua : * super mel
ori meo !

A mandátis tuis intelléxi :
* propterea odívi omnem
viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis ver-
bum tuum, * et lumen semi-
tis meis.

Jurávi, et státui * custo-
dire iudícia justitiæ tuæ.

Humiliátus sum usque-
quaque, Dómine : * vivífica

me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei bene-
plácita fac, Dómine : * et
iudícia tua doce me.

Anima mea in mánibus
meis semper : * et legem
tuam **non** sum oblítus.

Posuérunt peccatóres lá-
queum mihi : * et de man-
dátis tuis non errávi.

Heredítate acquisivi testi-
mónia tua in ætérnum : *
quia exsultatio cordis mei
sunt.

Inclinávi cor meum ad fa-
ciéndas justificatiónes tuas
in ætérnum, * propter retri-
butiónem.

Glória Patri.

Psalmus 118, viij

Iníquos odio hábui : * et
legem tuam diléxi.

Adjútor et suscéptor meus
es tu : * et in verbum tuum
supersperávi.

Declináte a me, maligni :
* et scrutábor mandáta Dei
mei.

Súscipe me secúndum eló-
quium tuum, et vivam : * et
non confúdas me ab ex-
spectatióne mea.

Adjuva me, et salvus ero :
* et meditábor in justifica-
tiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedén-
tes a iudiciis tuis : * quia
iníusta cogitatio eórum.

Prævaricántes reputávi
omnes peccátore terræ : *
ideo diléxi testimonia tua.

Confige timóre tuo **car**nes meas : * a iudiciis **enim** tuis timui.

Feci iudícium **et** justítiam : * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum : * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutare tuum : * et in elóquium justítiae tuæ.

Fac cum servo tuo secundum misericórdiam tuam : *

et justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intelléctum, ut sciam testimonia tua.


Tempus faciendi, Dómine : * dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandata tua, * super aurum et topázion.

Proptérea ad ómnia mandata tua dirigébar : * omnem viam iníquum odio hábui.

Glória Patri.

Anti-
phona



Tibi reve-lávi causam me-am, Dómine, de-



fénsor vitæ me-æ, Dómine, De-us me-us.

Capitulum


Philipp. 2, 8-9

Humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, * et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

R. Deo grátias.

Ry. br.

De ore le-ónis * Lí-bera me, Dómine. De



ore. V. Et a córnibus unicórni-um humi-li-tátem



me-am. * Lí-bera. De ore.

V. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam.

R. Et cum viris sánguinem vitam meam.

Oratio et reliqua ut supra ad Tertiam. 81

AD NONAM

Pater noster **et** Ave, María.

V. Deus, in adiutórium.

Hymnus




Rerum, De-us, te-nax vigor, Immótus in te



pérmanens, Lucis di-úrnæ témpora Succéssibus



de-térmi-nans : 2. Largire lumen vésperæ, Quo vi-ta



nusquam dé-cidat, Sed præmi-um mortis sacrae



Perénnis instet gló-ri-a. 3. Præsta, Pater pi-íssi-




me, Patrique compar U-nice, Cum Spí-ritu Pa-rá-



cli-to Regnans per omne sæcu-lum. A-men.

Ant.
IV. A*



Invocábo. E u o u a e.

Psalmus 118, ix

Mirabilia testimónia tua : * ideo scrutáta est ea anima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat : * et intellectum dat párvulis.

Os meum apérui, et attraxi spíritum : * quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me, et miserere mei, * secúndum iudícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dirige secúndum elóquium tuum : * et non dominétur mei omnis injustítia.

Rédime me a colúmniis hóminum : * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum : * et doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxerunt óculi mei : * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine : * et rectum iudícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua : * et veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus : * quia oblíti sunt verba tua inimici mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter : * et servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego et contéptus : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætérnum : * et lex tua veritas.

Tribulátio, et angústia invenerunt me : * mandáta tua meditatio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum : * intelléctum da mihi et vivam.

Glória Patri.

Psalmus 118, x

Clamávi in toto corde meo, exáudi me, Dómine : * justificatiónes tuas requiram.

Clamávi ad te, salvum me fac : * ut custódiam mandáta tua.

Præveni in maturitáte, et clamávi : * quia in verba tua superserávi.

Psalmus 118, xj

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo : * ut meditárer eloquia tua.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam, Dómine : * et secúndum iudícium tuum vivifica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti : * a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Dómine : * et omnes viae tuæ veritas.

Initio cognóvi de testimoniis tuis : * quia in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitátem meam, et éripe me : * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica iudícium meum, et rédime me : * propter elóquium tuum vivifica me.

Longe a peccatóribus salus : * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdia tua multa, Dómine : * secúndum iudícium tuum vivifica me.

Multi qui persequúntur me, et tribulant me : * a testimoniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, et tabescébam : * quia eloquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua dilexi, Dómine : * in misericórdia tua vivifica me.

Principium verbórum tuorum, veritas : * in ætérnum omnia iudicia justitiæ tuæ.

Glória Patri.

Príncipes persecúti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætabor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spolia multa.

Iniquitátem ódio hábui, et abominatus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi : * super iudicia justitiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * et non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum, Dómine : * et mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua : * et diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua, et testimónia tua : * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo : * secúndum elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docéris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum : * quia omnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me : * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Errávi sicut ovis, quæ
Dómine : * et lex tua medi- pèriit : * quære servum
tatio mea est. tuum, quia mandáta tua

Vivet ánima mea, et lau- non sum oblítus.
dabit te : * et iudícia tua Glória Patri.
adjuvábunt me,



Invocábo nomen tu-um, Dómine : ne avértas



fá-ci-em tu- am a clamóre me-o.

Capitulum

Philipp. 2, 10-11

In nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terré-
strium, et infernórum : † et omnis lingua confiteátur, *
quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.
R. Deo grátias.



Ne perdas cum ímpi-is, * De-us, áni-mam



me-am. Ne perdas. V. Et cum viris sánguinem



vitam me-am. * De-us. Ne perdas.

V. Eripe me, Dómine, ab hómine malo.


R. A viro iníquo éripe me.

Oratio et reliqua ut supra ad Tertiam. 81.

AD VESPERAS

Pater noster et Ave, María.

V. Deus, in adiutórium.



Dixit Dóminus. Cantor : Dómino me-o : * Se-



de a dextris me-is.

Psalms 109

Dixit Dóminus Domino
meo : * Sede a dextris
meis :

Donec ponam inimicos
tuos, * scabéllum pedum
tuorum.

Virgam virtútis tuæ emít-
tet Dóminus ex Sion : * do-
mináre in médio inimicorum
tuorum.

Tecum princípium in die
virtútis tuæ in splendóribus
sanctorum : * ex útero ante
lucíferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non
poenitebit eum : * Tu es sa-
cérdos in ætérnum secúndum
órdinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, *
confrégit in die iræ suæ re-
ges.


Judicábit in natióibus,
implebit ruínas : * conquis-
cábit cápita in terra multo-
rum.

De torrén-te in via bi-
bet : * propterea exaltabit
caput.

Glória Patri.



Dixit Dóminus Dómino me- o : Sede a dex-



tris me-is.

2. Ant.
III. b

Magna ópera Dómi-ni. E u o u a e.

Psalmus 110

Confitebor tibi, Dómine, in toto corde meo : * in consilio justórum, et congregatióne.

Magna opera Domini : * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suórum, † miséricors et miserator Dominus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui : * virtutem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis hereditatem gentium : * ópera mánuum ejus, veritas et judícium.

Fidélia ómnia mandata ejus : † confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit pópulo suo : * mandavit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus facientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Glória Patri.

Anti-
phona

Magna ópera Dómi-ni : exqui-si-ta in omnes

voluntates e-jus.

3. Ant.
IV. g

Qui timet Dóminum. E u o u a e.

Psalmus 111

Beátus vir, qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectórum benedicétur.

Glória, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et commodat, † dispónet sermónes suos in judicio : * quia in ætérnum non commovébatur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timebit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébatur donec despiciat inimicos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : † justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum peribit.

Glória Patri.

Anti-
phona

Qui timet Dóminum, in mandá-tis ejus cu-pit

nimis.

4. Ant.
VII. c

Sit nomen Dómini. E u o u a e.

Psalmus 112

Laudáte, pueri, Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis habitat, *

et humília respicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut còllocet eum cum prin-

cipibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem filiorum lætāntem.

Glória Patri.

Anti-
phona



Sit nomen Dómini be-nedictum in sæcula.

5. Ant.
T. peregr.

D



e-us autem noster. Eu o u a e.

Psalmus 113

In éxitu Israël de Ægypto, * domus Jacob de pópulo bárbaro :

Facta est Judæa sanctificatio ejus, * Israël potestas ejus.

Mare vidit, et fugit : * Jordánis convérsus est retrórsus.

Montes exsultavérunt ut arietes, * et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quod fugisti, * et tu, Jordánis, quia convérsus es retrórsus ?

Montes, exsultástis sicut arietes, * et colles, sicut agni óvium ?

A fácie Dómini mota est terra, * a fácie Dei Jacob.

Qui convértit petram in stagna aquárum, * et rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis : * sed nómini tuo da glóriam :

Super misericórdia tua et veritate tua : * nequādo dicant gentes : Ubi est Deus eórum ?

Deus autem noster in cælo : * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácula géntium argéntum, et aurum * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquén-tur : * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áu-dient : * nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non pal-pábunt : † pedes habent, et non ambulábant : * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fá-

ciunt ea : * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino : * adjútór eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : * adjútór eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino : * adjútór eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : * et benedíxit nobis :

Benedíxit dómui Israël : * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui ti-

ment Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super vos : * super vos, et super filios vestros.

Benedícti vos a Dómino : * qui fecit cælum, et terram.

Cælum cæli Dómino : * terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine : * neque omnes, qui descéndunt in inférnum.


Sed nos qui vivimus, benedicimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Glória Patri.

Anti-
phona



De-us autem noster in cæ-lo : ómni-a quæcúm-



que vóluit, fecit.

Capitulum

Philipp. 2, 5-7

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se æquálem Deo : † sed semetípsum exinávít, formam servi accipiens, in similitúdinem hóminum factus, * et hábitu invéntus ut homo.

R. Deo grátias.

Hymnus



exil-la Re-gis prod-e-unt: Fulget Crucis my-

sté-ri-um, Qua vita mortem pértu-lit, Et mor-te vi-
 tam prótu-lit. **2.** Quæ, vulnerá- ta lánce-æ Mucróné
 di-ro, criminum Ut nos lavá-ret sórdibus, Ma-ná-
 vit unda et sáanguine. **3.** Impléta sunt quæ cónci-nit
 David fidé-li cármine, Dicéndo na-ti-ó-nibus : Re-
 gná- vit a ligno De-us. **4.** Arbor decó-ra et fúl-gi-
 da, Orná-ta Re-gis púrpura, E-lécta digno stí-
 pi-te Tam sancta membra tángere. **5.** Be-á-ta, cu-
 jus bráchi-is Pré-ti-um pepéndit sæcu-li, Sta-téra

facta córporis, Tu-lít-que prædam tártari. **6.** O Crux,
 ave, spes ú-ni-ca, Hoc Passi-ó-nis témpore Pi-is
 adáuge grá-ti-am, Re-ís-que de-le crímina. **7.** Te,
 fons salú-tis, Trí-ni-tas, Colláudet omnis spí-ritus :
 Quibus Crucis victó-ri-am Largí-ris, adde præmi-
 um. A-men.

V. Eripe me, Dómine, ab hómine malo.
R. A viro in-íquo é-ripe me.
Vel juxta recentiore usum :

V. E-ripe me, Dómine, ab hómine ma-lo.
R. A viro in-íquo é-ripe me.

x Hæc strophæ O Crux dicitur flexis genibus.

Ad Magnificat, Antiphona

VIII. G.

S

criptum est enim. E u o u a e.

Canticum Beatæ Mariæ Virginis
Luc. 1, 46-55Magnificat * ánima mea
Dóminum :
Et exsultávit spíritus me-
us * in Deo, salutari meo.Quia respéxit humilitátem
ancillæ suæ : * ecce enim ex
hoc beatám me dicent omnes
generatiónes.Quia fecit mihi magna
qui potens est : * et sanctum
nomen ejus.Et misericórdia ejus a
progénie in progenies * ti-
méntibus eum.Fecit poténtiam in brachio
suo : * dispérsit supérbos
mente cordis sui.Depósuit potentes de se-
de, * et exaltávit húmiles.Esuriéntes implévit bonis :
* et dívites dimísit inánes.Suscépit Israël, puerum
suum, * recordátus miseri-
córdiæ suæSicut locútus est ad pa-
tres nostros, * Abraham, et
sémini ejus in sæcula.

Glória Patri.

Anti-
phona

Scriptum est enim : Percú-ti- am pastórem,

et dispérgentur oves gregis : postquam autem resur-

rexero, præcédam vos in Ga- li-læ-am : ibi me

vidébi-tis, dicit Dóminus.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

O rémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad
imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem no-
strum carnem súmere, et crucem subire fecísti : † con-
céde propítius ; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta,
* et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúndem
Dóminum.

Postea fiunt Commemorationes, si occurrant.

Post ultimam Orationem additur :

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Benedicámus Dómino, et reliqua ut ad Laudes, 64

Si post Vesperas immediate sequatur Completorium, dicto Versu
Fidélium animæ, statim incipitur Versus : Jube, domne, benedi-
cere, ut infra ad Completorium ; secus autem, si tunc terminetur
Officium, dicitur tantum Pater noster, secreto.

AD COMPLETORIUM

Ante Completorium non dicitur Pater noster et Ave, María, sicut
in aliis Horis, sed absolute Lector incipit :

V. Jube, domne, benedí-cere.

Benedictio



Noctem qui-étam et finem perféctum concédát nobis



Dóminus omnipotens. R. Amen.

Lectio brevis

1 Petri 5, 8-9

F

ratres : Sóbri-i estóte, et vigi-lá-te : qui-a

adversá-ri-us vester di-ábo-lus tamquam le-o rúgi-

ens circu-it, quærens quem dévoret : cu-i re-si-

sti-te fortes in fide. **Tu** autem, Dómine, mise-rérenobis. **R.** De-o grá-ti-as.**V.** Adjutó-ri-um nostrum in nómine Dómi-ni.**R.** Qui fecit cælum et terram.

Pater noster, quod dicitur totum secreto.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem quæ tota dicitur cum **VV.** sequentibus voce recta et paulisper depressa.**C**onfiteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaéli Archángelo, beato Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis,

et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatíone, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaélem Archángelum, beatum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereátur tui omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.
R. Amen.

Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur : vobis, fratres, et vos, fratres, dicat : tibi, pater, et te, pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereátur vestri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.
R. Amen.**I**ndulgéntiam, absolutíonem, et remissíonem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus.**R.** Amen.

Extra Chorum, si unus vel duo tantum recitent Officium, et in Choro Monialium semel tantum ac simul ab omnibus ita fit Confessio :

Confiteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaéli Archángelo, beato Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis cogitatíone, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaélem Archángelum, beatum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur :

Misereátur nostri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam.
R. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

Facta absolute dicitur :



V. Convérte nos, De-us salu-táris noster.



R. Et avérte iram tu-am a nobis.

V. Deus, in adjutórium.

Ant.
VIII.



M i-seré-re. Eu o u a e.

Psalmus 4

Cum invocárem exaudivit me Deus justítiæ meæ : * in tribulatióne dilatasti mihi.

Miserére mei, * et exáudi orationem meam.

Filii hóminum, úsquequo gravi corde ? * ut quid diligitis vanitátem et quæritis mendácium ?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare : * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justítiæ, † et speráte in Dómino. * Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona ?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, et ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requiescam ;

Quóniam tu, Dómine, singulariter in spe * constituísti me.

Glória Patri.

Psalmus 90

Qui hábitat in adjutório Altissimi, * in protec-

tióne Dei cæli commorabitur.

Dicit Dómino : Suscéptor meus es tu, et refúgium meum : * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venantium, * et a verbo áspero.

Scáulis suis obumbrábit tibi : * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis a timóre noctúrno.

A sagitta volánte in die, † a negótio perambulánte in tenebris : * ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris tuis : * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerabis : * et retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea : * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis man-

dávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem, et basiliscum ambulabis : * et conculcábis leónem et draconem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : * cum ipso sum in tribulatióne : erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * et osténdam illi salutare meum.

Glória Patri.

Psalmus 133

Ecce, nunc benedicite Dóminum, * omnes servi Dómini :

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedicite Dóminum.

Benedicat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.

Glória Patri.

Anti-
phona



Mi-serére mi-hi, Dómine, et exáudi ora-

ti-ónem me-am.

Hymnus

II.
Te lucis ante términum, Rerum Cre-á-tor,
 póscimus, Ut pro tu-a cleménti-a Sis præsul et
 custódi-a. **2.** Procul recédant sómni-a, Et nócti-
 um phantásmata; Hostémque nostrum cómpri-me,
 Ne polluantur córpo-ra. **3.** Præsta, Pater pi-íssi-
 me, Patrique compar U-nice, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-
 cli-to, Regnans per omne sæcu-lum. A-men.

Capitulum

Jerem. 14, 9

Tu autem in nobis es, Dómine, † et nomen sanctum
 tuum invocátum est super nos : * ne derelínquas
 nos, Dómine Deus noster.

R. Deo grátias.

Ky. br.

VI.

In manus tu-as, Dómine, * Comméndo spí-ri-
 tum me-um. In manus. **V.** Redemísti nos, Dómine,
 De-us ve-ri-tá-tis, * Comméndo. In manus.

V. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam ócu-li.
R. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.

Vel juxta recentiorem usum :

V. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam ócu-li.
R. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.

Ant.
III. a

Salva nos. E u o u a e.

Canticum Simeonis Luc. 2, 29-32

Nunc dimíttis servum
 tuum, Dómine, * se-
 cúndum verbum tuum in
 pace :
 Quia vidérunt oculi mei *
 salutare tuum,

Quod parasti * ante fá-
 ciem ómnium populórum,
 Lumen ad revelatió-
 nē géntium, * et glóriam plebis
 tuæ Israël.
 Glória Patri.

Anti-
phona

Salve nos, Dómine, vigi-lantes, custodi nos



dormi-éntes: ut vigi-lémus cum Christo, et requi-



escámus in pace.

Deinde, si Preces non fuerint recitandæ, statim dicitur Versus
Dóminus vobiscum cum subsequenti Oratione et reliquis omnibus
usque ad finem Completorii, ut infra.


Sequentes Preces omittuntur, si in Vesperis præcedentibus habita
sit Commemoratio alicujus Duplicis.



Ky-ri-e, e-lé-i-son. Christe, e-lé-i-son. Kyri-e,



e-lé-i-son. Pater noster, secreto usque ad



V. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem.

R. Sed libera nos a malo.

Credo in Deum, secreto usque ad

V. Carnis resurrectionem.

R. Vitam ætérnam. Amen.

V. Benedictus es, Dómine, Deus patrum nostrórum.

R. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

V. Benedictus es, Dómine, in firmaménto cæli.

R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in
sæcula.V. Benedicat et custódiat nos omnípotens et miséri-
cors Dóminus.

R. Amen.

V. Dignáre, Dómine, nocte ista.

R. Sine peccáto nos custodire.

V. Miserére nostri, Dómine.

R. Miserére nostri.

V. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

R. Quemádmódum sperávimus in te.

V. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Absolutis Precibus, vel, si Preces locum non habeant, repetita
Antiphona post Nunc dimittis, statim dicitur:

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatióem istam, et
omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: † Angeli
tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; *
et benedictio tua sit super nos semper. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum Fílium tuum: † qui tecum vivit
et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia
sæcula sæculórum. R. Amen.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.



V. Benedi-cámus Dómino. R. De-o grá-ti-as.

Benedictio (recta sed gravi et protracta voce)

Benedicat et custodiat nos omnipotens et miséricors
Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

R. Amen.

Et non dicitur Versus Fidélium animæ, sed immediate subjun-
gitur Antiphona finalis **B. Mariæ V.**, cum suis Versu et Oratione
ut supra. 65

Postea subjungitur :

V. Divinum auxílium máneat semper nobiscum.

R. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster, **Ave, Mariá et Credo.**

Si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc bis
dicitur Pater noster, **Ave, Mariá et Credo**, pro fine videlicet officii
diei præcedentis, et pro initio Officii diei sequentis.

¶ Ab hac die usque ad Octavam Paschæ, si occurrat aliquod
Festum novem Lectionum quod transferri valeat, transfertur post
Octavam ; secus de eo fit Commemoratio, præterquam tribus die-
bus Pascha præcedentibus et duobus consequentibus. Festi trium
Lectionum item a Feria V in Coena Domini usque ad Feriam III
Paschæ nulla fit Commemoratio.

Sequentes Feriæ II, III et IV sunt majores privilegiatæ.



FERIA II MAJORIS HEBDOMADÆ

AD MATUTINUM

Pater noster, **Ave, Mariá et Credo.**

V. Dómine, lábia mea.

V. Deus, in adjutórium.

Invitatorium et Hymnus ut in Dominica Palmarum. 28

I. Ant.

II. D

D

óminus de cælo. E u o u a e.

Psalmus 13

Dixit insipiens in corde
suo : * Non est Deus.

Corrúpti sunt, et abomi-
nábiles facti sunt in stúdiis
suis : * non est qui fáciat
bonum, non est usque **ad**
unum.

Dóminus de cælo prospé-
xit super filios **hominum**, *
ut videat si est intélligens,
aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, si-
mul inútiles facti **sunt** : *
non est qui fáciat bonum,
non est usque **ad** unum.

Sépúlcrum patens est gut-
tur eórum : † linguis suis
dolóse agebant, * venénium
áspidum sub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne
et amaritúdine plenum **est** :
* veloces pedes eórum **ad**
effundéndum ságuinem.

Contrítio et infelicitas in
viis eórum, † et viam pacis
non cognoverunt : * non est
timor Dei ante óculos eó-
rum.

Nonne cognóscant omnes
qui operántur iniquitatem, *
qui dévorant plebem meam
sicut **escam** panis ?

Dóminus non invocave-
runt, * illic trepidavérunt
timóre, ubi non **erat** ti-
mor.

Quóniam Dóminus in ge-
neratióne justa est, † consi-
lium inopis confudistis : *
quóniam Dóminus **spes** ejus
est.

Quis dabit ex Sion salu-
táre Israel ? * cum avérterit
Dóminus captivitátem plebis
suæ, exsultábit Jacob, et
lætábitur Isráël.

Glória Patri.

Anti-
phona

Dóminus de cælo prospexit super fí-li-os

hóminum.

2. Ant.
IV. E

Qui o-perátur justí-ti-am. E u o u a e.

Psalmus 14

Dóminus, quis habitábit in tabernáculo tuo ? * aut quis requiescet in monte sancto tuo ?

Qui ingréditur sine mácula, * et operatur justítiam :

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non

accépit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : * tíméntes autem Dóminum glorificat :

Qui jurat próximo suo, et non decipit, * qui pecúniám suam non dedit ad usúram, et múnera super innocentem non accépit.

Qui facit hæc, * non móvêbitur in ætérnum.

Glória Patri.

Anti-
phona

Qui o-perátur justí-ti-am, requi-é-scet in mon-

te sancto tu-o, Dómi-ne.

3. Ant.
VII. e

Inclína, Dómine. u o u a e.

Psalmus 16

Exáudi, Dómine, justítiam meam : * inténde deprecationem meam.

Auribus pèrcipe orationem meam, * non in lábiis dolosis.

De vultu tuo judícium meum prodeat : * óculi tui videant æquitates.

Probásti cor meum, et visitasti nocte : * igne me examinásti, et non est invénta in me iniquitas.

Ut non loquátur os meum opera hominum : * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pèrfice gressus meos in semitis tuis : * ut non móvêantur vestigia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudisti me, Deus : * inclína aurem tuam mihi, et exáudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperantes in te.

A resistentibus dextera tuæ custodi me, * ut pupillam oculi.

Sub umbra alárum tuárum

protege me : * a fácie impiórum qui me affligerunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdederunt, † ádipem suum concluderunt : * os eórum locútum est superbiam.

Projiciéntes me nunc circumdederunt me : * óculos suos statuérunt declinare in terram.

Suscepérunt me sicut leo paratus ad prædam : * et sicut cátulus leónis hábitans in abdítis.

Exsúrge, Dómine, præveni eum, et supplantá eum : * éripe ánimam meam ab impió, frámeam tuam ab inimicis manus tuæ.

Dómine, a paucis de terra dívide eos in vita eorum : * de absconditis tuis adimplétus est venter eorum.

Saturati sunt filiis : * et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

Ego autem in justítia apparebo conspéctui tuo : * satiabor cum apparuerit gloria tua.

Glória Patri.

Anti-
phona

Inclína, Dómine, aurem tu-am mihi, et

exáudi verba me-a.

4. Ant.
VI. F

Dí-ligam te. Eu o u a e.

Psalmus 17, j

Díligam te, Dómine, fortitúdo mea : * Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberator meus.

Deus meus adjutor meus, * et sperábo in eum.

Protéctor meus, et cornu salutis meæ, * et susceptor meus.

Laudans invocábo Dóminum : * et ab inimicis meis salvus ero.

Circumdederunt me dolóres mortis : * et torréntes iniquitátis conturbaverunt me.

Dolóres inférni circumdederunt me : * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * et ad Deum meum clamávi.

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam : * et clamor meus in conspéctu ejus, introivit in aures ejus.

Commóta est, et contrémuit terra : * fundaménta móntium conturbáta sunt, et commóta sunt, quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus : † et ignis a fácie ejus exársit : * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cælos, et descendit : * et caligo sub pedibus ejus.

Et ascéndit super Chérubim, et volávit : * volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latibulum suum, † in circúitu ejus tabernáculum ejus : * tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt : * grando et carbones ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus, † et Altíssimus dedit vocem suam : * grando et carbones ignis.

Et misit sagittas suas, et dissipávit eos : * fúlgura multiplicávit, et conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * et reveláta sunt fundaménta orbis terrarum :

Ab increpatióne tua, Dómine, * ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.

Glória Patri.

Anti-
phona

Dí-ligam te, Dómi-ne, virtus me-a.

5. Ant.
IV. E

Retribu-et mi-hi Dóminus. Eu o u a e.

Psalmus 17, ij

Misit de summo, et accipit me : * et assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, † et ab his qui oderunt me : * quóniam confortati sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictionis meæ : * et factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem : * salvum me fecit, quóniam voluit me.

Et retribuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam, * et secúndum puritatem mánuum meárum retribuet mihi :

Quia custodívi vias Dómini, * nec impie gessi a Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conspectu meo : * et justítias ejus non repuli a me.

Et ero immaculátus cum eo : * et observábo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam : *

et secúndum puritatem mánuum meárum in conspéctu oculórum ejus.

Cum sancto sanctus eris, * et cum viro innocénte innocens eris :

Et cum elécto electus eris : * et cum perverso perverseris.

Quóniam tu pópulum húmitem salvum fácies : * et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam, Dómine : * Deus meus, illúmina tenebras meas.

Quóniam in te erípiar a tentatióne, * et in Deo meo transgrediar murum.

Deus meus, impollúta via ejus : † elóquia Dómini igne examináta : * protéctor est ómnium sperantium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum ? * aut quis Deus præter Deum nostrum ?

Deus, qui præcínxit me virtúte : * et pósuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos

tamquam cervorum, * et super excelsa státuens me. prælium : * et posuisti, ut arcum æreum, brachia mea. Qui docet manus meas ad Glória Patri.

Anti-
phona

Retríbu-et mihi Dóminus secúndum justí-

ti-am me-am.

6. Ant.
VII. c 2

V

i-vit Dóminus. E u o u a e.

Psalmus 17, iij

Et dedisti mihi protecti-
onem salutis tuæ : * et
dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua corréxit
me in finem : * et disciplina
tua ipsa me docebit.

Dilatásti gressus meos
subtus me : * et non sunt
infirmata vestigia mea :

Pérsequar inimicos meos,
et comprehendam illos : *
et non convértar, donec de-
ficiant.

Confringam illos, nec po-
terunt stare : * cadent sub-
tus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute
ad bellum : * et supplantá-
sti insurgentes in me sub-
tus me.

Et inimicos meos dedisti

mihi dorsum, * et odiéntes
me disperdidisti.

Clamavérunt, nec erat qui
salvos fáceret, ad Domi-
num : * nec exaudivit eos.

Et comminuaui eos, ut
púlverem ante faciem venti :
* ut lutum platearum delebo
eos.

Eripiēs me de contradic-
tionibus populi : * consti-
tues me in caput Gentium.

Pópulus, quem non cognó-
vi, servivit mihi : * in auditu
auris obedivit mihi.

Fílii aliéni mentiti sunt
mihi, * filii aliéni inveteráti
sunt, et claudicavérunt a
semitis suis.

Vivít Dóminus, et bene-
dictus Deus meus, * et ex-
altétur Deus salutis meæ.

Deus, qui das vindictas
mihi, et subdis populos sub
me, * liberátor meus de ini-
micis meis iracundis.

Et ab insurgéntibus in me
exaltabis me : * a viro iní-
quo eripies me.

Proptérea confitébor tibi Glória Patri.

in nationibus, Domine : * et
nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes Regis
ejus, † et faciēns misericór-
diam Christo suo David, *
et sémini ejus usque in sae-
culum.

Anti-
phona

Vivít Dóminus, et benedíctus De-us salú-

tis me-æ.

7. Ant.
VIII. G

E

xáudi-at te. E u o u a e.

Psalmus 19

Exáudiat te Dóminus in
die tribulationis : * pró-
tegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxiliū de
sancto : * et de Sion tueá-
tur te.

Memor sit omnis sacrificii
tui : * et holocáustum tuum
pingue fiat.

Tribuat tibi secúndum cor
tuum : * et omne consílium
tuum confirmet.

Lætábitur in salutárituo :
* et in nómine Dei nostri
magnificábitur.

Impleat Dóminus omnes

petitiónes tuas : * nunc co-
gnóvi quóniam salvum fecit
Dóminus Christum suum.


Exáudiet illum de cælo
sancto suo : * in potentáti-
bus salus dextera ejus.

Hi in curribus, et hi in
equis : * nos autem in nó-
mine Dómini, Dei nostri,
invocabimus.


Ipsi obligáti sunt, et ceci-
derunt : * nos autem surré-
ximus et erecti sumus.

Dómine, salvum fac re-
gem : * et exáudi nos in die,
qua invocaverimus te.

Glória Patri.

Anti-
phona

Exáudi-at te Dóminus in di-e tribu-la-ti-ónis.

8. Ant.
VIII. G*

D

ómine. E u o u a e.

Psalmus 20

Dómine, in virtute tua lætábitur **rex** : * et super salutáre tuum exsultábit **veheménter**.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei : * et voluntáte labiórur ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictionibus dulcedinis : * posuísti in cápite ejus coronam de lápide pretiósio.

Vitam pétiit a **te** : * et tribuísti ei longitudínem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo : * glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictionem in sæculum **sæculi** : * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in

Domino : * et in misericórdia Altíssimi non **commovébitur**.

Inveniátur manus tua ómnibus inimicis **tuis** : * dextera tua invéniat omnes, qui **te** odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus **tui** : * Dóminus in ira sua conturbábit eos, et devorábit eos ignis.

Fructus eórum de terra **perdes** : * et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in **te mala** : * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt **stabilire**.

Quóniam pones eos **dorsum** : * in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtute **tua** : * cantábitur et psallémus virtutes tuas.

Glória Patri.

Anti-
phona

Dómine, in virtute tu-a lætá-bitur rex.

9. Ant.
VIII. G.

E

x-altábo te.

E u o u a e.

Psalmus 29

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti **me** : * nec delectásti inimicos **meos** super me.

Dómine, Deus meus, clamávi ad **te**, * et sanásti me.

Dómine, eduxísti ab inférno ánimam **meam** : * salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti ejus : * et confitémini memoríæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus : * et vita in voluntate ejus.

Ad vésperum demorábitur **fletus** : * et ad matutínur lætítia.

Ego autem dixi in abundantia **mea** : * Non movébor in ætérnum.

Dómine, in voluntáte **tua**, * præstitísti decóri **meo** virtutem.

Avertísti faciém tuam a **me**, * et factus sum **conturbátus**.

Ad te, Dómine, clamabo : * et ad Deum meum **deprecabor**.

Quæ utilitas in ságuine **meo**, * dum descéndo in corruptiódinem?

Numquid confitébitur tibi **pulvis**, * aut annuntiábit veritatem tuam?

Audívit Dóminus, et misértus est **mei** : * Dóminus factus est adjutor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium **mihi** : * conscidísti saccum meum, et circumdedísti **me** lætítia :

Ut cantet tibi glória mea, et non **compungar** : * Dómine, Deus meus, in ætérnum confitebor tibi.

Glória Patri.

Anti-
phona

Exaltábo te, Dómine, quóni-am suscepísti me.

V. Erue a frámea, Deus, ánimam meam.

R. Et de manu canis únicam meam.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis : * Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Evangélica lécio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Lécio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio I

Cap. 12, 1-9

Ante sex dies Paschæ venit Jesus Bethániam, ubi Lázarus fúerat mórtuus, quem suscitávit Jesus. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Tract. 50, in Joann., post init.

Ne putárent hómines phantásma esse factum, quia mórtuus resurréxit, Lázarus unus erat ex recumbéntibus : vivébat, loquebátur, epulabátur ; véritas ostendebátur, infidéltas Judæórum confundebátur. Discumbébat ergo Jesus cum Lázaro, et céteris : ministrábat Martha, una ex soróribus Lázari, María vero, áltera soror Lázari, accépit libram unguénti nardi pístici pretiósí, et unxit pedes Jesu, et extérsit capíllis suis pedes ejus, et domus impléta est ex odóre unguénti. Factum audívimus : mystérium requirámus. **Tu** autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I

I.
Vi-ri ímpi-i * di-xé-runt : Opprimámus vi-
rum justum in- jú- ste, et degluti- ámus e- um

tamquam in-férnus vi- vum : auferámus memó-
ri-am il-lí-us de ter- ra : et de spó-li-is
e-jus sortem mittá- mus inter nos :
ipsi e- nim homi-cidæ thesaurizáverunt sibi
ma- la. * Insi-pi-éntes et ma-lígni odérunt sa-
pi-énti- am : et re- i fac- ti sunt in co-
gi- ta- ti- ó- nibus su- is. **V.** Hæc cogita-
vérunt, et erravé- runt : et excacávit illos
ma-lí-ti- a e- ó- rum. Insi-pi-éntes.

Bened. Divinum auxilium * máneat semper nobíscum.
R. Amen.

Lectio II

Quæcúmque ánima fidélis vis esse, cum María unge pedes Dómini pretiósó unguénto. Unguéntum illud iustitia fuit, ideo libra fuit : erat autem unguéntum nardi pistici pretiósí. Quod ait, pistici, locum áliquem crédere debémus, unde hoc erat unguéntum pretiósus : nec tamen hoc vacat, et sacraménto óptime cónsonat. Pistis Græce, fides Latíne dicitur. Quærébas operári iustitiam. Justus ex fide vivit. Unge pedes Jesu bene vivéndo : Dóminica sectáre vestigia. Capillis terge : si habes supérflua, da paupéribus, et Dómini pedes tersísti : capilli enim supérflua córporis vidéntur. Habes quod agas de supérfluis tuis : tibi supérflua sunt, sed Dómini pedibus necessariá sunt. Forte in terra Dómini pedes indigent. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II

II.
Oppróbri-um * factus sum ní- mis i-ni-
 mí- cis me- is : vidé- runt me, et mo-
 vérunt cá- pi- ta su- a : * Adjuva me, Dó-
 mi- ne, De- us me- us. **Y.** Locú- ti sunt



advérsus me lingua do-ló- sa, et sermónibus



ó-di- i circum- dedé- runt me. * Adjuva me.

Bened. Ad societátem cívium supernórum * perdúcat nos rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio III

De quibus enim, nisi de membris suis in fine dictúrus est : Cum uni ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis ? Supérflua vestra impendístis : sed pédibus meis obsecúti estis. Domus autem impléta est odóre : mundus implétus est fama bona : nam odor bonus, fama bona est. Qui male vivunt, et Christiáni vocántur, injúriam Christo faciunt : de quálibus dictum est, quod per eos nomen Dómini blasphemátur. Si per tales nomen Dei blasphemátur, per bonos nomen Dómini laudátur. Audi Apóstolum : Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium III

III.
Insurrexérunt * in me vi-ri iníqui
 absque mise- ri- cór- di- a, quæ- si- é- runt me
 in- terfi- ce- re : et non pepercé- runt in fá- ci- em



me- am spú-e- re, et lán- ce- is su- is




vulnera-vé- runt * me : et concússa sunt ómni- a



ossa me- a : * E- go autem existimábam



me tamquam mórtu- um super ter- ram.



Y. Effudé- runt furórem su-um in me : fremu-é-



runt contra me dén- ti-bus su- is.



* E go. Insurrexérunt.

Dicto ultimo Responso, statim incipiuntur Laudes a Versu
Deus, in adjutórium, ut infra.



AD LAUDES

Si Laudes extra Chorum separentur a Matutino ante eas dicitur secreto Pater noster et Ave, Maria ; secus absolute incipiuntur ut sequitur :

Y. Deus, in adjutórium.

I. Ant.
IV. A

F



á-ci-em me-am. E u o u a e.

Psalmus 50

Miserere mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccato meo munda me.

Quóniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim, in iniquitatibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritatem dilexisti : * incérta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérget me hyssópo, et

mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliata.

Avérte faciém tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : * et spíritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facië tua : * et spíritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætítiam salutaris tui : * et spíritu principali confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et impii ad te converténtur.

Líbera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ : * et exsultábit lingua mea justitiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, **dedissem** útique : * holocaustis **non** delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contritulus : * cor contritum, et humiliatum, Deus, non despicias.

Benigne fac, Dómine, in Glória Patri.




Fáci-em me-am non a-vérti ab increpán-



tibus et conspu-éntibus in me.

2. Ant.

II. D.



ráme- a. E u o u a e.

Psalmus 5

Verba mea áuribus pécipe, Dómine, * intéllege clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orabo : * Dómine, mane exáudies vocem meam.

Maneástó tibi et videbo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus : * neque permánébunt injústi ante óculos tuos.

Odisti omnes, qui operán-

bona voluntáte tua Sion : * ut adificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiões, et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri.

tur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sanguínum et dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multítudine misericórdiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum veritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est gut-

tur eórum, † linguis suis dolóse agebant, * júdica illos, Deus.

Décidant a cogitatióibus suis, † secúndum multítudinem impietátum eórum expélle eos, * quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et laténtur omnes, qui sperant in te, * in aetérnum

exsultábunt : et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

Glória Patri.




Fráme- a susci-táre advérsus e- os, qui



dispérgunt gregem me-um.

3. Ant.

IV. E



ppendérunt. E u o u a e.

Psalmus 28

Afferte Dómino, filii Dei : * afferte Dómino filios arietum.

Afferte Dómino glóriam et honórem, † afferte Dómino glóriam nómini ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, † Deus majestátis intónuit : * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringentis cedros : * et confrínget Dóminus cedros Líbani :

Et commínet eas tamquam vítulum Líbani : * et dílectus quemádmódum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : * vox Dómini concutiéntis desértum : et commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa : * et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabi-
tare facit : * et sedébit Dó-
minus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo

suo dabit : * Dóminus bene-
dícet pópulo suo in pace.
Glória Patri.

Anti-
phona

Appendérunt mercédem me-am tri-ginta

argénte-is : quibus appre-ti-átus sum ab e-is.

4. Ant.
VIII. G

In-undavérunt aquæ. E u o u a e.

Canticum Isaia
Is. 12, 1-6

Confitebor tibi, Dómine,
quóniam irátus es mihi :
* convérsus est furor tuus,
et consolatus es me.

Ecce Deus salvátor me-
us : * fiduciáliter agam, et
non timébo :

Quia fortitúdo mea, et
laus mea Dóminus, * et fac-
tus est mihi in salutem.

Hauriétis aquas in gáudio
de fóntibus Salvatoris : * et

dicétis in die illa : Confité-
mini Dómino, et invocáte
nomen ejus :

Notas fácite in pópulis
adinventiões ejus : * me-
mentóte quóniam excélsus
est nomen ejus.

Cantáte Dómino quóniam
magnífice fecit : * annuntiá-
te hoc in universa terra.

Exsúlta, et lauda, habitá-
tio Sion : * quia magnus in
medio tui Sanctus Israël.

Glória Patri.

Anti-
phona

Inundavérunt aquæ super caput me-um :

di-xi, Péri-i : invocábo nomen tu-um, Dómine De-us.

5. Ant.
VIII. G

Lábi-a insurgénti-um. E u o u a e.

Psalmus 116

Laudáte Dóminum, omnes
Gentes : * laudáte eum,
omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est
super nos misericórdia ejus :
* et véritas Dómini manet
in ætérnum.
Glória Patri.

Anti-
phona

Lábi-a insurgénti-um, et cogi-ta-ti-ónes e-

órum vide, Dómine.

Capitulum

Jerem. 11, 19

Veníte, mittámus lignum in panem ejus, † et eradámus
eum de terra vivéntium, * et nomen ejus non memo-
rétur ámplius.

R. Deo grátias.

Hymnus (cantum vide : 60)

Lustra sex qui jam peré-
git,
Tempus implens córporis,
Sponte libera Redemptor
Passiáni deditus,
Agnus in crucis levátur
Immolándus stípíte.

Felle potus ecce, languet :
Spina, clavi, lancea
Mite corpus perforárun :
Terra manat, et cruor :
Terra, pontus, astra, mun-
dus,

Quo lavántur flúmine !

CruX fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis :
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, gérmine :
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sústinent.

Flecte ramos, arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitás ;
Et supérni membra Regis
Tendé miti stípíte.

Sola digna tu fuisti
Ferre mundi victimam ;
Atque portum præparare
Arca mundo naufrago,
Quam sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni corpore.

Sempiterna sit beata
Trinitati gloria :
Æqua Patri, Filióque ;
Par decus Paráclito :
Unius Trinique nomen
Laudet universitas. Amen.

℣. Eripe me de inimicis meis, Deus meus.

℞. Et ab insurgéntibus in me libera me.

Ad Benedictus, Antiphona



Canticum Zachariæ Luc. 1, 68-79

Benedictus Dóminus, Deus
Israël, * quia visitávit,
et fecit redemptionem plebis
suae :

Et erexit cornu salutis nobis :
* in domo David, pueri
sui.

Sicut locútus est per os
sanctorum, * qui a sæculo
sunt, prophetarum ejus :

Salutem ex inimicis nostris,
* et de manu ómnium,
qui óderunt nos :

Ad faciendam misericórdiam
cum patribus nostris : *
et memorári testaménti sui
sancti.

Jusjurándum, quod jurávit
ad Abraham, patrem nostrum,
* dáturum se nobis :

Ut sine timóre, de manu
inimicórum nostrórum liberati,
* serviamus illi

In sanctitáte, et justítia
coram ipso, * ómnibus diebus
nostris.


Et tu, puer, prophéta Altíssimi
vocaberis : * præbis enim ante
faciem Dómini parare vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salutis
plebi ejus : * in remissionem
peccatórum eórum :

Per viscera misericórdiæ
Dei nostri : * in quibus visitávit
nos, oriens ex alto :

Illumináre his, qui in ténébris,
et in umbra mortis sedent : *
ad dirigéndos pedes nostros in
viam pacis.

Glória Patri.



táte, quam hábu-i pri-úsquam mundus fi-eret.

Post repetitam ad Benedictus Antiphonam dicuntur flexis genibus
sequentes Preces, quamvis postea peragenda sit Commemoratio
Duplicis aut Semiduplicis ad instar Simplicis redacti.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, quod dicitur a solo Hebdomadario totum
clara voce, usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei.

℞. Sana animam meam, quia peccávi tibi.

℣. Convértere, Dómine, úsquequo.

℞. Et deprecábilis esto super servos tuos.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

℞. Quemádmódum sperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induánt justítiam.

℞. Et sancti tui exsúltent.

℣. Orémus pro beatíssimo Papa nostro N.

℞. Dóminus consérvet eum et vivíficet eum, et beátum
fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum
ejus.

℣. Orémus et pro Antistite nostro N.

℞. Stet et pascat in fortitúdine tua, Dómine, in sublimitáte
nóminis tui.

† (Romæ præcedens ℣. cum suo ℞. omittitur ; alibi vero, ad litteram N., ab omnibus nomen diócesani Episcopi exprimitur.
Vacante Apostolica vel Episcopali Sede, alteruter vel uterque respectivus ℣. cum suo ℞. præteritur).

℣. Dómine, salvum fac regem.

℞. Et exáudi nos in die, qua invocavérimus te,

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bédedic hereditáti tuæ.

R. Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.

V. Memento Congregatiónis tuæ.

R. Quam possedisti ab initio.

V. Fiat pax in virtúte tua.

R. Et abundántia in túrribus tuis.

V. Orémus pro benefactóribus nostris.

R. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam ætérnam. Amen.

V. Orémus pro fidélibus defúctis.

R. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

V. Requiéscant in pace.

R. Amen.

V. Pro frátribus nostris abséntibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

V. Pro afflictis et captivis.

R. Líbera eos, Deus Israël, ex ómnibus tribulatióibus suis.

V. Mitte eis, Dómine, auxiliúum de sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Dómine, Deus virtútum, convérte nos.

R. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

V. Exsúrge, Christe, ádjuva nos.

R. Et líbera nos propter nomen tuum.

V. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui in tot advérsis ex nostra infirmitáte deficimus ; * intercedénte unigéniti Filii tui passióne respirémus : Qui tecum vivit et regnat.

Postea fiunt Commemorations, si occurrant.

Post ultimam Orationem additur :

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.



V. Benedicámus Dómino. **R.** De-o grá-ti-as.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Reliqua ut in Dominica Palmarum. 65

AD PRIMAM

Pater noster, Ave, Maria et Credo.

V. Deus, in adjutórium.

Hymnus (cantum vide : 67)

Jam lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet a nocéntibus.

Linguam refrænans témperet,

Ne litis horror ínsonet :

Visum fovéndo cóntegat,

Ne vanitátes háuríat.

Sint pura cordis íntima,

Absistat et vecórdia :

Carnis terat supérbiam

Potus cibique párcitas.

Ut cum dies abscésserit,

Noctémque sors redúxerit,

Mundi per abstínéntiam

Ipsi canámus glóriam.

Deo Patri sit glória,

Ejúsque soli Fílio,

Cum Spíritu Paráclito,

Nunc, et per omne sæculum.

Amen.

Ant.
IV. A

F

á-ci-em me-am. E u o u a e.

Psalmus 23

Dómini est terra, et plénitudo ejus : * orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundavit eum : * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedicti-

nem a Dómino : * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciæ Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles : * et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? * Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles : * et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? * Dóminus virtutum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri.

Psalmus 18, j

Cæli enarrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi eructat verbum, * et nox nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultávit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Glória Patri.

Psalmus 18, ij

Lex Dómini immaculata, convertens ánimas : * testimónium Dómini fidele, sapiéntiam præstans pávulis.

Justitiæ Dómini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Dómini lúcidum, illuminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pórmanens in sæculum sæculi : * judícia Dómini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretiosum multum : * et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ? † ab occúltis meis munda me : * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto máximo.

Et erunt ut compláceant eloquia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dómine, adjutor meus, * et redemptor meus.

Glória Patri.

Psalmus 46

Omnes Gentes, pláudite máribus : * jubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Quóniam Dóminus excelsus, terribilis : * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis : * et Gentes sub pedibus nostris.

Elégit nobis hereditatem suam : * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo :

* et Dóminus in voce tubæ. Psállite Deo nostro, psállite : * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus : * psállite sapiénter.

Regnabit Deus super Gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham : * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Glória Patri.

Ant. Faciem meam non avérti ab increpántibus et conspuéntibus in me. (**cantum vide** : 192)

Capitulum

Zach. 8, 19

Pacem et veritatem dilígite, * ait Dóminus omnípotens. **R.** Deo grátias.

R. br. (**cantum vide** : 70) Christe, Fili Dei vivi, * Miserere nobis. Christe. **V.** Qui sedes ad dexteram Patris. * Miserere nobis. Christe.

V. Exsúrge, Christe, ádjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

Post Responsorium breve dicuntur flexis genibus sequentes Preces feriales, etiamsi ad Laudes habita sit Commemoratio Duplicis aut Semiduplicis ad instar Simplicis redacti.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Credo in Deum, **secreto usque ad**

V. Carnis resurrectionem.

R. Vitam æternam. Amen.

V. Et ego ad te, Dómine, clamávi.

R. Et mane oratio mea præveniet te.

V. Repleatur os meum laude.
R. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

V. Dómine, avérte faciém tuam a peccátis meis.
R. Et omnes iniquitátes meas dele.
V. Cor mundum créa in me, Deus.
R. Et spiritum rectum innova in viscéribus meis.
V. Ne projicias me a fácie tua.
R. Et spiritum sanctum tuum ne áuferas a me.
V. Redde mihi lætítiam salutáris tui.
R. Et spiritu principáli confirma me.
V. Eripe me, Dómine, ab hómine malo.
R. A viro iníquo eripe me.
V. Eripe me de inimícis meis, Deus meus.
R. Et ab insurgéntibus in me libera me.
V. Eripe me de operántibus iniquitátem.
R. Et de viris sánguinem salva me.
V. Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi.
R. Ut reddam vota mea de die in diem.
V. Exáudi nos, Deus salutáris noster.
R. Spes ómnium finium terræ, et in mari longe.
V. Deus, in adjutórium meum inténde.
R. Dómine, ad adjuvándum me festína.
V. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.
R. Miserére nobis.
V. Benedic, ánima mea, Dómino.
R. Et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.
V. Benedic, ánima mea, Dómino.
R. Et noli oblivisci omnes retributiónes ejus.
V. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis.
R. Qui sanat omnes infirmitátes tuas.
V. Qui rédimet de intéritu vitam tuam.
R. Qui coronat te in misericórdia et miseratióibus.
V. Qui replet in bonis desidérium tuum.
R. Renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.
V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cælum et terram.

Hic fit Confessio et Absolutio ut supra in Dominica in Palmis. 72

Facta Absolutione, subjungitur :



V. Digná-re, Dómi-ne, di- e isto.
R. Si- ne pec- cá-to nos custo-dí-re.

V. Miserére nostri, Dómine.
R. Miserére nostri.
V. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.
R. Quemádmódum sperávimus in te.
V. Dómine, exáudi oratióem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui ad principium hujus diéi nos pervenire fecísti : † tua nos hódie salva virtúte ; ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justitiam faciéndam nostra procedant eloquia, * dirigántur cogitatióes et ópera. Per Dóminum.

R. Amen.

Reliqua ut supra. 74

AD TERTIAM

Pater noster et Ave, María.

V. Deus, in adjutórium.

Hymnus (cantum vide : 77)

N unc, Sancte nobis, Spí-	Flamméscat igne caritas,
ritus,	Accéndat ardor próxi-
Unum Patri cum Fílio,	mos.
Dignáre promptus ingeri	P ræsta, Pater piíssime,
Nostro refúsus pectori.	Patríque compar Unice,
O s, lingua, mens, sensus,	Cum Spíritu Paráclito
vigor,	Regnans per ómne sæcu-
Confessióem pèrsonent,	lum. Amen.

Ant.
II. D.

F

ráme- a. E u o u a e.

Psalmus 26, j

Dóminus illuminatio mea,
et salus mea, * quem
timébo?

Dóminus protéctor vita
mea, * a quo trepidábo?

Dum apprópian super me
nocentes, * ut edant carnes
meas :

Qui trébulant me inimíci
mei, * ipsi infirmáti sunt, et
cecidérunt.

Si consistant advérsus me
castra, * non timébit cor
meum.

Si exsúrgat advérsus me
praelium, * in hoc ego spe-
rábo.

Unam pétii a Dómino,
hanc requíram, * ut inhábi-
tem in domo Dómini ómni-
bus diébus vitæ meæ :

Ut vídeam voluptátem Do-
mini, * et vísitem templum
ejus.

Quóniam abscondit me in
tabernáculo suo : * in die
malórum protéxit me in abs-
condito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me : *
et nunc exaltávit caput me-
um super inimícos meos.

Circuivi, et immolávi in
tabernáculo ejus hóstiam vo-
ciferationis : * cantábo, et
psalmum dicam Dómino.

Glória Patri.

Psalmus 26, ij

Exáudi, Dómine, vocem
meam, qua clamávi ad
te : * miserére mei, et ex-
áudi me.

Tibi dixit cor meum, ex-
quisivit te fácies mea : *
fáciem tuam, Dómine, re-
quíram.

Ne avértas faciém tuam a
me : * ne declínes in ira a
servo tuo.

Adjútor meus esto : * ne
derelinquas me, neque de-
spicias me, Deus salutáris
meus.

Quóniam pater meus, et
mater mea dereliquerunt
me : * Dóminus autem as-
sumpsit me.

Legem pone mihi, Dómi-
ne, in via tua : * et dirige
me in sémitam rectam prop-
ter inimícos meos.

Ne tradideris me in áni-
mas tribulántium me : *
quóniam insurrexérunt in
me testes iníqui, et mentita
est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Domi-
ni * in terra vivéntium.

Exspécta Dóminum, viri-
liter age : * et confortétur
cor tuum, et sústine Dómi-
num.

Glória Patri.

Psalmus 27

Ad te, Dómine, clamábo,
Deus meus, ne síleas a
me : * nequándo táceas a
me, et assimilábor descen-
déntibus in lacum.

Exáudi, Dómine, vocem
deprecationis meæ dum oro
ad te : * dum extólló manus
meas ad templum sanctum
tuum.

Ne simul trahas me cum
peccatoribus : * et cum ope-
rántibus iniquitátem ne per-
das me.

Qui loquúntur pacem cum
próximo suo, * mala autem
in córdibus eórum.

Da illis secúndum ópera
eorum, * et secúndum nequi-
tatem adinventiónum ipsó-
rum.

Secúndum ópera mánuum
eórum tribue illis : * redde

retributióem eórum ipsis.
Quóniam non intellexérunt
ópera Dómini, † et in ópera
mánuum ejus * destrues il-
los, et non ædificábis eos.

Benedictus Dominus : *
quóniam exaudivit vocem
deprecationis meæ.

Dóminus adjútor meus, et
protéctor meus : * in ipso
sperávit cor meum, et adjú-
tus sum.

Et reflóruit caro mea : *
et ex voluntáte mea confi-
tébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis
suæ : * et protéctor salva-
tiónum Christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum,
Dómine, et benedic heredi-
táti tuæ : * et rege eos, et
extólle illos usque in ætér-
num.

Glória Patri.

Ant. Frámea suscitáre advérsus eos, qui dispérgunt
gregem meum. (cantum vide : 193.)

Capitulum

Jerem. 17, 13

Dómine, omnes qui te derelinquunt, confundéntur : †
recedéntes a te, in terra scribéntur : * quóniam de-
reliquerunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

R. Deo grátias.

R. br. (cantum vide : 81) Erue a frámea, * Deus
ánimam meum. Erue. V. Et de manu canis únicam meam.
* Deus. Erue.

V. De ore leónis libera me, Dómine.

R. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Post Responsórium breve dicuntur sequentes Preces flexis ge-
nibus :

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, **secreto usque ad**

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Domine, Deus virtutum, converte nos.

R. Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

V. Exsurgere, Christe, adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

rémus.

Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus : * intercedente unigeniti Filii tui passione respirémus : Qui tecum vivit et regnat.

Post Orationem additur :

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.



V. Benedicamus Domino. **R.** De-o grá-ti-as.

V. Fidélium animæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster, **secreto**, nisi sequatur alia Hora.

AD SEXTAM

Pater noster **et** Ave, María.

V. Deus, in adiutorium.

Hymnus (cantum vide : 151)

Rector potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore mane illuminas,
Et ignibus meridiem.
Exstingue flammam litium,
Aufer calorem noxium,

Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Ant.
IV. E.

A



pendérunt. E u o u a e.

Psalmus 30, j

In te, Domine, speravi, non confundar in ætérnum : * in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, * accéléra ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii : * ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu : * et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi : * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum : * redemisti me, Domine, Deus veritatis.

Odisti observantes vanitates, * supervacue.

Ego autem in Domino speravi : * exultabo, et lætabor in misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam, * salvasti de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici : * statuisti in loco spatioſo pedes meos.

Gloria Patri.

Psalmus 30, ij

Miserere mei, Domine, quoniam tribulor : *

conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, et venter meus :

Quoniam defecit in dolore vita mea : * et anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea : * et ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vicinis meis valde : * et timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt a me : * oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde.

Factus sum tamquam vas perditum : * quoniam audiivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum convenirent simul adversum me, * accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speravi, Domine : * dixi : Deus meus es tu : in manibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum, * et a persequentibus me.

Illustra faciem tuam super servum tuum, † salvum me fac in misericordia tua : *

Dómine, non confundar, quóniam invocávi te.

Erubescant ímpii, et deducántur in inférnum : * muta fiant lábia dolósa.

Quæ loquúntur advérsus justum iniquitátem, * in supérbia, et in abusióne.

Glória Patri.

Psalmus 30, iij

Quam magna multitúdo dulcedinis tuæ, Dómine, * quam abscondísti timéntibus te.

Perfecisti eis, qui sperant in te, * in conspéctu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscondito faciei tuæ * a conturbatióne hóminum.

Próteges eos in taberná-

Ant. Appenderunt mercédem meam triginta argenteis : quibus appretiátus sum ab eis. (cantum vide : 194.)

Capitulum

Jerem. 17, 18

Confundántur qui me persequúntur, et non confundar ego : † páveant illi, et non páveam ego : * induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

R. Deo grátias.

R. br. (cantum vide : 154) De ore leónis * Libera me, Dómine. De ore. **V.** Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. * Libera. De ore.

V. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam.

R. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Preces, Oratio et reliqua ut ad Tertiam. 205

culo tuo * a contradictione linguárum.

Benedictus Dóminus : * quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in excéssu mentis meæ : * Projéctus sum a fácie oculorum tuórum.

Ideo exaudisti vocem orationis meæ, * dum clamárem ad te.

Diligite Dóminum, omnes sancti ejus : * quóniam veritátem requíret Dóminus, et retribuet abundánter faciéntibus supérbiam.

Viriliter ágite, et confortétur cor vestrum, * omnes, qui speratis in Dómino.

Glória Patri.

AD NONAM

Pater noster et Ave, María.

V. Deus, in adjutórium.

Hymnus (cantum vide : 155)

Rerum, Deus, tenax vigor,
Immótus in te permansens,
Lucis diurnæ témpora
Succéssibus detérminans :
Largire lumen vespere,
Quo vita nusquam decídat,

Sed præmium mortis sacræ,
Perénis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compár Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Ant.
VIII. G



Lábi-a insurgénti-um. E u o u a e.

Psalmus 31

Beati quorum remissæ sunt iniquitates : * et quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir, cui non imputávit Dóminus peccatum, * nec est in spiritu ejus dolus.

Quóniam táciui, inveteráverunt ossa mea, * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : * convérsus sum in ærúmnā mea, dum confígitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci : * et injustítiam meam non abscondi.

Dixi : Confitébor advérsus me injustítiam meam Dómino : * et tu remisisti impietátem peccati mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore oportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multarum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum a tribulatióne, quæ circumdedit me : * exsultatio mea, érue me a circumdantibus me.

Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac, qua gradieris : * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intelléctus.

In camo et fræno maxillas eórum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagélla peccatoris,

* sperántem autem in Dómino misericórdia circumdabit.

Lætámini in Dómino et exsultáte, **justi**, * et gloriámini, omnes **recti** corde.

Glória Patri.

Psalmus 32, j

Exsultáte, **justi**, in Dómino : * rectos decet **colaudatio**.

Confitémini Dómino in **cithara** : * in psaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum **novum** : * bene psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum **Domini** : * et ómnia ópera **ejus** in fide.

Diligit misericórdiam et **judicium** : * misericórdia Dómini **plena** est terra.

Verbo Dómini cæli firmáti **sunt** : * et spíritu oris **ejus** omnis **virtus** eórum.

Congregans sicut in utre aquas **maris** : * ponens in **thesauris** abyssos.

Tímeat Dóminum omnis **terra** : * ab eo autem commoveántur omnes **inhabitantés** orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta **sunt** : * ipse mandávit, et creáta sunt.

Dóminus dissipat consília **Gentium** : * réprobat autem cogitatiónes **populórum**, et réprobat consília **principum**.

Consílium autem Dómini

in ætérnum **manet** : * cogitatiónes cordis **ejus** in generatióne et generatióne.

Glória Patri.

Psalmus 32, ij

Beáta gens, **cujus** est Dóminus, **Deus** **ejus** : * **pópus**, quem elégit in hereditatem sibi.

De cælo respexit **Dominus** : * vidit omnes **filios** **hóminum**.

De præparáto habitáculo **suo** * respexit super omnes, qui **hábitant** terram.

Qui finxit sigillátim corda **eorum** : * qui intélligit ómnia **ópera** eórum.

Non salvátur rex per multam **virtutem** : * et **gigas** non salvábitur in multitudine **virtutis** suæ.

Fallax equus ad salutem : * in abundántia autem **virtútis** suæ **non** salvábitur.

Ecce **óculi** Dómini super metuentes **eum** : * et in **eis**, qui sperant super misericórdia **ejus** :

Ut éruat a morte **ánimas** **eorum** : * et alat **eos** in fame.

Anima nostra sústinet **Dominum** : * quóniam **adjutor** et **protector** noster est.

Quia in eo lætábitur cor **nostrum** : * et in nómine **sancto** **ejus** sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super **nos** : * quemámodum sperávimus in te.

Glória Patri.

Ant. Lábia insurgéntium, et cogitatiónes eórum vide, Dómine. (**cantum vide** : 195.)

Capitulum

Jerem. 18, 20

Recordáre quod stéterim in conspéctu tuo, † ut **lóquerer** pro eis bonum, * et **avérterem** indignatióne tuam ab eis.

R. Deo grátias.

R. br. (cantum vide : 158) Ne perdas cum **ímpiis**, * **Deus**, **ánimam** meam. Ne perdas. **V.** Et cum **viris** **sánguinum** vitam meam. * **Deus**. Ne perdas.

V. Eripe me, Dómine, ab **hómine** malo.

R. A viro iníquo éripe me.

Preces, Oratio et reliqua supra ad Tertiam. 205

AD MISSAM

Statio ad Sanctam Praxedem

Intr. IV.


Jú- dica, Dómine, no- cén- tes me, expúgna

impugnán- tes me : apprehénde arma et scu- tum,


et exsúrge in adjutó- ri- um me- um, Dómi-

ne, vir- tus sa- lú- tis me- æ. **Ps.** Effún-

de fráme-am, et conclúde advérsus e-os, qui perse-



quántur me : * dic ánimæ me-æ : Salus tu-a ego



sum. Jú- dica.



IV.
Ky-ri-e, * e-lé-i-son. *ijj.* Christe, e-lé-i-son. *ijj.*



Ky-ri-e, e-lé-i-son. *ij.* Ky-ri-e, * e-lé-i-son.

Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus ; * intercedente unigéniti Fílii tui passióne respirémus : Qui tecum.

2^a contra persecutores Ecclesiæ

Oratio

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces placátus ad-mitte : † ut, destrúctis adversitatibus et erróribus univér-sis, * secúra tibi sérviat libertáte. Per Dómi-num.

Vel 2^a pro Papa

Oratio

Deus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum **N.**, quem pastórem Ecclesiæ tuæ præesse voluísti, propítius respice : † da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest, proficere ; * ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Dóminum.

Non dicitur tertia Oratio.

Léctio Isaíæ Prophétæ.

Isai. 50, 5-10

In diébus illis : Dixit Isaías : Dóminus Deus apérui mihi aures, ego autem non contradíco : retrórsum non ábii. Corpus meum dedi percutiéntibus, et genas meas velléntibus : fáciem meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, ideo non sum confúsus : ideo pósui fáciem meam, ut petram duríssimam, et scio, quóniam non confúndar. Juxta est, qui justificat me, quis contradicet mihi ? stemus simul, quis est adversárius meus ? Accédad ad me. Ecce, Dóminus Deus auxiliátor meus : quis est qui condémnet me ? Ecce, omnes quasi vestiméntum conteréntur, tinea cómedet eos. Quis ex vobis timens Dóminum, áudiens vocem servi sui ? Qui ambulávit in ténebris, et non est lumen ei, speret in nómine Dómini, et innitátur super Deum suum.

Grad.

III.

Exsúrge, * Dómi-ne, et in-



tén-de judí-ci-um me-um, De-us me-



us, et Dó-mi-nus me- us, in causam



me-am. **V.** Ef-fúnde fráme-am,



et conclú-de

adversus e- ;

os qui me

*persequuntur.

Tract. II.

D ómi- ne, * non secúndum

peccáta nostra, quæ fécimus nos : neque

secúndum iniqui-tátes no- stras re-trí- bu- as

no- bis. ¶. Dó-mi-ne, ne

memí-ne- ris iniqui- tatum nostrárum anti-

quá- rum : cito anti- cipent nos mise- ricór-

di-æ tu- æ, qui-a páu- pe-res facti sumus

Hic genuflectitur

nimis. ¶. Adjuva nos, De- us salu- táris no-

ster : et propter glóri- am nóminis tu- i, Dómine,

lí-be- ra nos : et propí-ti- us esto pec-

cá-tis no- stris, prop- ter no- men * tu-

um.

✠ Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem.

Joann. 12, 1-9

Ante sex dies Paschæ venit Jesus Bethániam, ubi Lázarus fúerat mórtuus, quem suscitávit Jesus. Fecérunt autem ei cœnam ibi : et Martha ministrábat. Lázarus vero unus erat ex discumbéntibus cum eo. María ergo accépit libram unguénti nardi pístici pretiósí, et unxit pedes Jesu, et extérsit pedes ejus capíllis suis : et domus impléta est ex odóre unguénti. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariótes, qui erat eum traditúrus :

Quare hoc unguentum non vēniit trecēntis denāriis, et datum est egēnis? Dixit autem hoc, non quia de egēnis pertinēbat ad eum, sed quia fur erat, et lóculos habens, ea, quæ mittebāntur, portābat. Dixit ergo Jesus: Sinite illam, ut in diem sepultūræ meæ servet illud. Páuperes enim semper habētis vobiscum: me autem non semper habētis. Cognóvit ergo turba multa ex Judæis, quia illic est: et venērunt, non propter Jesum tantum, sed ut Lázarus vidērent, quem suscitāvit a mórtuis.

Offert.
III.

E - ri - pe me * de i - ni - mí - cis me - is,
Dó - mi - ne : ad te confúgi, doce
me fá - ce - re voluntátem tu - am :
qui - a De - us me - us es tu.

Secreta

Hæc sacrificia nos, omnipotens Deus, potēti virtúte mundátos, ad suum fácient puriōres venire princípium. Per Dóminum nostrum.

2ª contra persecutores Ecclesiæ Secreta

Prótege nos, Dómine, tuis mystériis serviētes: ut divinis rebus inhārentes, et corpore tibi famulémur, et mente. Per Dóminum.

Vel 2ª pro Papa

Secreta

Oblátis, quæsumus, Dómine, placāre munéribus: et fámulum tuum **N.**, quem pastórem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectióne gubérna. Per Dóminum.

Per ómni - a sæcula sæculó - rum. **R.** Amen.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spí - ri - tu tu - o. **V.** Sur -

sum corda. **R.** Habémus ad Dóminum. **V.** Grá - ti - as


agámus Dómino De - o nostro. **R.** Dignum et justum

est. **V.** Vere dignum et justum est, æquum et salu - táre,

nos tibi semper, et ubique grá - ti - as ágere: Dómi -

ne sancte, Pater omnipotens, ætérne De - us: Qui sa -

lútem humáni géneris in ligno Crucis consti - tu - isti:



ut unde mors ori-ebatur, inde vita resurgeret :
 et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincere-
 tur : per Christum Dóminum nostrum. Per quem maje-
 státem tu-am laudant Ange-li, adórant Domina-ti-ó-
 nes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes,
 ac be-áta Séraphim, sóci-a exsulta-ti-óne concé-
 lebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbe-
 as deprecámur, súpli-ci confessi-óne dicétes :

Sanctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De-us




Sába-oth. Pleni sunt cæli et terra glóri-a tu-a.
 Hosánna in excélsis. Benedictus qui venit in nómi-
 ne Dómini. Hosánna in excélsis.



Agnus De-i, * qui tollis peccáta mundi : mi-
 serére no-bis. Agnus De-i, * qui tollis peccáta
 mundi : mi-serére no-bis. Agnus De-i, * qui tollis
 peccáta mundi : dona nobis pa-cem.

Comm.
VII.



E-rubé-scant * et reve-re-ántur si-mul,
 qui gratu-lántur malis me-is : indu-ántur pudó-



re et reverenti-a, qui maligna loquuntur



adversum me.

Postcommunio

Præbeant nobis, Dómine, divinum tua sancta fervorem :
* quo eorum páriter et actu delectémur, et fructu.
Per Dóminum.

2ª contra persecutores Ecclesiæ Postcommunio

Quæsumus, Dómine Deus noster : † ut quos divina
tribuis participatióne gaudere, * humanis non sinas
subjacere periculis. Per Dóminum.

Vel 2ª pro Papa

Postcommunio

Hæc nos, quæsumus, Dómine, divini sacraménti per-
céptio protégat : † et fámulum tuum **N.**, quem
pastórem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti ; * una cum
commisso sibi grege, salvet semper et múniat. Per Dó-
minum nostrum.

Deinde Sacerdos absolute dicit Orémus. Et Diaconus versus ad
populum, junctis manibus, dicit



Humi-li-áte cápi-ta vestra De-o.

Oratio

Adjuva nos, Deus salutáris noster : † et ad beneficia
recolénda, quibus nos instauráre dignátus es, * trí-
bue venire gaudéntes. Per Dóminum.

Hic modus dicendi Orationem super populum servatur etiam
Feriis III et IV hujus Hebdomadæ.



V. Benedicamus Dómino. **R.** De-o grá-ti-as.

AD VESPERAS

Pater noster **et** Ave, María.

V. Deus, in adjutórium.

1. Ant.
1. g 2



Inclínávit Dóminus. E u o u a e.

Psalmus 114

Diléxi, quóniam exaudiet
Dóminus * vocem ora-
tionis meæ.

Quia inclínávit aurem su-
am mihi : * et in diébus
meis invocábo.

Circumdedérunt me dolo-
res mortis : * et pericula
inférni invenérunt me.

Tribulatióem et dolorem
inveni : * et nomen Dómini
invocávi.

O Dómine, libera animam
meam : * miséricors Dómi-

nus, et justus, et Deus no-
ster miserétur.

Custódiens parvulos Do-
minus : * humiliátus sum, et
liberávit me.

Convértere, ánima mea, in
requiem tuam : * quia Dó-
minus benefecit tibi.

Quia eripuit ánimam me-
am de morte : * óculos meos
a lácrimis, pedes meos a
lapsu.

Placebo Domino * in re-
gióne vivórum.

Glória Patri.

Anti-
phona



Inclínávit Dóminus aurem su-am mihi.

2. Ant.
III. g



Vota me-a. E u o u a e.

Psalmus 115

Crédidi, propter quod lo-
cutus sum : * ego autem
humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo :
* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,
* pro ómnibus quæ retribuit
mihi ?

Cálicem salutaris accipiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni populo ejus : * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctorum ejus :

O Dómine, quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupísti vincula mea : * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis populi ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Glória Patri.

Anti-phona

Vota me-a Dómino reddam coram omni

pópu-lo ejus.

3. Ant.
VII. b

C lamá- vi. E u o u a e.

Psalmus 119

Ad Dóminum cum tribularer clamavi? * et ex-audívit me.

Dómine, libera ánimam meam a lábiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagíttæ potentis acutæ, *

cum carbónibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : * habitávi cum habitantibus Cedar : * multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnabant me gratis.

Glória Patri.

Anti-phona

Clamá- vi, et Dóminus ex-audívit me.

4. Ant.
I. f

A

uxí- li-um me-um. E u o u a e.

Psalmus 120

Levavi oculos meos in montes, * unde véniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotiōnem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce, non dormitábit neque dormiet, * qui custodit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, et exitum tuum : * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Glória Patri.

Anti-phona

Auxí- li-um me-um a Dómi-no, qui fecit

cælum et terram.

5. Ant.
IV. g

L

etá-tus sum. E u o u a e.

Psalmus 121

Levátus sum in his quæ dicta sunt mihi : * In domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem. Jerúsalem, quæ ædificátur

ut civitas : * cujus participatio ejus in idípsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini : * testimoniū Israël ad confitendum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes

in iudicio, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerusalem : * et abundantia diligéntibus te :

Fiat pax in virtute tua : * et abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quasívi bona tibi.

Glória Patri.

Anti-
phona



Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi.

Capitulum

Jerem. 11, 20

Tu autem, Dómine Sábaoth, qui iudicas iuste, et probas renes et corda, † vídeam ultiónem tuam ex eis : * tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

R. Deo grátias.

Hymnus Vexílla Regis, et V. Eripe me, Dómine. 163

Ad Magnificat, Antiphona

IV. A*

N

on habéres. E u o u a e.

Canticum Beatæ Mariæ Virginis

Luc. 1, 46-55

Magnificat * ánima mea Dóminum :

Et exsultávit spiritus meus * in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ : * ecce enim, ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timentibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implevit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.


Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri.

Anti-
phona



Non habéres in me pote-státem, nisi désu-



per datum tibi fu-isset.

Deinde Preces ut supra ad Laudes. 197

Oratio


Adjuva nos, Deus salutáris noster : * et ad beneficia recolénda, quibus nos instauráre dignátus es, tribus veníre gaudéntes. Per Dóminum.

Postea fiunt Commemoraciones, si occurrant.

Post ultimam Orationem additur :

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.



V. Benedicámus Dómino. R. De-o grá-ti-as.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Si post Vesperas immediate sequatur Completorium, dicto Versu Fidélium ánimæ, statim incipitur Versus : Jube, domne, benedicere ; secus autem, si tunc terminetur Officium, dicitur tantum Pater noster, secreto.

AD COMPLETORIUM

Omnia ut in Dominica Palmarum 167, præter sequentia :

Ant.
VIII. G



S

alvum me fac. E u o u a e.

8 Offic. Maj. Hebd.

Psalmus 6

Dómine, ne in furóre tuo árguas **me**, * neque in ira tua corripias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus **sum** : * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt **ossa** mea.

Et ánima mea turbáta est **valde** : * sed tu, Dómine, úsquequo ?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam **meam** : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit **tui** : * in inférno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, † lavábo per singulas noctes lectum **meum** : * lácrimis meis stratum **meum** rigábo.

Turbátus est a furóre óculus **meus** : * inveterávi inter omnes inimicos meos.

Discédite a me, omnes, qui operámini iniquitatem : * quóniam exaudivit Dóminus vocem **fletus** mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem **meam**, * Dóminus orationem **meam** suscepit.

Erubescant, et conturbéntur vehementer omnes inimici **mei** : * convertántur et erubescant **valde** velóciter.

Glória Patri.

Psalmus 7, j

Dómine Deus meus, in te speravi : * salvum me

fac ex ómnibus persequéntibus me, et libera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam **meam**, * dum non est qui rédímat, neque qui **salvum** fáciat.

Dómine Deus meus, si feci **istud**, * si est iniquitas in má nibus meis :

Si réddidi retribuéntibus mihi **mala**, * decídám mérito ab inimicis meis inánis.

Persequátur inimicus ánimam **meam**, † et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam **meam**, * et glóriam **meam** in púlverem dedúcat.

Exsúrge, Dómine, in ira **tua** : * et exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exsúrge, Dómine Deus meus in præcepto quod mandasti : * et synagoga populórum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere : * Dóminus júdica pópulos.

Júdice me, Dómine, secúndum justitiam **meam**, * et secúndum innocentiam **meam** super me,

Consumétur nequítia peccatórum, et diriges **justum**, * scrutans corda et renes, Deus.

Glória Patri.

Psalmus 7, ij

Justum adiutorium meum a **Domino**, * qui salvos facit **rectos** corde.

Deus iudex justus, fortis,

et **patiens** : * numquid iráscitur per síngulos dies ?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum **vibrabit** : * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa **mortis** : * sagittas suas ardéntibus effécit.

Ecce, partúriit in **justitiam** : * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum : * et incidit in foveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : * et in vérticem ipsius iniquitas ejus descéndet.


Confitébor Dómino secúndum justitiam ejus : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Glória Patri.

Anti-
phona



Salvum me fac, Dómine, propter mise-ricór-



di-am tu-am.

Dicuntur, flexis genibus, Preces ut in Dominica Palmarum 174, etiamsi in præcedentibus Vesperis habita sit Commemoratio Duplicis aut Semiduplicis ad instar Simplicis redacti.



FERIA III MAJORIS HEBDOMADÆ

AD MATUTINUM

Pater noster, Ave, Mariæ et Credo.

Y. Dómine, lábia mea.

Y. Deus, in adiutorium.

Invitatorium et Hymnus ut in Dominica Palmarum. 28

1. Ant.
IV. g
E xpúgna, Dómine. E u o u a e.



Psalmus 34, j

Júdica, Dómine, nocentes me, * expúgna impugnantes me.

Apprehende arma et scutum : * et exsúrge in adiutorium mihi.

Effúnde frámeam, et con-clúde advérsus eos, qui persequuntur me : * dic ánimæ meæ : Salus tua ego sum.

Confundántur et revere-ántur, * quærentes ánimam meam.

Avertántur retrórsus, et confundántur * cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante faciém venti : * et Angelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum tenebrae

et lúbricum : * et Angelus Dómini persequens eos.

Quóniam gratis abscondérunt mihi intéritum láquei sui : * supervácue exprobráverunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus, quem ignorat : † et cáptio quam abscondit, apprehendateum : * et in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exsultábit in Dómino : * et delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent : * Dómine, quis similis tibi ?

Eripiens inopem de manu fortiorum ejus : * egénium et páuperem a diripiéntibus eum.

Glória Patri.

AD MATUTINUM


229

Anti-
phona



Expúgna, Dómine, impugnantes me.

2. Ant.
I. g
R esti-tu-e. E u o u a e.



Psalmus 34, ij

Surgentes testes iniqui, * quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis : * sterilitatem ánimæ meæ.

Ego autem cum mihi molesti essent, * induébar cilicio.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam : * et orátio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximam, et quasi fratrem nostrum, sic complacebam : * quasi lugens

et contristátus, sic humiliábar.


Et advérsus me lætati sunt, et convenerunt : * congregata sunt super me flagella, et ignorávi.

Dissipati sunt, nec compuncti, † tentaverunt me, subsannáverunt me subsannatione : * frenduerunt super me déntibus suis.


Dómine, quando respicies ? * restitue ánimam meam a malignitate eórum, a leónibus únícā meam.

Glória Patri.


Anti-
phona



Resti-tu-e ánimam me-am a male-fáctis e-órum, Dómine.



3. Ant.
II. D
E xsúrge, Dómine. E u o u a e.



Psalmus 34, iij

Confitebor tibi in ecclesia magna, * in populo gravi laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique : * qui oderunt me gratis et annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur : * et in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilataverunt super me os suum : * dixerunt : Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti, Dómine, ne sileas : * Dómine, ne discedas a me.

Exsurge et inténde iudicio meo : * Deus meus, et Dóminus meus in causam meam.

Júdica me secundum ju-

stitiam tuam, Dómine Deus meus, * et non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis : † Euge, euge, animæ nostræ : * nec dicant : Devoravimus eum.

Erubescant et revereantur simul, * qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione et reverentia * qui magna loquuntur super me.

Exsultent et lætentur qui volunt justitiam meam : * et dicant semper : Magnificetur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, * tota die laudem tuam.

Glória Patri.

Anti-
phona

Exsurge, Dómine, et inténde iudicio meo.

4. Ant.
VII. c

N

o-li æmulá-ri. E u o u a e.

Psalmus 36, j

Noli æmulári in malignantibus : * neque zeláveris facientes iniquitatem.

Quoniam tamquam fœnum velociter arescent : * et quemadmodum ólera herbárum cito decident.

Spera in Dómino, et fac bonitatem : * et inhábita terram, et pascéris in divitiis ejus.

Delectare in Domino : * et dabit tibi petitiões cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, et spera in eo : * et ipse faciet.

Et educet quasi lumen justitiam tuam : † et iudicium tuum tamquam meridiem : * súbditus esto Dómino, et ora eum.

Noli æmulári in eo, qui prosperátur in via sua : * in hómine faciente injustitias.

Desine ab ira, et derelinque furorem : * noli æmulári ut maligneris.

Quoniam qui malignántur, exterminabuntur : * sustinentes autem Dóminum, ipsi hereditabunt terram.

Et adhuc pusillum, et non erit peccator : * et quæres locum ejus, et non invenies.

Mansuéti autem hereditabunt terram : * et delectabuntur in multitudine pacis.

Observábit peccator justum : * et stridébít super eum dentibus suis.

Dóminus autem irridebit eum : * quoniam prospicit quod véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccatores : * intenderunt arcum suum.

Ut dejiciant páuperem et inopem : * ut trúcident rectos corde.

Gládus eórum intret in corda ipsorum : * et arcus eórum confringatur.

Glória Patri.

Anti-
phona

No-li æmu-lári in e-o, qui prosperátur,

et fa-cit i-niquitátem.

5. Ant.
IV. A

B

ráchi-a peccatórum. E u o u a e.

Psalmus 36, ij

Mélius est módicum justo, * super divitias peccatórum multas.

Quoniam bráchia peccatórum conteréntur : * confirmat autem justos Dóminus.

Novit Dóminus dies immaculatórum : * et heréditas eórum in aetérnum erit.

Non confundéntur in tēpore malo, † et in diébus famis saturabúntur : * quia peccatores peribunt.

Inimici vero Dómini mox ut honorificáti fuerint et exaltáti : * deficientes, quem-ádmódum fumus deficient.

Mutuábitur peccátor, et non solvet : * justus autem miseretur et tribuet.

Quia benedicéntes ei hereditabunt terram : * maledicéntes autem ei disperibunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigéntur : * et viam ejus volet.

Cum ceciderit, non collidétur : * quia Dóminus supónit manum suam.

Júnior fui, étenim sénui : * et non vidi justum derelíc-

tum, nec semen ejus quærens panem.

Tota die miserétur et cômmodat : * et semen illius in benedictióne erit.


Declina a malo, et fac bonum : * et inhábita in sæculum sæculi.

Quia Dóminus amat judícium, et non derelinquet sanctos suos : * in ætérnum conservabúntur.

Injústi puniéntur : * et semen impiórum peribit.

Justi autem hereditabunt terram : * et inhabitábunt in sæculum sæculi super eam.

Glória Patri.



Bráchi-a peccatórum conte-réntur : confirmat



autem justos Dóminus.



Custódi innocénti-am. E u o u a e.

Psalmus 36, iij

Os justi meditábitur sapientiam, * et lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsius : * et non supplantabúntur gressus ejus.

Considerat peccátor ju-

stum, * et quærit mortificare eum.

Dóminus, autem non derelinquet eum in mánibus ejus : * nec damnábit eum, cum judicábitur illi.

Exspécta Dóminum, et custódi viam ejus : † et exal-

tábit te ut hereditáte cápias terram : * cum perierint peccátóres vidébis.

Vidi ímpium superexaltatum, * et elevátum sicut cedros Líbani.

Et transívi, et ecce, non erat : * et quæsi eum, et non est invéntus locus ejus.


Custódi innocentiam, et vide æquitatem : * quóniam sunt reliquiæ hómini pácifico.

Injústi autem disperibunt simul : * reliquiæ impiórum interibunt.


Salus autem justórum a Domino : * et protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábít eos Dóminus et liberábit eos : * et éruet eos a peccátóribus, et salvábit eos : quia speravérunt in eo.

Glória Patri.



Custódi innocénti-am, et vi-de æquitá-tem.



Ne in i-ra tu-a. E u o u a e.

Psalmus 37, j

Dómine, ne in furóre tuo arguas me, * neque in ira tua corripas me.

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ : * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergræssæ sunt caput meum : * et sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatrices meæ, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, et cur-

vátus sum usque in finem : * tota die contristátus ingrediebar.


Quóniam lumbi mei impleti sunt illusió nibus : * et non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliátus sum nimis : * rugiebam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum : * et gémitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est, † derelíquit me virtus mea : * et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Glória Patri.

Anti-
phona

Ne in i-ra tu-a corri-pi-as me, Dómine.

8. Ant.
II. D

I



nténde. E u o u a e.

Psalmus 37, ij

Amici mei, et próximos mei
* adversum me appropinquavérunt et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt : * et vim faciébant qui quærébant animam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitates : * et dolos tota die meditábantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam : * et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : * et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, speravi : * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequándo supergaudeant mihi inimici

mei : * et dum commóventur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum : * et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiabo : * et cogitábo pro peccáto meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me : * et multiplicáti sunt qui odérunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi : * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus : * ne discéseris a me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine, Deus salútis meæ.

Glória Patri.

Anti-
phona

Inténde in adjutó-ri-um me-um, Dómine,



vir-tus salú-tis me-æ.

9. Ant.
VIII. c

A



-move, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 38

Dixi : Custódiam vias meas : * ut non delinquam in lingua mea.

Pósuí ori meo custodiam, * cum consisteret peccátor adversum me.

Obmútui, et humiliátus sum, et sílui a bonis : * et dolor meus renovátus est.

Concáluit cor meum intra me : * et in meditatióne mea exardescet ignis.

Locútus sum in lingua mea : * Notum fac mihi, Dómine, finem meum,

Et númerum diérum meórum quis est : * ut sciam quid desit mihi.

Ecce, mensurábiles posuísti dies meos : * et substántia mea tamquam nihilum ante te.

Verúmtamen universa vanitas, * omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertránsit homo : * sed et frustra conturbátur.

Thesaurizat : * et ignórat cui congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatió mea? Nonne Dominus? * Et substántia mea apud te est.

Ab ómnibus iniquitatibus meis érué me : * oppróbrium insipiénti dedísti me.

Obmútui, et non apéruí os meum, quóniam tu fecísti : * ámove a me plagas tuas.

A fortitúdine manus tuæ ego deféci in increpationibus : * propter iniquitátem corripuísti hóminem.

Et tabescere fecísti sicut aráneam ánimam ejus : * verúmtamen vane conturbátur omnis homo.

Exáudi oratiómem meam, Dómine, et deprecationem meam : * áuribus pécipe lácrimas meas.

Ne síleas : quóniam ádvena ego sum apud te, et peregrinus, * sicut omnes patres mei.

Remítte mihi, ut refrigerer priúsqvam abeam, * et ámplius non ero.

Glória Patri.

Anti-
phona

Amove, Dómine, a me pla-gas tu-as.

V. De ore leónis libera me, Dómine.

R. Et a cornibus unicórnium humilitátem meam.

Pater noster, **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

Ipsíus píetas et misericórdia nos ádjuvet * qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Deus Pater omnipotens * sit nobis propítius et clemens.

R. Amen.

De Jeremía Prophéta.

Lectio I**Cap. 11, 15-20**

Quid est quod diléctus meus in domo mea fecit scélera multa? Numquid carnes sanctæ áuferent a te malítias tuas, in quibus gloriáta es? Olivam úberem, pulchram, fructíferam, speciósam vocávit Dóminus nomen tuum: ad vocem loquélæ, grandis exársit ignis in ea, et combústa sunt frutéta ejus. Et Dóminus exercítium, qui plantávit te, locútus est super te malum: pro malis domus Israël et domus Juda, quæ fecérunt sibi ad irrítándum me, libántes Báalim. Tu autem, Dómine, demonstrásti mihi, et cognóvi: tunc ostendísti mihi stúdia eórum. Et ego quasi agnus mansuétus, qui portátur ad victimam: et non cognóvi quia cogitavérunt super me consília, dicéntes: Mittámus lignum in panem ejus, et eradámus eum de terra vivéntium, et nomen ejus non memorétur ámplius. Tu autem, Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, et probas renes et corda, vídeam ultiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi causam meam. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I

VII.

C ontuméli- as * et ter-ró- res passus

sum ab e- is, qui e- rant paci-fi-ci me- i,

et custo- di- én- tes latús me- um, dicéntes:


Deci-pi- á-mus e- um, et práva- le- á- mus il-

li: Sed tu, Dómi-ne, mecum es tamquam

bellá- tor for- tis. * Ca-dant in oppróbri- um

sempi- tér-num, ut ví- de- am vindíctam in e-

is, qui- a ti- bi re-ve- lá- vi



Bened. Christus perpétuæ ***** det nobis gáudia vitæ.

R. Amen.

Lectio II

Cap. 12, 1-4

Justus quidem tu es, Dómine, si disputem tecum : verúm tamen justa loquar ad te : Quare via impiórum prosperátur : bene est ómnibus, qui prævaticántur, et inique agunt ? Plantásti eos, et radicem misérunt : proficiunt et faciunt fructum : prope es tu ori eórum, et longe a rénibus eórum. Et tu, Dómine, nosti me, vidísti me, et probásti cor meum tecum : cóngrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctífica eos in die occisiónis. Usquequo lugébit terra, et herba omnis regiónis siccábitur propter malítiam habitántium in ea ? Consúptum est ánimál et vólucré, quóniam dixerunt : Non vidébit novíssima nostra. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II



Bened. Ignem sui amóris ***** accéndat Deus in córdibus nostris.

R. Amen.

Lectio III

Cap. 12, 7-11

Relíqui domum meam, dimísi hereditátem meam : dedi dílectam ánimam meam in manu inimicórum ejus. Facta est mihi heréditas mea quasi leo in silva : dedit contra me vocem, ídeo odívi eam. Numquid avis díscolor heréditas mea mihi ? numquid avis tincta per totum ? veníte, congregámini, omnes béstiae terræ, properáte ad devorándum. Pastóres multi demolíti sunt víneam meam, conculcavérunt partem meam : dedérunt portiómem meam

desiderabilem in désertum solitudinis. Posuerunt eam in dissipatióem, luxítque super me : desolatióne desolata est omnis terra, quia nullus est qui recógitet corde. Tu autem.

R. Deo grátias.

Responsorium III

II.
S ynagóga * populórum circumdedé- runt me :
et non réddidi retribu-éntibus mihi ma- la. *
Con-sumé- tur, Dómi- ne, nequí-ti- a pecca-
tó- rum, et dí- ri- ges ju- stum. **V.** Jú-
dica me, Dómine, secúndum justí- ti- am me- am,
et secúndum innocéti- am me- am su- per
me. * Consumé- tur. Synagó- ga.

Dicto ultimo Responsorio statim incipiuntur Laudes a Versu
Deus, in adjutórium, ut infra.

AD LAUDES

Omnia ut in FERIA II 191, præter sequentia :

1. Ant.

VII. c 2

V

ide, Dómine, * et considera quóni- am trí-



bulo : veló- citer exáudi me. E u o u a e.

Ps. 50 Miserére. 191

2. Ant.

VII. b

D

iscér- ne. E u o u a e.

Psalmus 42

Júdice me, Deus, et discér-
ne causam meam de gen-
te non sancta : * ab hó-
mine iníquo, et dolóso erue
me.

Quia tu es, Deus, forti-
tudo mea : * quare me
repulisti, et quare tristis
incédo, dum affligit me iní-
micus ?

Emítte lucem tuam, et ve-
ritatem tuam : * ipsa me
deduxerunt, et adduxerunt

in montem sanctum tuum, et
in tabernacula tua.


Et introibo ad altare Dei :
* ad Deum qui lætíficat ju-
ventutem meam.

Confítebor tibi in cithara,
Deus, Deus meus : * quare
tristis es, ánima mea, et
quare conturbas me ?


Spera in Deo, quóniam
adhuc confitebor illi : * sa-
lutáre vultus mei, et Deus
meus.

Gloria Patri.

Anti-
phona



Discér- ne causam me- am, Dómine : ab



hó- mi- ne in- í- quo et dolóso é- ripe me.

3. Ant.
VII. a

D

um tribu-lärer.

E u o u a e.

Psalmus 66

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus Géntibus salutare tuum.

Confiteántur tibi populi, **Deus** : * confiteántur tibi populi omnes.

Læténtur et exsultent

Gentes : * quóniam júdicas pópulos in aequitate, et Gentes in terra dirigit.

Confiteántur tibi pópuli, **Deus**, † confiteántur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos **Deus**, **Deus** noster, benedicat nos **Deus** : * et ménuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

Anti-
phona

Dum tribu-lärer, clamávi ad Dóminum de

ventre inferi, et exaudivit me.

4. Ant.
III. a

D

ómine. E u o u a e.

Canticum Ezechia

Is. 38, 10-20

Ego dixi : In dimidio dierum meorum * vadam ad portas inferi.

Quæsiui resíduum annorum meorum. * Dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspiciam hominem ultra, * et habitatórem qui-étis.

Generátio mea ablata est, et convoluta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcisa est velut a texén-te vita mea : † dum adhuc

ordirer, succídit me : * de mane usque ad vésperam finies me.

Sperábam usque ad mane, * quasi leo sic contrivit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam finies me : * sicut pul-lus hirúdinis sic clamábo, meditabor ut colúmba :

Attenuáti sunt oculi mei, * suspiciéntes in excélsu.

Dómine, vim páti-or, re-sponde pro me, * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit ?

Recogitábo tibi omnes an-nos meos, * in amaritúdine animæ meæ.

Dómine, si sic vívitur et in lálibus vita spiritus mei,

† corripies me et vivificabis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima :

Tu autem eruísti ánimam meam ut non periret : * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lacum veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie : * pater filiis notam faciet veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac, * et psalmos nostros cantá-bimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Glória Patri.

Anti-
phona

Dómine, vim pá-ti-or, respónde pro me :

qui-a nésci-o quid dicam in-imícis me-is.

5. Ant.
VIII. G

D

ixérunt ímpi-i.

E u o u a e.

Psalmus 134

Laudáte nomen Domini, * laudáte, servi, Dóminum.

Qui statis in domo Do-

mini, * in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dominus : * psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dominus, * Israël in possessionem sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dominus : * et Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo et in terra, * in mari, et in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extrémó terræ : * fúlgura in plúviam fecit.

Qui producít ventos de thesáuris suis : * qui percússit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa, et prodígia in médio tui, Ægypte : * in Pharaónem, et in omnes servos ejus.

Qui percússit gentes multas : * et occidit reges fortes :

Sehon, regem Amorrhæorum, et Og, regem Basan, * et ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hereditatem, * hereditátem Israël, pópulo suo.

Dómine, nomen tuum in æternum : * Dómine, memoriale tuum in generatióem et generatióem.

Quia judicábit Dóminus pópulum suum : * et in servis suis deprecábitur.

Simulácra Géntium argéntum et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquuntur : * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non audiunt : * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui faciunt ea : * et omnes qui confidunt in eis.


Domus Israël, benedicite Domino : * domus Aaron, benedicite Dómino.

Domus Levi, benedicite Domino : * qui timétis Dóminum, benedicite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jérusalem.

Glória Patri.


Anti-
phona



Dixerunt impi-i : Opprimámus virum justum,

quóni-am contrári-us est o-péri-bus nostris.

Ad Benedictus, Antiphona



os, in fi- nem di-léxit e-os. E u o u a e.


Oratio

Omnípotens sempitérne Deus : † da nobis ita Domini-
cæ passióis sacraménta perágere ; * ut indulgén-
tiam percípere mereámur. Per eúndem Dóminum.

AD PRIMAM

Omnia ut in FERIA II 199, præter sequentia :

Ant.
VII. c. 2



ide, Dómine. E u o u a e.

Psalms 24, j

Ad te, Dómine, levávi ani-
mam meam : * Deus
meus, in te confido, non
erubescam.

Neque irrideant me ini-
mici mei : * étenim univérsi,
qui sústinent te, non con-
fundentur.

Confundántur omnes ini-
qua agentes * supervacue.

Vias tuas, Dómine, de-
monstra mihi : * et sémitas
tuas edoce me.

Dírige me in veritáte tua,
et doce me : * quia tu es,
Deus, salvátor meus, et te
sústinui tota die.

Reminiscere miseratiónum
tuarum, Domine, * et mise-
ricordiárum tuárum, quæ a
saeculo sunt.

Delicta juventutis meæ, *
et ignorantias meas ne me-
mineris.

Secundum misericordiam
tuam memento mei tu : *
propter bonitatem tuam,
Domine.

Glória Patri.

Psalmus 24, ij

Dulcis et rectus Dominus
* propter hoc legem
dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in ju-
dicio : * docebit mites vias
suas.

Universæ viæ Domini, mi-
sericórdia et veritas, * re-
quiréntibus testaméntum
ejus et testimonia ejus.

Propter nomen tuum, Dó-
mine, propitiaberis peccato
meo : * multum est enim.

Quis est homo qui timet
Dominum? * legem státuit
ei in via quam elegit.

Anima ejus in bonis de-
morabitur : * et semen ejus
hereditabit terram.

Firmaméntum est Dómi-
nus timentibus eum : * et
testaméntum ipsius ut mani-
festetur illis.

Glória Patri.

Psalmus 24, iij

Oculi mei semper ad Do-
minum : * quóniam ipse
evéllet de láqueo pedes
meos.

Réspice in me, et miserere
mei : * quia ánicus et pau-
per sum ego.

Tribulatiónes cordis mei
multiplicatæ sunt : * de ne-
cessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam,
et laborem meum : * et di-
mitte universa delicta mea.

Réspice inimicos meos
quóniam multiplicati sunt, *
et ódio iniquo oderunt me.

Custódi ánimam meam,
et erue me : * non erubé-
scam quóniam speravi in te.

Innocéntes et recti adhæ-
serunt mihi : * quia sustinui
te.

Líbera, Deus, Israël *
ex ómnibus tribulationibus
suis.

Glória Patri.

Psalmus 95

Cantáte Dómino canticum
novum : * cantáte Dó-
mino, ómnis terra.

Cantáte Dómino, et bene-
dicíte nomini ejus : * annun-
tiáte de die in diem salutare
ejus.

Annuntiáte inter Gentes
gloriam ejus : * in ómnibus
pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dómi-
nus, et laudabilis nimis : *
terribilis est super omnes
deos.

Quóniam omnes dii Gén-
tium dæmonia : * Dóminus
autem caelos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo
in conspectu ejus : * sancti-
mónia et magnificéntia in
sanctificatione ejus.

Afférte Dómino, pátria
Géntium, † afférte Dómino
glóriam et honorem : * affér-
te Dómino glóriam nomini
ejus.

Tóllite hóstias, et introíte
in atria ejus : * adoráte
Dóminum in átrio sancto
ejus.

Commovéatur a fácie ejus
universa terra : * dicite in
Géntibus quia Dóminus re-
gnavit.

Etenim corréxit orbem
terræ qui non commovebi-

tur : * judicábit pópulos in
aequitate.

Laténtur cæli, et exsúltet
terra : † commovéatur mare,
et plenitúdo ejus : * gaudé-
bunt campi, et ómnia quæ
in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia
ligna silvárum a fácie Dó-
mini, quia venit : * quóniam
venit judicare terram.

Judicábit orbem terræ in
aequitate : * et pópulos in
veritate sua.

Glória Patri.

Ant. Vide, Dómine, et considera quóniam tribulor :
velóciter exáudi me. (**cantum vide** : 241.)

AD TERTIAM

Omnia ut in FERIA II 203, præter sequentia :

Ant.
VII. b.



D

iscér-ne. E u o u a e.

Psalmus 39, j

Exspéctans exspéctavi Do-
minum, * et intendit
mihi.

Et exaudivit preces me-
as : * et edúxit me de lacu
misériæ, et de luto faecis.

Et státuit super petram
pedes meos : * et diréxit
gressus meos.

Et immísit in os meum
canticum novum, * carmen
Deo nostro.

Vidébunt multi, et time-

bunt : * et sperabunt in Do-
mino.

Beátus vir cujus est nomen
Dómini spes ejus : * et non
respéxit in vanitatés et insa-
nias falsas.

Multa fecísti tu, Dómine
Deus meus, mirabilia tua : *
et cogitatiónibus tuis non
est qui similis sit tibi.

Annuntiávi et locutus
sum : * multiplicáti sunt su-
per numerum.

Sacrificium et oblatiónem

noluisti : * aures autem perfecisti mihi.

Holocāustum et pro peccāto non postulasti : * tunc dixi : **Ecce, venio.**

In cāpite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus, vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Glória Patri.

Psalmus 39, ij

Annuntiāvi justitiam tuam in ecclesia magna, * ecce, lábia mea non prohibebo : Dómine, tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo : * veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam et veritatem tuam * a concilio multo.

Tu autem, Dómine, ne longe facias miseratiónes tuas a me : * misericórdia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quóniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus : * comprehendē-

Ant. Discérne causam meam, Dómine : ab hómine iniquo et doloso éripe me. **(cantum vide : 241.)**

Oratio

Omnipotens sempitérne Deus : † da nobis ita Domínicæ passiónis sacraménta perágere ; * ut indulgéntiam percipere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

runt me iniquitátes meæ, et non pótui ut viderem.

Multiplicátæ sunt super capillos capitis mei : * et cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut eruas me : * Dómine, ad adiuvandum me respice.

Glória Patri.

Psalmus 39, iij

Confundántur et reveeántur simul qui quærunt animam meam, * ut auferrant eam.

Convertántur retrórsus et reveeantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusionem suam, * qui dicunt mihi : **Euge, euge.**

Exsúltent et laténtur super te omnes quærentes te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui dilígunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum et pauper : * Dóminus sollicitus est mei.

Adjútor meus et protéctor meus tu es : * Deus meus, ne tardaveris.

Glória Patri.

AD SEXTAM

Omnia ut in FERIA II 206, præter sequentia :

Ant.

VII. a

D

um tribu-lárer. E u o u a e.

Psalmus 40

Beátus qui intélligit super egenum, et pauperem : * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, † et beátum fáciat eum in terra : * et non tradat eum in ánimam inimicorum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum doloris ejus : * univérsum stratum ejus versásti in infirmitate ejus.

Ego dixi : Dómine, miserere mei : * sana ánimam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi : * Quando moriétur, et peribit nomen ejus ?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebatur : * cor ejus congregávit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrábant omnes inimici mei : * adversum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituerunt adversum me : * Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi : * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantationem.

Tu autem, Dómine, miserere mei, et resuscita me : * et retribuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluisti me : * quóniam non gaudébit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti : * et confirmásti me in conspéctu tuo in æternum.

Benedíctus Dóminus, Deus Israël, a sæculo et usque in sæculum : * fiat, fiat.

Glória Patri.

Psalmus 41, j

Quemádmódum desiderat cervus ad fontes aquarum : * ita desiderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : * quando

véniam, et apparebo ante faciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes **die** ac **nocte** : * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est **Deus tuus** :

Hæc recordátus sum, et effúdi in me **animam meam** : * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad **domum Dei**.

In voce exsultatiónis et confessionis : * sonus epulantis.

Quare tristis es, anima mea ? * et quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, et **Deus meus**.

Glória Patri.

Psalmus 41, ij

Ad meipsum ánima mea conturbata est : * prop-
terea memor ero tui de ter-
ra Jordánis, et Hermóniim a
monte modico.

Ant. Dum tribulárer, clamávi ad Dóminum de ventre
inferní, et exaudivit me. (**cantum vide** : 242.)

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus : † da nobis ita Domínica
passiónis sacraménta perágere ; * ut indulgéntiam
percípere mereámur. Per eúndem Dóminum.

Abyssus **abyssum** invo-
cat, * in voce cataractarum
tuarum.

Omnia excélsa tua, et **fluc-**
tus tui * super me **transie-**
runt.

In die mandávit Dóminus
misericórdiam **suam** : * et
nocte **canticum** ejus.

Apud me orátio Deo **vitæ**
meæ, * dicam Deo : Suscep-
tor **meus** es.

Quare oblitus es **mei** ? *
et quare contristátus incédo,
dum affligit me **inimicus** ?

Dum confringúntur **ossa**
mea, * exprobravérunt mihi
qui tribulant me **inimici**
mei.

Dum dicunt mihi per sín-
gulos dies : Ubi est **Deus**
tuus ? * quare, tristis es, áni-
ma mea ? et quare contur-
bas me ?

Spera in Deo, quóniam
adhuc confitebor illi : * sal-
utare vultus mei et **Deus**
meus.

Glória Patri.

AD NONAM

Omnia ut in FERIA II 209, præter sequentia :

Ant.
VIII. G

Dixérunt ímpi-i. E u o u a e.

Psalmus 43, j

Deus, áuribus nostris au-
divimus : * patres nostri
annuntiavérunt nobis :

Opus, quod operátus es in
diébus eorum, * et in diébus
antíquis.

Manus tua Gentes dispér-
didit, et plantásti eos : *
afflixisti pópulos, et expul-
isti eos.

Nec enim in gládio suo
possederunt **terram**, * et
bráchium eórum non salva-
vit eos :

Sed dextera tua, et brá-
chium tuum, et illuminátio
vultus tui : * quóniam com-
placuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus et
Deus meus : * qui mandas
salutes Jacob.

In te inimícos nostros ven-
tilábitus **cornu** : * et in
nómine tuo spernémus insur-
géntes in nobis.

Non enim in arcu meo
sperabo : * et gládius meus
non salvábit me.

Salvásti enim nos de affli-
géntibus **nos** : * et odiéntes
nos **confudisti**.

In Deo laudábimur tota

die : * et in nómine tuo
confitébimur in sæculum.

Glória Patri.

Psalmus 43, ij

Nunc autem repulísti et
confudísti **nos** : * et
non egrediéris, Deus, in vir-
tútibus nostris.

Avertísti nos retrórsum
post inimícos **nostros** : * et
qui odérunt nos, diripiebant
sibi.

Dedísti nos tamquam oves
escarum : * et in Géntibus
dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum
sine **pretio** : * et non fuit
multitúdo in commutatióni-
bus eórum.

Posuísti nos in oppróbrium
vicínis **nostris**, * subsannatió-
nem et derisum his, qui sunt
in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdi-
nem **Gentibus** : * commo-
tiónem cápitis in pópulis.

Tota dié verecúndia mea
contra me **est**, * et confú-
sio faciéi meæ cooperuít
me.

A voce exprobrántis et
obloquentis : * a fácie ini-
mici et **persequéntis**.

Hæc omnia venérunt super nos, nec obliti sumus **te** : * et inique non egimus in testamento tuo.

Et non recéssit retro cor nostrum : * et declinasti semitas nostras **a via tua** :

Quóniam humiliasti nos in loco afflictionis, * et cooperuit nos **umbra** mortis.

Glória Patri.

Psalmus 43, iij

Si obliti sumus nomen Dei nostri, * et si expándimus manus nostras ad Deum aliénium :

Nonne Deus requíret ista? * ipse enim novit abscondita cordis.

Ant. Dixérunt ímpii : Opprimámus virum justum, quóniam contrárius est opéribus nostris. (**cantum vide** : 244.)

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus : † da nobis ita Domínicæ passiónis sacraménta perágere ; * ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

AD MISSAM

Statio ad Sanctam Priscam

Intr.

IV.

N

os au- tem * glo-ri- á- ri opór- tet

in cruce Dó- mini nostri Je- su Chri- sti : in

Quóniam propter te mortificámur tota **die** : * æstímáti sumus sicut oves occisiónis.


Exsúrge, quare obdórmis, **Domine**? * exsúrge, et ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam **avertis**, * oblivisceris inópiae nostræ, et tribulationis nostræ?

Quóniam humiliáta est in pulvere ánima **nostra** : * conglutinátus est in terra **venter** noster.

Exsúrge, Dómine, ádjuva **nos** : * et rédime nos propter **nomen** tuum.


Glória Patri.



quo est salus, vi- ta, et re- surrecti- o no- stra :




per quem salváti, et libe- rá- ti su- mus.



Ps. De- us mi- sere- átur nostri, et bene- dícat nobis : *



illúminet vultum su- um super nos, et mi- sere- á- tur



nostri. Nos au- tem.

Kyrie, **ut in Feria II.** 212

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus : † da nobis ita Domínicæ passiónis sacraménta perágere ; * ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Alia Oratio, vel Ecclésiæ tuæ, **vel** Deus, ómnium. 212

Léctio Jeremíæ Prophætæ.

Jerem. 11, 18-20

In diébus illis : Dixit Jeremías : Dómine, demonstrásti mihi, et cognóvi : tunc ostendísti mihi stúdia eórum. Et ego quasi agnus mansuétus, qui portátur ad víctimam : et non cognóvi, quia cogitavérunt super me consília, dicéntes : Mittámus lignum in panem ejus, et eradámus eum de terra vivéntium, et nomen ejus non memorétur ámplius. Tu autem, Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, et probas renes et corda, vídeam ultiónem tuam ex eis : tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

Grad.
III.

E-go autem, * dum mi- hi mo- lê- sti
 es- sent, indu-é- bam me ci- lí-
 ci- o, et humi- li- á- bam in je- jú-
 ni- o ánimam me- am : et orá- ti-
 o me- a in si- nu me- o con-
 ver- té- tur. **V.** Jú- dica, Dómine, nocéntes
 me, expú- gna impugnán-
 tes me : apprehénde ar- ma et scu- tum,
 et exsúr- ge in ad-

ju- tó- ri- um * mi- hi.
V.
Pássi- o Dómini nostri Jesu Christi secúndum
 Marcum. In illo témpore : Erat Pascha, et ázyna post
 bídu- um, et quærébant summi sacerdótes et scribæ,
 quómodo Jesum dolo tenérent et occiderent. Dicébant
 autem : **S.** Non in di- e festo, ne forte tumultus
 fi- eret in pópulo. **C.** Et cum esset Jesus Bethá-
 ni- æ in domo Simónis leprósi, et recúmbere- t : venit
 mú- li- er habens alabástrum unguénti nardi spicá- ti

pre-ti-ó-si, et fracto alabástro, effúdit super caput
 ejus. Erant autem quidam indigne feréntes intra
 semetípsos, et dicéntes: **S.** Ut quid perdí-ti-o
 ista unguénti facta est? Póterat enim unguéntum
 istud venúmda-ri plus quam trecéntis dená-ri-is,
 et dari paupé-ribus. **C.** Et fremébant in e-am.
 Jesus autem dixit: **✠** Síni-te e-am: quid illi mo-
 léstí estis? Bonum opus operá-ta est in me. Semper
 enim páuperes habétis vobíscum: et cum volu-é-

ri-tis, potéstis illis bene-fá-cere: me autem non sem-
 per ha-bétis. Quod hábu-it hæc, fecit: prævénit
 úngere corpus me-um in sepultúram. Amen dico
 vobis: Ubicúmque prædi-cátum fú-e-rit Evangé-li-um
 istud in univérso mundo, et quod fecit hæc, narrá-
 bitur in memóri-am ejus. **C.** Et Judas Isca-ri-ótes,
 unus de du-ódecim, ábi-it ad summos sacerdótes,
 ut próderet e-um illis. Qui audi-éntes, gaví-si sunt
 et promiserunt e-i pecúni-am se datúros. Et quæ-
 9 Offic. Maj. Hebd.


 rébat quómo-

 di-e azymórum quando pascha immo-lábant, dicunt

 e-i discípu-li : **S.** Quo vis e-ámus, et parémus tibi,

 ut mandúces pascha? **C.** Et mittit du-os ex discí-

 pulis su-is, et di-cit e-is : **✠** I-te in ci-vi-tátem :

 et occúrret vobis homo lagénam aquæ báju-lans,

 sequímini e-um : et quocúmque intro-í-erit, dí-ci-

 te dómino domus, qui-a magister di-cit : Ubi est

 refécti-o me-a, ubi pascha cum discípu-lis me-is






 mandúcem? Et ipse vobis demonstrábit coenáculum

 grande, stratum : et illic pará-te nobis. **C.** Et abi-

 érunť discípu-li e-jus, et venérunt in ci-vi-tátem :

 et invenérunt sicut díxerat illis, et pa-ravérunt

 pascha. Véspere autem facto, venit cum du-ódecim.


 Et discumbéntibus e-is, et manducántibus, a-it


 Jesus : **✠** Amen dico vobis, qui-a unus ex vobis

 tradet me, qui mandúcat mecum. **C.** At illi coepérunt

 contristári, et dícere e-i singu-látim : **S.** Numquid







ego ? **C.** Qui a-it illis : ✠ Unus ex du-ódecim,
 qui intíngit mecum manum in ca-tíno. Et Fí-li-us
 quidem hóminis vadit, sicut scriptum est de e-o :
 væ autem hómini illi, per quem Fí-li-us hóminis
 tra-détur. Bonum erat e-i, si non esset natus homo
 ille. **C.** Et manducántibus illis, accépit Jesus pa-
 nem : et benedícens fregit, et dedit e-is, et a-it :
 ✠ Súmi-te, hoc est corpus me-um. **C.** Et accépto
 cá-lice, grá-ti-as agens dedit e-is : et bibérunt ex



illo omnes. Et a-it illis : ✠ Hic est sanguis
 me-us novi testaménti, qui pro multis effundétur.
 Amen dico vobis, qui-a jam non bibam de hoc ge-
 nímine vi-tis, usque in di-em illum, cum illud bibam
 novum in regno De-i. **C.** Et hymno dicto, exi-érunt
 in montem Olivárum. Et a-it e-is Jesus : ✠ Om-
 nes scanda-lizabími-ni in me in nocte ista : qui-a
 scriptum est : Percú-ti-am pastórem, et dispergéntur
 oves. Sed postquam resurréxero, præcedám vos in

Ga-li-læ-am. **C.** Petrus autem a-it illi : **S.** Et si
omnes scanda-lizá-ti fú-erint in te, sed non ego.
C. Et a-it il-li Jesus : ✠ Amen dico ti-bi, qui-a
tu hódi-e in nocte hac, pri-úsquam gallus vocem
bis déderit, ter me es nega-túrus. **C.** At ille ám-
pli-us loquebátur : **S.** Et si oportú-erit me simul
cóm-mori tibi, non te negábo. **C.** Simí-li-ter autem
et omnes dicébant. Et véni-unt in prædi-um, cu-i
nomen Gethsémani. Et a-it discípu-lis su-is : ✠ Se-

déte hic donec orem. **C.** Et assúmit Petrum, et
Jacóbum, et Jo-ánnem secum : et cœpit pavére, et
tædere. Et a-it illis : ✠ Tristis est ánima me-a
usque ad mortem : sustiné-te hic, et vi-gi-lá-te.
C. Et cum processisset páululum, prócidit super ter-
ram : et orábat, ut si fí-e-ri posset, transíret ab
e-o hora : et dixit : ✠ Ab-ba, Pater, ómni-a
tibi possibí-li-a sunt, transfer cá-licem hunc a me :
sed non quod ego volo, sed quod tu. **C.** Et venit,

et invénit e-os dormi-éntes. Et a-it Petro : ✠ Si-
mon, dormis? non potu-ísti una hora vigi-lá-re?
Vigi-láte, et oráte, ut non intré-tis in tenta-ti-ó-
nem. Spí-ritus quidem promptus est, caro vero
in-firma. **C.** Et í-terum ábi-ens orávit, e-úmdem
sermónem dicens. Et revérsus dénu-o invénit e-os
dormi-éntes (erant enim ócu-li e-órum gravá-ti)
et ignorábant quid respondérent e-i. Et venit tér-
ti-o, et a-it illis : ✠ Dormí-te jam, et requi-é-

scite. Súffi-cit: venit hora: ecce, Fí-li-us hóminis
tradétur in manus pecca-tórum. Súrgi-te, e-ámus:
ecce, qui me tradet, prope est. **C.** Et, adhuc e-o
loquénte, venit Judas Isca-ri-ótes, unus de du-óde-
cim, et cum e-o turba multa cum gládi-is, et lignis,
a summis sacerdótibus, et scribis, et seni-ó-ribus.
Déderat autem tráditor ejus signum e-is, dicens:
S. Quemcúmque oscu-látus fú-ero, ipse est, tené-te
e-um, et dúci-te caute. **C.** Et cum venísset, statim

accédens ad e-um, a-it : **S.** Ave, Rabbi. **C.** Et
 oscu-látus est e-um. At illi manus iniecérunt in
 e-um, et tenu-érunt e-um. Unus autem quidam de
 circumstántibus, edúcens gládi-um, percússit servum
 summi sacerdótis : et amputávit illi aurícu-lam. Et
 respóndens Jesus, a-it illis : **✠** Tamquam ad latró-
 nem existis cum gládi-is, et lignis comprehéndere
 me? quo-tí-di-e eram apud vos in templo docens,
 et non me tenu-ístis. Sed ut imple-ántur Scrip-

túræ. **C.** Tunc discípu-li ejus relinquéntes e-um,
 omnes fugérunt. Adoléscens autem quidam seque-
 bátur e-um amíctus síndone super nudo : et tenu-
 érant e-um. At ille, rejécta síndone, nudus profúgit
 ab e-is. Et adduxérunt Jesum ad summum sacer-
 dótem : et convenérunt omnes sacerdótes, et scribæ,
 et seni-ó-res. Petrus autem a longe secútus est
 e-um usque intro in átri-um summi sacerdótis :
 et sedébat cum mínistis ad ignem, et ca-lefaci-

ébat se. Summi vero sacerdotes, et omne concí-
 li-um quærebant advérsus Jesum testimóni-um, ut
 e-um morti tráderent, nec inveni-ébant. Multi enim
 testimóni-um falsum dicébant advérsus e-um : et
 conveni-énti-a testimóni-a non erant. Et quidam
 surgéntes, falsum testimóni-um ferébant advérsus
 e-um, dicéntes : **S.** Quóni-am nos audívimus e-um
 dicéntem : Ego dissólvam templum hoc manufáctum,
 et per trídu-um á-li-ud non manufáctum ædi-fi-cá-

bo. **C.** Et non erat convéni-ens testimóni-um illó-
 rum. Et exsúrgens summus sacérdos in médi-um,
 interrogávit Jesum, dicens : **S.** Non respóndes quid-
 quam ad e-a, quæ tibi objici-úntur ab his? **C.** Ille
 autem tacébat, et nihil respóndit. Rursum summus
 sacérdos interrogábat e-um, et dixit e-i : **S.** Tu
 es Christus Fí-li-us De-i benedícti? **C.** Jesus autem
 di-xit illi : **✠** Ego sum : et vidébi-tis Fí-li-um
 hóminis sedéntem a dextris virtú-tis De-i, et ve-

ni-éntem cum núbibus cæli. **C.** Summus autem sacré-
 dos scindens vestiménta su-a, a-it : **S.** Quid adhuc
 de-siderámus testes ? Audístis blasphémi-am : quid
 vobis vidétur ? **C.** Qui omnes condemnáverunt e-um
 esse re-um mortis. Et cœpérunt quidam cónspú-ere
 e-um, et ve-láre fáci-em ejus, et cólaphis e-um
 cædere, et dicere e-i : **S.** Prophe-tíza. **C.** Et
 ministri á-lapis e-um cædebant. Et cum esset Petrus
 in átri-o de-órsum, venit una ex ancíllis summi

sacerdótis : et cum vidísset Petrum ca-lefaci-éntem
 se, aspí-ci-ens illum, a-it : **S.** Et tu cum Jesu
 Nazaréno éras. **C.** At ille negávit, dicens : **S.** Neque
 sci-o, neque novi quid dicas. **C.** Et éx-i-it foras
 ante átri-um, et gallus cantávit. Rursus autem cum
 vi-dísset illum ancílla, cœpit dicere circumstántibus :
 Qui-a hic ex illis est. At ille í-terum negávit. Et
 post pusíllum rursus qui astábant, dicébant Petro :
S. Vere ex illis es : nam et Ga-lilæ-us es. **C.** Ille

autem cœpit anathema-tizâre, et jurâre : Qui-a
 nesci-o hómínem istum, quem dí-ci-tis. Et statim
 gallus í-terum cantávit. Et recordátus est Petrus
 verbi, quod díxerat e-i Jesus : Pri-úsquam gallus
 cantet bis, ter me negábis. Et cœpit flere. Et
 conféstim mane consí-li-um faci-éntes summi sacer-
 dotes, cum seni-óribus, et scribis, et unívérso con-
 cí-li-o, vinci-éntes Jesum, duxérunt, et tradidérunt
 Pi-láto. Et interrogávit e-um Pi-látus : **S.** Tu es

Rex Judæ-órum ? **C.** At ille respóndens, a-it illi :
 ✠ Tu dicis. **C.** Et accusábant e-um summi sacer dó-
 tes in multis. Pi-látus autem rursum interrogávit
 e-um, dicens : **S.** Non respóndes quidquam ? vide
 in quantis te accúsant. **C.** Jesus autem ámpli-us
 nihil respóndit, i-ta ut mira-rétur Pi-látus. Per
 di-em autem festum solébat dimíttre illis unum ex
 vinctis, quemcúmque pe-ti-íssent. Erat autem qui di-
 cebátur Barábbas, qui cum sedi-ti-ósis erat vinctus,

qui in se-di-ti-óne fécerat homi-ci-di-um. Et cum as-

cendisset turba, cœpit rogâre, sicut semper fa-ci-é-

bat illis. Pi-látus autem respóndit e-is, et di-xit :

S. Vultis dimíttam vobis Regem Judæo-rum ?

C. Sci-ébat enim quod per invi-di-am tradi-dissent

e-um summi sacerdótes. Pontí-fices autem concita-

vérunt turbam, ut magis Barábbam dimíteret e-is.

Pi-látus autem í-terum respóndens, a-it illis :

S. Quid ergo vultis fá-ci-am Regi Judæ-órum ? **C.** At

il-li í-terum clamavérunt : **S.** Cru-ci-fige e-um.

C. Pi-látus vero di-cébat illis : **S.** Quid enim ma-li

fe-cit ? **C.** At illi magis clamábant : **S.** Cru-ci-fige

e-um. **C.** Pi-látus autem volens pópulo sa-tisfácere,

dimí-sit illis Barábbam, et trá-di-dit Jesum flagéllis

cæsum, ut cruci-fige-rétur. Mí-li-tes autem duxérunt

e-um in átri-um prætó-ri-i, et cónvocant totam

cohórtem, et índu-unt e-um púrpura, et impónunt

e-i plecténtes spí-ne-am corónam. Et cœpérunt

salu-tare e-um : Ave, Rex Judæ-orum. Et percu-
 ti-ébant caput ejus arúndine : et conspu-ébant e-um
 et ponéntes génu-a, adorábant e-um. Et postquam
 illusérunt e-i, exu-érunt illum púrpura, et indu-
 érant e-um vestiméntis su-is : et edúcunt illum, ut
 cru-ci-figerent e-um. Et anga-ri-avérunt prætere-ún-
 tem quémpi-am, Simónem Cyrenæ-um, ve-ni-éntem
 de villa, patrem Alexándri, et Ru-fi, ut tólleret
 crucem ejus. Et perdúcunt illum in Gólgotha locum,

quod est interpre-tátum Calvári-æ locus. Et dabant
 e-i bíbere myrrhátum vinum : et non accépit. Et
 cruci-figéntes e-um, di-vi-sé-runt vestiménta ejus,
 mitténtes sortem super e-is, quis quid tólleret. Erat
 autem hora térti-a : et cruci-fixérunt e-um. Et erat
 tí-tulus causæ ejus inscriptus : Rex Judæ-orum. Et
 cum e-o cruci-figunt du-os latrónes : unum a dextris,
 et á-li-um a si-nístris ejus. Et implé-ta est Scrip-
 túra, quæ di-cit : Et cum i-níquis reputátus est.

Et prætere-úntes blasphemábant e-um, movéntes
 cá-pi-ta su-a, et dicéntes : **S.** Vah, qui déstru-is
 templum De-i, et in tribus di-ébus re-ædí-fi-cas :
 saluum fac temet-ípsum : descéndens de cruce.
C. Simí-li-ter et summi sacerdótes illudéntes, ad
 altérutrum cum scribis dicébant : Ali-os salvos
 fe-cit, se-ípsum non potest saluum fácere. Christus
 Rex Isra-él descéndat nunc de cruce, ut vide-ámus,
 et credámus. **C.** Et qui cum e-o cru-ci-fixi erant,

convi-ti-abántur e-i. Et facta hora sexta, ténebræ
 factæ sunt per totam terram, usque in horam nonam.
 Et hora nona exclamávit Jesus voce magna,
 dicens : ✠ E-lo-i, E-lo-i, lamma sabactháni ? **C.** Quod
 est interpretá-tum : ✠ De-us me-us, De-us me-us,
 ut quid dere-liquísti me ? **C.** Et quidam de circum-
 stántibus audi-éntes, dicébant : **S.** Ecce, E-lí-am vo-
 cat. **C.** Curréns autem unus, et implens spóngi-am
 acéto, circumponénsque cálamo, potum dabat e-i,



di-cens: **S.** Si-ni-te, vi-de-á-mus si véni-at E-lí-as



ad deponéndum e-um. **C.** Jesus autem emíssa




voce magna exspi-rávit.


Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.



Et velum templi scissum est in du-o, a summo



usque de-órsum. Videns autem centú-ri-o, qui ex



advérso stabat, qui-a sic clamans exspirásset, a-



it: **S.** Vere hic homo Fí-li-us De-i erat.



C. Erant autem et mu-lí-eres de longe aspi-ci-éntes:



inter quas erat Ma-rí-a Magda-léne, et Ma-rí-a




Jacóbi minó-ris, et Joseph mater, et Sa-lóme:



et cum esset in Ga-li-læ-a, sequebántur e-um, et




ministrábant e-i, et á-li-æ multæ, quæ simul cum



e-o ascénderant Jero-só-lymam.

Quod sequitur, cantatur in tono Evangelii: et alia fiunt ut supra in Dominica. (pag. 142)

Tonus Evangelii, ad libitum.



Et cum jam sero esset factum (qui-a erat



Parascève quod est ante Sábbatum) venit Joseph ab



Arimathæ-a nóbi-lis decú-ri-o, qui et ipse erat



exspéctans regnum De-i, et audácter intro-
í-vit ad Pi-lá-tum, et pé-ti-it corpus Jesu. Pi-
lá-tus autem mi-rabá-tur si jam ob-i-ísset. Et
accersí-to centuri-óne, interrogávit e-um si jam
mórtu-us esset. Et cum cognovísset a centu-
ri-óne, donávit corpus Joseph. Jo- seph autem
mercátus síndonem, et depónens e-um invólvit sín-
done, et pósu-it e-um in monuménto, quod erat
excí-sum de petra, et advólvit lápidem



ad ósti-um monu- ménti.
Offert.
I.
Custódi me, * Dó- mi-ne, de
ma-nu pecca-tó- ris : et ab homí- ni- bus
i-ní- quis é-ri-pe me, Dó-
mi- ne.

Secreta

Sacrificia nos, quæsumus, Dómine, propénsius ista re-
stáurent : quæ medicínalibus sunt institúta jejúniis.
Per Dóminum.


Alia Secreta, vel Prótege nos, *vel* Oblátis. 216

Praefatio de Cruce. 217

Sanctus *et* Agnus Dei. 218

Comm.

V.



Advérsum me * ex-erce-bántur, qui sedé-
bant in porta : et in me psallébant, qui bi-bébant



Postcommunio

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus : † et vicia nostra curentur, * et remédia nobis sempiterna provéniant. Per Dóminum.

Alia Postcommunio, vel Quæsumus, Dómine, **vel** Hæc nos. 220

Super populum : Orémus. Humiliáte cápita vestra Deo. 220

Oratio

Tua nos misericórdia, Deus, et ab omni subreptione vetustátis expúrget, * et capáces sanctæ novitátis efficiat. Per Dóminum.



AD VESPERAS

Omnia ut in Feria II, 221, præter sequentia :

1. Ant.
VIII. G

Q



ui hábi-tas. E u o u a e.

Psalmus 122

Ad te levávi óculos me-
os, * qui hábitas in
cælis.

Ecce, sicut óculi servorum,
* in má nibus dominórum
suórum,

Sicut óculi ancillæ in má-
nibus : dómínæ suæ : * ita
óculi nostri ad Dóminum

Deum nostrum, donec mise-
reatur nostri.

Miserére nostri, Dómine,
miserére nostri : * quia mul-
tum repléti sumus despec-
tione.

Quia multum repléta est
ánima nostra : * opprobrium
abundántibus, et despéctio
superbis.

Glória Patri.

Anti-
phona



Qui hábitas in cæ-lis, mi-serére nobis.

2. Ant.
I. g 2

A



dju-tóri-um nostrum. E u o u a e.

Psalmus 123

Nisi quia Dóminus erat in
nobis, dicat nunc Israël :
* nisi quia Dóminus erat in
nobis,

Cum exsúrgerent homines
in nos, * forte vivos deglu-
tissent nos :

Cum irascerétur furor eo-
rum in nos, * fórsitan aqua
absorbuisset nos.

Torréntem pertransívit a-
nima nostra : * fòrsitan
pertransísset ánima nostra
aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus * qui
non dedit nos in captiónem
déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer

erepta est * de láqueo ve-
nantium.

Láqueus contritus est, *
et nos liberati sumus.

Adjutórium nostrum in
nómine Domini, * qui fecit
cælum et terram.

Glória Patri.

Anti-
phona

Adju-tóri-um nostrum in nómine Dómini.

3. Ant.
I. f

In circú-i-tu pópu-li su-i. E u o u a e.

Psalmus 124

Qui confidunt in Dómino,
sicut mons Sion : * non
commovébitur in ætérnum,
qui hábitat in Jerusalem.

Montes in circuítu ejus :
* et Dóminus in circuítu
pópuli sui, ex hoc nunc et
usque in sæculum.

Quia non relínquet Dómi-

nus virgam peccatórum su-
per sortem justorum : * ut
non exténdant justi ad ini-
quitátem manus suas.

Bénéfac, Domine, bonis, *
et rectis corde.

Declinántes autem in obli-
gatiónes addúcet Dóminus
cum operántibus iniquita-
tem : * pax super Israël.

Glória Patri.

Anti-
phona

In circú-i-tu pópu-li su-i Dó-minus, ex

hoc nunc et usque in sæculum.

4. Ant.
VII. a

Magni-fi-cávit Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 125

In converténdo Dóminus
captivitatem Sion : * facti
sumus sicut consolati :

Tunc replétum est gáudio
os nostrum : * et lingua
nostra exultatione.

Tunc dicent inter Gen-
tes : * Magnificávit Dóminus
fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fá-
cere nobiscum : * facti su-
mus lætantes.

Convérte, Dómine, capti-
vitatem nostram, * sicut
torrens in Austro.

Qui séminant in lacri-
mis, * in exultatione me-
tent.

Eúntes ibant et flebant, *
mitténtes semina sua.

Veniéntes autem vénient
cum exultatione, * portán-
tes manipulos suos.

Glória Patri.

Anti-
phona

Magni-ficávit Dómi-nus fácere nobiscum :

facti sumus lætantes.

5. Ant.
V. a

Dóminus ædí-ficet. E u o u a e.

Psalmus 126

Nisi Dóminus ædificáverit
domum, * in vanum
laboravérunt qui ædificant
eam.

Nisi Dóminus custodierit

civitatem, * frustra vigilat
qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lu-
cem surgere : * súrgite post-
quam sedérítis, qui mandu-
cátis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis
somnum : * ecce hereditas
Dómini, filii : merces, fruc-
tus ventris.

Sicut sagittæ in manu po-
tentis : * ita filii excussorum.


Beátus vir qui implévit
desiderium suum ex ipsis :
* non confundétur cum
loquétur inimicis suis in
porta.

Glória Patri.

Anti-
phona




Dóminus æ-di-ficet nobis domum, et custó-



di-at ci-vi-tátem.

Ad Magnificat, Antiphona



otestátem hábe-o * ponéndi ánimam me-am



et í-terum suméndi e-am. E u o u a e.

Oratia

Tua nos misericórdia, Deus, et ab omni subreptióne
vetustátis expúrget : * et capáces sanctæ novitátis
efficiat. Per Dóminum.



AD COMPLETORIUM

Omnia ut in Dominica Palmarum, 167, præter sequentia :

Ant.
VIII. G
T



u, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 11

Salvum me fac, Dómine,
quóniam defécit sanctus :
* quóniam diminútæ sunt
veritátes a filiis hóminum.

Vana locúti sunt unus-
quisque ad próximum suum :
* lábia dolósa, in corde et
corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus uni-
vérsa lábia dolosa, * et lin-
guam magniloquam.

Qui dixerunt : Linguam
nostram magnificábitur, †
lábia nostra a nobis sunt, *
quis noster Dominus est ?

Propter misériam inopum,
et gémitum pauperum, *
nunc exsúrgam, dicit Dó-
minus.

Ponam in salutari : * fidu-
cialiter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia
casta : * argéntum igne ex-
aminátum, probátum terræ
purgatum séptuplum.

Tu, Dómine, servábis nos :
et custódies nos * a gene-
ratione hac in ætérnum.

In circúitu impií ambu-

10 Offic. Maj. Hebd.

lant : * secúndum altitúdi-
nem tuam multiplicásti filios
hóminum.

Glória Patri.

Psalmus 12

Usquequo, Dómine, obli-
visceris me in finem ?
* úsquequo avértis faciém
tuam a me ?

Quámdiu ponam consilia
in ánima mea, * dolórem in
corde meo per diem ?

Usquequo exaltábitur ini-
micus meus super me ? *
réspice, et exáudi me, Dó-
mine, Deus meus.

Illúmina óculos meos ne
umquam obdórmiam in mor-
te : * nequándo dicat inimi-
cus meus : Præválui adver-
sus eum :

Qui tribulant me, exsultá-
bunt si motus fuero : * ego
autem in misericórdia tua
sperávi.

Exsultábit cor meum in
salutári tuo : † cantábo Dó-
mino qui bona tribuit mihi :
* et psallam nómini Dómini
altíssimi.

Glória Patri.

Psalmus 15

Consérva me, Dómine, quóniam sperávi in te : * Dixi Dómino : Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitates eorum : * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguinibus, * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditatis meæ et cálicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præclaris : * étenim hereditas mea præclára est mihi.

Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo **semper** : * quóniam a dextris est mihi, **ne** commovear.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultávit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelinques ánimam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum vidére corruptionem.


Notas mihi fecisti vias vitæ, † adimplébis me lætítia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua usque in finem.

Glória Patri.

Anti-
phona



Tu, Dómine, servábis nos, et custódi-es



nos in ætérnum.

Dicuntur, flexis genibus, Preces ut in Dominica Palmarum 174, etiamsi in præcedentibus Vesperis habita sit Commemoratio Duplicis aut Semiduplicis ad instar Simplicis redacti.



FERIA IV MAJORIS HEBDOMADÆ

AD MATUTINUM

Pater noster, Ave, María et Credo.

℣. Dómine, lábia mea.

℟. Deus, in adjutórium.

Invitatorium et Hymnus ut in Dominica Palmarum. 28

1. Ant.

1. g

S



peci- ó- sus forma.

E u o u a e.

Psalmus 44, j

Eructávit cor meum **ver-**
bum bonum : * dico ego
ópera mea Regi.

Lingua mea calamus scri-
bæ * **velóciter** scribéntis.

Speciosus forma præ filiis
hóminum, † diffúsa est grátia
in labiis tuis : * propterea
benedíxit te Deus in ætér-
num.

Accingere gládio tuo super
femur tuum, * **potentissime**,

Spécie tua et pulchritudi-
ne tua * **inténde**, prospere
procéde, et regna.

Propter veritatem et man-
suetúdinem, **et justitiam** : *
et dedúcet te mirábiliter
dextera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli
sub te cadent, * in corda
inimicorum Regis.

Sedes tua, Deus, in **sæ-**
culum **sæculi** : * virga direc-
tiónis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odí-
sti iniquitatem : * propterea
unxit te Deus, Deus tuus,
óleo lætítia præ consórtibus
tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia
a vestiméntis tuis, a dómi-
bus eburneis : * ex quibus
delectavérunt te filia regum
in honore tuo.

Astitit regína a dextris
tuis in vestitu **deaurato** : *
circúmdata varietáte.

Glória Patri.

Anti-
phona

Speci-ó-sus forma præ fi-li-is hóminum, dif-

fú-sa est grá-ti-a in lábi-is tu-is.

2. Ant.
VI. F

C

onfitebúntur tibi. E u o u a e.

Psalmus 44, ij

Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere pópulum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decórem tuum : * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filia Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur : omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filia Regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamícta variatibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : * próxima ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia et exsultatíone : * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : * constitúes eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui : * in omni generatíone et generatíonem.

Propterea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum ? * et in sæculum sæculi.

Glória Patri.

Anti-
phona

Confitebúntur tibi pópu-li, De-us, in ætérnum.

3. Ant.
IV. g

A

djú-tor. E u o u a e.

Psalmus 45

Deus noster refúgium, et virtus : * adjútor in tribulatíonibus, quæ invenérunt nos nimis.

Propterea non timébimus dum turbábitur terra : * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérent, et turbátæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitatem Dei : * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébatur : * adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes,

et inclináta sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum : * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, † quæ pósuit prodigia super terram : * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confringet arma : * et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : * exaltábor in Géntibus et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum : * suscéptor noster Deus Jacob.

Glória Patri.

Anti-
phona

Adjútor in tribu-lati-ónibus De-us noster.

4. Ant.
IV. E

M

agnus Dóminus. E u o u a e.

Psalmus 47

Magnus Dóminus, et laudábilis nimis : * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exsultatíone universæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, civitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, * cum suscipiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregati sunt : * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, † conturbáti sunt, commoti sunt : * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolores ut parturiē-
tis : * in spiritu vehemēti
conterēs naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidi-
mus in civitate Domini vir-
tutum, † in civitate Dei no-
stri : * Deus fundavit eam
in ætēnum.

Suscēpimus, Deus, mise-
ricordiam tuam, * in medio
templi tui.

Secūndum nomen tuum,
Deus, † sic et laus tua in
fines terræ : * justitia plena
est dextera tua.

Lætetur mons Sion, et ex-
sultent filiæ Judæ * propter
judicia tua, Dōmine.

Circūdate Sion, et com-
plectimini eam : * narrāte
eius in turribus ejus.

Pōnite corda vestra in vir-
tute ejus : * et distribuīte
domos ejus, ut enarrētis in
progenie altera.

Quōniam hic est Deus,
Deus noster in ætēnum, et
in sæculum sæculi : * ipse
reget nos in sæcula.

Glória Patri.

Anti-
phona

Magnus Dōminus, et laudābi-
lis nimis in
ci-vi-tate De-i nostri.

5. Ant.
VII. c

Os me- um loquétur. E u o u a e.

Psalmus 48, j
Audite hæc, omnes Gen-
tes : * auribus percipi-
te, omnes qui habitatis or-
bem :

Quique terrigenæ, et filii
hominum : * simul in unum
dives et pauper.

Os meum loquétur sapien-
tiam : * et meditatio cordis
mei prudentiam.

Inclinābo in parabolam
aurem meam : * apēriam
in psalterio propositionem
meam.

Cur timēbo in die mala ?
* iniquitas calcanei mei cir-
cumdabit me :

Qui confidunt in virtute
sua : * et in multitudine
divitiarum suarum glorian-
tur.

Frater non redimit, redi-
met homo : * non dabit Deo
placationem suam.

Et pretium redemptionis
animæ suæ : * et laborabit
in ætēnum, et vivet adhuc
in finem.

Non vidēbit intēritum,
cum viderit sapiētes mo-
rientes : * simul insipiens,
et stultus peribunt.

Et relinquent aliēnis di-
vitiās suas : * et sepulcra

eorum domus illorum in æ-
tēnum.

Tabernacula eorum in pro-
genie et progenie : * voca-
verunt nomina sua in terris
suis.

Et homo, cum in honore
esset, non intellexit : * com-
paratus est jumentis insi-
piētibus, et similis factus
est illis.

Glória Patri.

Anti-
phona

Os me- um loquétur sa-pi- énti-am : et medi-
tá-ti-o cordis me-i prudēti-am.

6. Ant.
VIII. G

Ne timú-e-ris. E u o u a e.

Psalmus 48, ij
Hæc via illorum scāda-
lum ipsis : * et pōstea
in ore suo complacēbunt.

Sicut oves in infēno pō-
siti sunt : * mors depascet
eos.

Et dominabuntur eorum
justi in matutino : * et auxi-
lium eorum veterāscet in
infēno a glória eorum.

Verūmtamen Deus redi-

met animam meam de manu
inferi, * cum acceperit me.
Ne timueris, cum dives
factus fuerit homo : * et
cum multiplicata fuerit gló-
ria domus ejus.

Quōniam cum interierit,
non sumet omnia : * neque
descēdet cum eo glória
ejus.

Quia anima ejus in vita
ipsius benedicetur : * con-

fitēbitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit usque in progenies patrum suorum : * et usque in ætēnum non videbit lumen.

Homo, cum in honore esset, non intellexit : * comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

Glória Patri.

Antiphona



Ne timu-e-ris : cum divi-te non descēdet in



sepulcrum gló-ri-a ejus.

7. Ant.
VIII. c

D

e-us de-órum. E u o u a e.

Psalmus 49, i

Deus deórum, Dóminus locutus est : * et vocavit terram,

A solis ortu usque ac occasum : * ex Sión species decoris ejus.

Deus manifeste veniet : * Deus noster et non silēbit.

Ignis in conspectu ejus exardescet : * et in cir-

cuitu ejus tempestas válida.

Advocabit cælum desursum : * et terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos ejus : * qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.

Et annuntiabunt cæli justitiam ejus : * quoniam

Deus judex est.

Glória Patri.

Antiphona



De-us de-órum, Dóminus locutus est.

8. Ant.
I. g 3

I

mmola De-o. E u o u a e.

Psalmus 49, ij

Audi, pópulus meus, et loquar : † Israēl, et testificabor tibi : * Deus, Deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te : * holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos : * neque de grégibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum, * jumenta in montibus et boves.

Cognovi omnia volatilia cæli : * et pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi : * meus est enim orbis terræ, et plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum ? * aut sanguinem hircorum potabo ?

Immola Deo sacrificium laudis : * et redde Altissimo vota tua.

Et invoca me in die tribulationis : * eruam te, et honorificabis me.

Glória Patri.

Antiphona



Immo-la De-o sacri-fi-ci-um laudis.

9. Ant.
VIII. c

I

ntelli-gi-te. E u o u a e.

Psalmus 49, iij

Peccatóri autem dixit Deus : * Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum ?

Tu vero odisti disciplinam : * et projecisti sermones meos retrorsum :

Si videbas furem, currebas cum eo : * et cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum abundavit malitia : * et lingua tua concinnabat dolos.

Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, † et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum : * hæc fecisti, et tæcui.

Existimasti, inique, quod ero tui similis : * arguam te, et statuam contra faciem tuam.

Intelligite hæc, qui obli-

viscimini Deum : * nequán-
do rápiat, et non sit **qui** erí-
piat. rificábit **me** : * et illic
iter, quo osténdam illi salu-
tare Dei.

Sacrificium laudis hono- Glória Patri.

Anti-
phona

Intelligi-te, qui obliviscimini De-um.

V. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam.

R. Et cum viris sánguínem vítam meam.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omní-
potens et miséricors Dóminus. **R.** Amen.

V. Jube, domne, benedícere.

Bened. Ille nos benedícat * qui sine fine vivit et
regnat. **R.** Amen.

De Jeremía Prophéta.

Lectio I

Cap. 17, 13-18

Expectatio Israë!, Dómine : omnes, qui te derelin-
quunt, confundéntur : recedéntes a te, in terra
scribéntur : quóniam dereliquérunt venam aquárum vi-
véntium Dóminum. Sana me, Dómine, et sanabor :
salvum me fac, et salvus ero : quóniam laus mea tu
es. Ecce, ipsi dicunt ad me : Ubi est verbum Dómini ?
veniát. Et ego non sum turbátus, te pastórem sequens :
et diem hómínis non desiderávi, tu scis. Quod egrés-
sum est de lábiis meis, rectum in conspéctu tuo fuit.
Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictió-
nis. Confundántur qui me persequúntur, et non con-
fundar ego : páveant illi, et non páveam ego : induc
super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cón-
tere eos. Tu autem, Dómine, miserere nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I

L ocú-ti sunt * advérsum me lingua

do- ló- sa, et sermónibus ó-di- i, circum-

dedérunt me : pro e- o ut me di-lígerent,

detrahébant mi- hi : * Ego autem o-rábam, et

exaudísti me, Dómi- ne De- us me- us.

V. Et posu-é- runt advérsum me ma- la pro bo- nis,

et ódi- um pro di-lecti- óne me- a. * Ego.

Bened. Divínium auxílium * máneat semper nobíscum.
R. Amen.

Lectio II

Cap. 18, 13-23

Quis audívit tália horribília, quæ fecit nimis virgo
Israë!, Numquid deficiet de petra agri nix Líbani ?

aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidaë, et defluentes? Quia oblitus est mei pópulus meus, frustra libantes, et impingentes in viis suis, in sémitis sæculi, ut ambularent per eas in itinere non trito : ut fieret terra eórum in desolationem, et in sibilum sempiternum : omnis qui præterierit per eam obstupescet, et movébit caput suum. Sicut ventus urens dispérgam eos coram inimico : dorsum, et non faciém ostendam eis in die perditionis eórum. Et dixerunt : Veníte, et cogitémus contra Jeremíam cogitationes : non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente, nec sermo a prophéta : veníte, et percutiámus eum lingua, et non attendámus ad univérsos sermónes ejus. **Tu autem.**

R. Deo grátias.

Responsorium II : (cantum vide : 51) Dixerunt * ímpii apud se, non recte cogitantes : Circumveniámus justum, quóniam contrárius est opéribus nostris : promittit se sciéntiam Dei habére, Fílium Dei se nóminat, et gloriátur Patrem se habére Deum : * Videámus si sermónes illíus veri sunt : et si est vere Fílius Dei, liberet eum de mánibus nostris : morte turpíssima condemnémus eum. **V.** Tamquam nugáces æstimáti sumus ab illo, et ábstinet se a viis nostris tamquam ab immundítiis : et præfert novíssima justórum. * Videámus.

Bened. Ad societátem civium supernórum * perdúcat nos Rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio III

Attende, Dómine, ad me, et audi vocem adversariórum meórum. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt foveam ánimæ meæ? Recordáre quod steterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, et avérterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eórum in famem, et deduc eos in manus gládii : fiant uxóres eórum absque liberis, et víduæ : et viri eárum interficiántur morte : júvenes eórum confodiántur gládio in prælio. Audiátur clamor de dómibus eórum : adduces enim super eos latrónem repente : quia fodérunt foveam ut cáperent me, et láqueos absconderunt pédibus meis.

Tu autem, Dómine, scis omne consilium eórum adversum me in mortem : ne propitiéris iniquitáti eórum, et peccátum eórum a fácie tua non deleátur ; fiant corruentes in conspéctu tuo, in témpore furóris tui abútere eis. **Tu autem.**

R. Deo grátias.

Responsorium III : (cantum vide : 53) Circumdedérunt me * viri mendáces : sine causa flagéllis cecidérunt me : * Sed tu, Dómine, defénsor, vindica me. **V.** Quóniam tribulatio próxima est, et non est qui adjuvet. * Sed tu. **R.** Circumdedérunt me.

Dicto ultimo Responsorio, statim incipiuntur Laudes a Versu Deus, in adiutorium, ut infra.

AD LAUDES

Omnia ut in Feria II, 191, præter sequentia :

1. Ant.
VIII. G

Avérte faciē tuam a peccātis **meis** : * et omnes iniquitātes **meas** dele.

Cor mundum crea in me, **Deus** : * et spīritum rectum innova in viscēribus meis.

Ne projicias me a faciē **tua** : * et spīritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiā salutaris **tui** : * et spīritu principalī confirma me.

Docēbo iniquos vias **tuas** : * et impij ad te convertētur.

Libera me de sanguinibus, **Deus**, **Deus** salutis **meæ** : * et exsultabit lingua mea justitiā tuam.

Dómine, lābia mea ap-

ries : * et os meum annuntiābit **laudem** tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, dedissem **utique** : * holocāustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spīritus contribulatus : * cor contritum et humiliatum, **Deus**, **non** despicies.


Benigne fac, Dómine, in bona voluntāte tua **Sion** : * ut ædificētur muri Jerúsalem.

Tunc acceptābis sacrificium justitiæ, oblatiōnes, et holocausta : * tunc impōnent super altāre **tuum** vitulos.

Glória Patri.



Libera me * de sanguinibus, De-us, De-us



me-us : et exsultabit lingua mea justiti-am tu-am.

2. Ant.
VIII. c

C

ontumē-li-as. E u o u a e.

Psalmus 64

Te decet hymnus, **Deus**, in **Sion** : * et tibi reddētur votum in Jerúsalem.

Exāudi oratiōnem **meam** : * ad te omnis caro veniet. Verba iniquōrum prævaluerunt super **nos** : * et im-

pietātibus nostris tu propitiaberis.

Beātus, quem elegisti, et assumpsisti : * inhabitabit in ætriis tuis.

Replēbimur in bonis domus **tuæ** : * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitāte.

Exāudi nos, **Deus** salutaris **noster**, * spes omnium finium terræ, et in **mari** longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus **potentia** : * qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes, et timebunt qui habitant terminos a signis **tuis** : * exitus matutini, et vespere delectabis.

Visitasti terram, et inebriasti eam : * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei replētum est aquis, † parasti cibum illorum : * quóniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus : * in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis **tuæ** : * et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguēscent speciosa deserti : * et exsultatione colles accingentur.

Indūti sunt arietes óvium, † et valles abundabunt frumento : * clamabunt, etenim **hymnum** dicent.


Glória Patri.



Contumē-li-as et terró-res passus sum ab



e-is : et Dóminus mecum est tamquam bellā-tor



fortis.

3. Ant.
I. g

T

u autem, Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 100

Misericórdiam, et iudicium * cantábo tibi, Dómine :

Psallam, et intélligam in via immaculata, * quando venies ad me.

Perambulábam in innocentia cordis mei, * in médio domus meæ.

Non proponébam ante oculos meos rem injustam : * faciéntes prævaricatiónes odivi.

Non adhæsit mihi cor prævum : * declinántem a me malignum non cognoscebam.

Detrahéntem secréto pro-

ximo suo, * hunc persequébar.

Supérbo óculo, et insatiabili corde, * cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ ut sedeant mecum : * ambulans in via immaculata, hic mihi ministrábat.

Non habitábit in médio domus meæ qui facit superbiam : * qui loquitur iniqua, non diréxit in conspectu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatores terræ : * ut disperderem de civitaté Dómini omnes operántes iniquitátem.

Glória Patri.

Anti-
phona

Tu autem, Dómine, scis omne consí-li-um

e-órum advérsus me in mortem.

4. Ant.
VII. a

O

mnes in-imíci me-i. E u o u a e.

Canticum Annæ
1 Reg., 2, 1-10

Exultávit cor meum in Dómino, * et exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum

super inimicos meos : * quia lætáta sum in salutari tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus : † neque enim est alius extra te, * et non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicáre loqui sublimia, * gloriántes :

Recédant vétéra de ore vestro : † quia Deus scientiárum Dominus est, * et ipsi præparántur cogitationes.

Arcus fórtium superatus est, * et infirmi accincti sunt robore.

Repléti prius, pro pánibus se locaverunt : * et famélici saturati sunt.

Donec stérilis peperit plurimos : * et quæ multos habébat filios, infirmata est.

Dóminus mortificat et vivificat, * dedúcit ad inferos et reducit.

Dóminus páuperem facit et ditat, * humiliat et sublevat.

Súscitat de púlvere egenum, * et de stércore elevat pauperem :

Ut sédeat cum principibus, * et sólium gloriæ teneat.

Dómini enim sunt cardines terræ, * et pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit, † et impii in ténebris conticescent : * quia non in fortitúdine sua roborabitur vir.

Dóminum formidábunt adversarii ejus : * et super ipsos in caelis tonabit :

Dóminus judicábit fines terræ, † et dabit impérium regi suo, * et sublimábit cornu Christi sui.

Glória Patri.

Anti-
phona

Omnes in-imíci me-i audi-érunt malum

me-um, Dómine : lætá-ti sunt, quóni-am tu fecisti.

5. Ant.
V. a

F

ac, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 145

Lauda, ánima mea, Dóminum, † laudábo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus : * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : *

in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, † spes ejus in Dómino Deo **ipsius** : * qui fecit cælum et terram, mare et omnia **quae** in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, † facit judicium injuriam patientibus : * dat escam esurientibus.

Dóminus solvit compedi-

tos : * Dóminus illuminat caecos.

Dóminus erigit elisos, * Dóminus diligit justos.

Dóminus custodit advenas, † pupillum et viduam suscipiet : * et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dóminus in sæcula, Deus tuus, Sion, * in generationem et generationem.

Glória Patri.

Anti-
phona




Fac, Dómine, judi- ci- um injúri- am pa-ti-én-




tibus, et vi-as peccató-rum disperde.

Ad Benedictus, Antiphona

VIII. G



Simon, dormis? * non potu-ísti una ho-ra



vi-gi-lá-re mecum? E u o u a e.


Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui nostris excéssibus incessanter affligimur, * per unigéniti Filii tui passionem liberémur : Qui tecum vivit et regnat.

AD PRIMAM

Omnia ut in Feria II, 199, præter sequentia :

Ant.
VIII. G



Libera me. E u o u a e.

Psalmus 25

Júdica me, Dómine, quóniam ego in innocentia mea ingressus **sum** : * et in Dómino sperans non infirmabor.

Proba me, Dómine, et tenta **me** : * ure renes meos et cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante oculos meos **est** : * et complácu in veritate tua.

Non sedi cum concilio vanitatis : * et cum iniqua geréntibus non introibo.

Odívi ecclésiám malignan- tium : * et cum ím- piis non sedébo.

Lavábo inter innocétes manus **meas** : * et circúmda- bo altáre **tuum**, Dómine :

Ut áudiam vocem **laudis**, * et enárrem univérsa mira- bília tua.

Dómine, diléxi decórem domus **tuæ**, * et locum habi- tationis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ím- piis, Deus, ánimam **meam**, * et cum viris sánguinem **vita** meam.

In quorum mánibus ini- quitates **sunt** : * dextera eórum repléta **est** munéri- bus.

Ego autem in innocentia mea ingressus **sum** : * rédi- me me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo : * in ecclésiis benedicam te, Dómine.

Glória Patri.

Psalmus 51

Quid gloriáris in malitia, * qui potens es in iniqui- tate?

Tota die injustitiam cogi- tavit lingua **tua** : * sicut novácula acúta fecisti do- lum.

Dilexisti malitiam super benignitatem : * iniquitatem magis quam loqui **aequitá-** tem.

Dilexisti omnia verba præ- cipitationis, * lingua dolósa.

Propterea Deus destruet te in **finem**, * evélet te, et emigrábit te de tabernáculo tuo : et radicem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt justí, et timé-

bunt, † et super eum ridébunt, et dicent : * Ecce homo, qui non pósuit Deum adiutorem suum :

Sed sperávit in multitudine divitiarum suarum : * et prævaluit in vanitate sua.

Ego autem, sicut olíva fructífera in domo Dei, * sperávi in misericórdia Dei in ætérnum : et in sæculum sæculi.

Confitébor tibi in sæculum quia fecisti : * et expectábo nomen tuum, quóniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Glória Patri.

Psalmus 52

Dixit insípiens in corde suo : * **Non** est Deus.

Corrupti sunt, et abominábiles facti sunt in iniquitatibus : * non est qui fáciat bonum.

Deus de cælo prospéxit super filios hominum : * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti **sunt** : * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitatem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis ?

Deum non invocaverunt, * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit

ossa eórum qui homínibus placent : * confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel ? * cum convérterit Deus captivitátem plebis suæ, exsultábit Jacob, et lætábitur Israël.

Glória Patri.

Psalmus 96

Dóminus regnávít, exsúltet terra : * læténtur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et iudícium corrèctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammábit in circuitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, et comóta est terra.

Montes, sicut cera fluxérunt a fácie Domini : * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justitiam ejus : * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adoránt sculptilia : * et qui gloriántur in simulacris suis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus : * audivit, et lætáta est Sion.

Et exsultavérunt filiæ Judæ, * propter iudicia tua, Dómine :

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram : * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odite malum : * custódit Dóminus ánimas sanctorum suorum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.

Lætámini, justí, in Domino : * et confitémini memóriæ sanctificationis ejus.


Glória Patri.

Ant. Libéra me * de sanguínibus, Deus, Deus meus : et exsultábit lingua mea justítiam tuam. (**cantum vide** : 302).

AD TERTIAM

Omnia ut in Feria II, 203, præter sequentia :

Ant.
VIII. c



Contumé-li-as. E u o u a e.

Psalmus 53

Deus, in nómine tuo sal-vum me fac : * et in virtúte tua iudica me.

Deus, exáudi oratióem meam : * áuribus pécipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsus me, † et fortes quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscèptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimicis meis : * et in veritáte tua disperde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo, Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatióne eripuisti me : * et super inimicos meos despéxit óculus meus.

Glória Patri.

Psalmus 54, j

Exáudi, Deus, oratióem meam, † et ne despéxeris deprecationem meam : * inténde mihi, et exáudi me.

Contristátus sum in exercitatióne mea : * et conturbátus sum a voce inimici, et a tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitates : * et in ira moléstí erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me : * et formído mortis cécidit super me.

Timor et tremor venérunt super me : * et contexérunt me ténebræ.

Et dixi : Quis dabit mihi pennas sicut columbæ * et volábo, et requiēscam ?

Ecce, elongávi fugiens : * et mansi in solitúdine.

Exspectábameum, qui sal-
vum me fecit * a pusillanimi-
tate spíritus et tempestáte.

Præcipita, Dómine, dívide
linguas eorum : * quóniam
vidi iniquitatem, et contra-
dictiónem in civitatē.

Die ac nocte circúmdabit
eam super muros ejus ini-
quitas : * et labor in médio
ejus, et injustitia.

Et non defécit de platéis
ejus * usúra, et dolus.

Quóniam si inimicus meus
maledixisset mihi, * susti-
nuissem útique.

Et si is, qui óderat me,
super me magna locútus
fuisset, * abscondissem me
fórsitan ab eo.

Tu vero, homo unánimis :
* dux meus, et notus meus :

Qui simul mecum dulces
capiébas cibos : * in domo
Dei ambulávimus cum consē-
sensu.

Veníat mors super illos : *
et descendant in inférnum
vivéntes :

Quóniam nequitiæ in ha-
bitáculis eorum : * in médio
eorum.

Glória Patri.

Ant. Contumélias et terróres passus sum ab eis : et
Dóminus mecum est tamquam bellátor fortis. (*cantum
vide : 303*).

Psalmus 54, ij

Ego autem ad Deum cla-
mavi : * et Dóminus
salvabit me.

Véspere et mane, et me-
ridie narrábo et annuntiá-
bo : * et exáudiet vocem
meam.

Rédimet in pace ánimam
meam ab his, qui appropín-
quant mihi : * quóniam inter
multos erant mecum.

Exáudiet Deus, et humi-
liábit illos, * qui est ante
sæcula.

Non enim est illis com-
mutatio, et non timuérunt
Deum : * exténdit manum
suam in retribuendo.

Contaminavérunt testa-
méntum ejus, † divisi sunt
ab ira vultus ejus : * et ap-
propinquávit cor illius.

Mollíti sunt sermónes ejus
super oleum : * et ipsi sunt
jácula.

Jacta super Dóminum cu-
ram tuam, et ipse te enu-
triet : * non dabit in ætér-
num fluctuationem justo.

Tu vero, Deus, dedúces
eos, * in púteum intéri-
tus.

Viri sánguinem et dolósi
non dimidiábunt dies suos :
* ego autem sperábo in te,
Dómine.

Glória Patri.

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui nostris
excessibus incessanter affligimur, * per unigéniti Filii
tui passionem liberémur : Qui tecum vivit et regnat.

AD SEXTAM

Omnia ut in Feria II, 206, præter sequentia :

Ant.
1. g
T u autem, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 55

Miserere mei, Deus, quó-
niam conculcavit me
homo : * tota die impúgnans
tribulávit me.

Conculcavérunt me inimici
mei tota die : * quóniam
multibellántes advérsus me.

Ab altitúdine diei timebo :
* ego vero in te sperábo.

In Deo laudábo sermónes
meos, in Deo speravi : *
non timebo quid faciat mihi
caro.

Tota die verba mea exse-
crabantur : * advérsus me
omnes cogitatiónes eórum
in malum.

Inhabitábunt et abscon-
dent : * ipsi calcáneum meum
observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam
meam, pro nihilo salvos fa-
ciēs illos : * in ira pópulos
confringes.

Deus, vitam meam annun-
tiavi tibi : * posuisti lácrimas
meas in conspectu tuo.

Sicut et in promissione
tua : * tunc converténtur
inimici mei retrórsus :

In quacúmque die invoca-
vero te : * ecce, cognóvi quó-
niam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, †
in Dómino laudabo sermo-
nem : * in Deo sperávi, non
timebo quid faciat mihi ho-
mo.

In me sunt, Deus, vota
tua, * quæ reddam, lauda-
tiones tibi.

Quóniam eripuisti ánimam
meam de morte, † et pedes
meos de lapsu : * ut pláceam
coram Deo in lúmine vivén-
tium.

Glória Patri.

Psalmus 56

Miserere mei, Deus, mi-
serere mei : * quó-
niam in te confidit ánimam
mea.

Et in umbra alárum tua-
rum sperabo, * donec trans-
eat iniquitas.

Clamábo ad **Deum altissimum** : * **Deum** qui benefecit mihi.

Misit de cælo, et liberavit me : * dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit **Deus** misericórdiam suam et veritatem suam, * et eripuit ánimam meam de médio catulórum leónum : dormivi conturbátus.

Fílii hóminum dentes eórum arma et sagittæ : * et lingua eórum gládus acútus.

Exaltáre super **caelos**, **Deus**, * et in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pedibus meis : * et incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante faciém meam foveam : * et incidérunt in eam.

Parátum cor meum, **Deus**, paratum cor meum : * cantábo, et psalmum dicam.

Exsúrge, glória mea, exsúrge, psalterium et cithara : * exsúrgam dilúculo.

Confítebor tibi in populis, **Domine** : * et psalmum dicam tibi in Géntibus :

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, * et usque ad nubes veritas tua.

Exaltáre super **caelos**, **Deus** : * et super omnem terram glória tua.

Glória Patri.

Psalmus 57

Si vere útique justítiam loquimini : * recta judicáte, filii hóminum.

Etenim in corde iniquitates operamini : * in terra injustitias manus vestrae concinnant.

Alienáti sunt peccatóres a vulva, erraverunt ab utero : * locúti sunt falsa.

Furor illis secúndum similitúdinem serpentis : * sicut áspidis surdæ, et obturántis aures suas.

Quæ non exáudiet vocem incantantium : * et venéfici incantántis sapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsorum : * molas leónum confringet **Dóminus**.

Ad nihilum devénient tamquam aqua decurrens : * inténdit arcum suum donec infirméntur.

Sicut cera, quæ fluit, auferentur : * supercécidit ignis, et non viderunt solem.

Priúsqvam intelligerent spinæ vestrae rhamnum : * sicut vivéntes, sic in ira absorbet eos.

Lætábitur justus cum viderit vindictam : * manus suas lavábit in ságuine peccatóris.

Et dicet homo : Si útique est fructus justo : * útique est **Deus** júdicans eos in terra.

Glória Patri.

Ant. Tu autem, **Dómine**, scis omne consílium eórum advérsum me in mortem. (cantum vide : 304).

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens **Deus** : † ut, qui nostris excéssibus incessánter affligimur, * per unigéniti Fílii tui passiónem liberémur : Qui tecum vivit et regnat.

AD NONAM

Omnia ut in Feria II, 209, præter sequentia :

Ant.
V. a

F



ac, **Dómine**. Eu o u a e.

Psalmus 58, j

Eripe me de inimicis meis, **Deus meus** : * et ab insurgéntibus in me libera me.

Eripe me de operántibus iniquitatem : * et de viris sanguinum salva me.

Quia ecce, cepérunt ánimam meam : * irruérunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccátum meum, **Domine** : * sine iniquitate cucúrri, et direxi.

Exsúrge in occúrsum meum, et vide : * et tu, **Dómine**, **Deus** virtútum, **Deus** **Israël**.

Inténde ad visitándas omnes **Gentes** : * non misereáris ómnibus qui operántur iniquitatem.

Converténtur ad vespéram : et famem patiéntur ut canes, * et circuibunt civitatem.

Ecce, loquéntur in ore suo, † et gládus in lábiis eorum : * quóniam quis audivit ?

Et tu, **Dómine**, deridébis eos : * ad nihilum dedúces omnes **Gentes**.

Fortitúdinem meam ad te custódiám, † quia, **Deus**, suscéptor meus **es** : * **Deus** meus, misericórdia ejus præveniet me.

Glória Patri.

Psalmus 58, ij

Deus osténdet mihi super inimicos meos, ne occidas eos : * nequándo obliscántur populi mei.

Dispérge illos in virtutē tua : * et depóne eos, protéctor meus, **Domine** :

Delictum oris eórum, sermónem labiórum ipsorum : * et comprehendántur in superbia sua.

Et de exsecratióne et mendácio annuntiabúntur in con-

summatione : * in ira con-summationis, et non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Jacob : * et finium terræ.

Convertentur ad vespeream : et famem patientur ut canes, * et circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum : * si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam : * et exultabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, * et refugium meum, in die tribulationis meæ.

Adjutor meus, tibi psallam, † quia, Deus, susceptor meus es ; * Deus meus, misericordia mea.

Glória Patri.

Psalmus 59

Deus, repulisti nos, et destruxisti nos : * iratus es, et misertus es nobis.

Commovisti terram, et conturbasti eam : * sana contritiones ejus, quia commota est.

Ostendisti populo tuo du-

Ant. Fac, Dómine, iudicium injúriam patientibus, et vias peccatorum disperde. (cantum vide : 306).

Oratio

Praesta, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui nostris excéssibus incessanter affligimur, * per unigéniti Filii tui passionem liberémur. Qui tecum vivit et regnat.

ra : * potásti nos vino compunctionis.

Dedisti metuéntibus te significationem : * ut fúgiant a facie arcus :

Ut liberéntur dilécti tui : * salvum fac dextera tua, et exaudi me.

Deus locútus est in sancto suo : * Lætabor, et partíbor Síchimam : et convállem tabernaculorum metíbor.

Meus est Gálaad, et meus est Manásses : * et Ephraim fortitúdo capitis mei.

Juda rex meus : * Moab olla spei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum : * mihi alienígenæ subditi sunt.

Quis dedúcet me in civitatem munitam ? * quis dedúcet me usque in Idumæam ?

Nonne tu, Deus, qui repulisti nos, * et non egrediéris, Deus, in virtutibus nostris ?

Da nobis auxílium de tribulatione : * quia vana salus hominis.

In Deofaciémus virtutem : * et ipse ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

Glória Patri.

AD MISSAM

Statio ad Sanctam Mariam Majorem

Intr.

III.

I

n nómine Jesu * omne genu flec- tá- tur,

cæ- lésti-um, ter-ré- sti- um et infer- nó- rum :

qui-a Dóminus factus obé- di- ens usque ad mor-

tem, mortem autem cru- cis : íd- e- o Dóminus

Jesus Chri- stus in gló-ri-a est De- i Pa-


tris. **Ps.** Dómine, exáudi ora-ti-ónem me- am : * et

clamor me-us ad te véni-at. In nómine.

Kyrie, ut in Feria II. 212

Post Kyrie, eléison, dicitur :

Sacerdos : Diaconus : Subdiaconus :

O rémus. Flectámus génu-a. *R.* Levá-te.

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui nostris excéssibus incessanter affligimur, * per unigéniti Filii tui passióem liberémur : Qui tecum.

Lectio Isaíæ Prophætæ.

Isai. 62, 11 et 63, 1-7

Hæc dicit Dóminus Deus : Dicite filiæ Sion : Ecce, Salvátor tuus venit : ecce, merces ejus cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitudíne fortitúdinis suæ. Ego, qui loquor justítiam, et propugnátor sum ad salvándum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestiménta tua, sicut calcántium in torculári? Tórcular calcávi solus, et de géntibus non est vir mecum : calcávi eos in furóre meo, et conculcávi eos in ira mea : et aspérsum est sanguis eórum super vestiménta mea, et ómnia indumentá mea inquinávi. Dies enim ultiónis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. Circumspéxi, et non erat auxiliátor : quæsi, et non fuit qui adjuvâret : et salvávit mihi bráchium meum, et indignatio mea ipsa auxiliáta est mihi. Et conculcávi pópulos in furóre meo, et inebriávi eos in indignatióne mea, et detráxi in terram virtútem eórum. Miseratiónum Dómini recordábor, laudem Dómini super ómnibus, quæ réddidit nobis, Dóminus Deus noster.

Grad.
II.

N



e avértas * fáci-em tu- am a



pú- e- ro tu- o, quó-ni- am




tri- bu-lor : ve-ló-ci-ter



exáudi me.

Y. Salvum

me fac, De-



us, quó- ni- am intravérunt aquæ usque ad



á- ni- mam me- am : in- fi-



xus sum in li- mo pro- fún- di, et



non est * substánti- a.

Hic dieitur Y. Dóminus vobíscum, *sine* Flectámus génu-a.

Oratio

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: † concede nobis famulis tuis; * ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dominum.

Alia Oratio, vel Ecclesiæ tuæ, vel Deus, omnium. 212

Lectio Isaïæ Prophætæ.

Isai. 53, 1-12

In diēbus illis : Dixit Isaïas : Dōmine, quis credidit auditui nostro? et brāchium Dōmini cui revelātum est? Et ascēdet sicut virgūltum coram eo, et sicut radix de terra sitiēti : non est spēcies ei, neque decor : et vidimus eum, et non erat aspēctus, et desiderāvimus eum : despēctum, et novissimū virōrum, virum dolōrum, et sciētem infirmitatē : et quasi absconditus vultus ejus et despēctus, unde nec reputāvimus eum. Vere languōres nostros ipse tulit, et dolōres nostros ipse portāvit : et nos putāvimus eum quasi leprōsum, et percūsum a Deo, et humiliātum. Ipse autē vulnerātus est propter iniquitatē nostras, attritus est propter scelera nostra : disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanāti sumus. Omnes nos quasi oves errāvimus, unusquisque in viam suam declināvit : et pōsuit Dōminus in eo iniquitatē omnium nostrum. Oblātus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum : sicut ovis ad occisiōnem ducētur, et quasi agnus coram tondēte se obmutescet et non aperiet os suum. De angūstia, et de iudicio sublātus est : generatiōnem ejus quis enerrābit? quia abscissus est de terra vivētiū : propter scelus pōpuli mei percūssi eum. Et dabit impios pro sepultūra, et dīvitem pro morte sua : eo quod iniquitatē non fecerit, neque dolus fūerit in ore ejus. Et Dōminus voluit cōtēdere eum in infirmitate : si posūerit pro peccāto animam suam, vidēbit semen longævum, et volūtas Dōmini in manu ejus dirigētur. Pro eo quod laborāvit anima ejus, vidēbit, et saturābitur : in sciētia sua justificābit ipse justus servus meus multos, et iniquitatē eōrum ipse portābit. Ideo dispērtiam ei plūrimos : et fōrtium dīvidet

spōlia, pro eo quod trādīdit in mortem animam suam, et cum scelerātis reputātus est : et ipse peccāta multōrum tulit, et pro transgressōribus rogāvit.

Tract.
II.**D**

ómi- ne, * ex-áu- di o-
ra-ti- ónem me- am, et cla- mor me-
us ad te vé- ni- at.

Ne avér- tas fá-ci- em tu-

am a me : in quacúmque di-e trí-

bu- lor, in-clí- na ad me aurem

tu- am. In quacúmque di- e

invo-cá- ve-ro te, ve-ló- ci-ter

exáudi me. V. Qui-a

de-fe-cé- runt sic-ut fu- mus

di-es me- i : et ossa me-

a sicut in frixó- ri-o confrí- xa

sunt. V. Percússus sūm sic-ut

foe- num, et á-ru- it cor me- um :

qui-a oblí- tus sum man- du- cá- re panem

me-um. V. Tu exsúrgens, Dómi-

ne, mi-se- ré- be-ris Si-on :

qui-a venit tem- pus mi- se-

rén-di * e- jus.

V. P ássi-o Dómini nostri Jesu Christi secúndum

Lucam. In illo témpore : Appropinquábat di-es festus

azymórum, qui dí-citur Pascha : et quærébant prin-

cipes sacerdótum, et scribæ, quómodo Jesum interfí-

cerent : timébant vero plebem. Intrávit autem sátanás

in Judam, qui cognominabátur Isca-ri-ótes, unum

de du-ódecim. Et ábi-it, et locútus est cum princí-

11 Offic. Maj. Hebd.



pibus sacerdótum, et magistrá-tibus, quemádmódum
 illum tráderet e-is. Et gavi-si sunt, et pacti sunt
 pecúni-am illi dare. Et spopóndit. Et quærébat
 opportu-nitátem ut tráderet illum sine turbis.
 Venit autem di-es azymórum, in qua necesse erat
 occídi pascha. Et mi-sit Petrum, et Jo-ánnem,
 dicens : ✠ E-úntes paráte nobis pascha, ut mandu-
 cémus. **C.** At illi dixerunt : **S.** Ubi vis parémus ?
C. Et dixit ad e-os : ✠ Ecce, intro-e-úntibus vobis

C. Et dixit ad e-os : ✠ Ecce, intro-e-úntibus vobis



in ci-vi-tátem, occúrret vobis homo quidam ámpho-
 ram aquæ portans : sequímini e-um in domum, in quam
 intrat, et dicé-tis patri-famí-li-as domus : Dicit
 ti-bi Magíster : Ubi est diversó-ri-um, ubi pascha
 cum discípu-lis me-is mandúcem? Et ipse osténdet
 vobis cœnáculum magnum stratum, et ibi pa-ráte.
C. E-úntes autem invenérunt sicut dixit illis, et pa-
 ravérunt pascha. Et cum facta esset hora, discúbu-it,
 et du-ódecim Apósto-li cum e-o. Et a-it illis :

et du-ódecim Apósto-li cum e-o. Et a-it illis :

✠ De-sidéri-o de-siderávi hoc pascha manducáre vo-
 búscum, ántequam pá-ti-ar. Dico enim vobis, qui-a
 ex hoc non manducábo illud, donec imple-átur in
 regno De-i. **C.** Et accépto cá-lice, grá-ti-as egit, et
 di-xit: ✠ Accí-pite, et di-ví-di-te inter vos. Dico
 enim vobis, quod non bibam de genera-ti-óne vi-tis,
 donec regnum De-i véni-at. **C.** Et accépto pane grá-
 ti-as egit, et fregit, et dedit e-is, dicens: ✠ Hoc
 est corpus me-um, quod pro vobis datur: hoc fá-ci-te

in me-am commemora-ti-ónem. **C.** Simí-li-ter et
 cá-licem, postquam cœnávít, dicens: ✠ Hic est ca-lix
 novum testaméntum in sá-nguine me-o, qui pro vobis
 fundétur. Verúm-tamen ecce, manus tradéntis me,
 mecum est in mensa. Et quidem Fí-li-us hó-minis,
 secúndum quod de-fi-nítum est, vadit: verúm-tamen
 vœ hó-mi-ni illi, per quem tra-détur. **C.** Et ipsi cœ-
 pérunt quærere inter se, quis esset ex e-is, qui hoc
 factúrus esset. Facta est autem et conténti-o inter

e-os, quis e-orum vi-derétur esse major. Dixit
autem e-is : ✠ Reges génti-um dominántur e-orum :
et qui potestátem habent super e-os, bené-fi-ci vo-
cántur. Vos autem non sic : sed qui major est in vobis,
fi-at sicut minor : et qui præcëssor est, sicut mi-ni-
strátor. Nam quis major est, qui recúmbit, an qui
mi-nístrat ? nonne qui recúmbit ? Ego autem in mé-
di-o vestrum sum, sicut qui mi-nístrat : vos autem
estis, qui permansistis mecum in tentati-óni-bus

me-is. Et ego dispóno vobis, sicut dispósu-it mihi
Pater me-us regnum, ut edá-tis, et bibá-tis super men-
sam me-am in regno me-o, et sede-átis super thro-
nos, judicántes du-ódecim tribus Isra-ël. **C.** A-it
autem Dóminus : ✠ Simon, Simon, ecce, sátnas ex-
pe-tívit vos, ut cribráret sicut trí-ticum : ego autem
rogávi pro te, ut non de-fíci-at fides tu-a : et tu
a-liquándo convérsus, confírma fratres tu-os. **C.** Qui
dixit e-i : **S.** Dómine, tecum parátus sum et in cár-

cerem, et in mortem ire. **C.** At ille dixit : ✠ Dico
 ti-bi, Petre : Non cantabit hodi-e gallus, donec ter ab-
 neges nosse me. **C.** Et dixit e-is : ✠ Quando misi
 vos sine sáculo, et pera, et calce-améntis, numquid
 á-liquid dé-fu-it vobis? **C.** At illi dixerunt : **S.** Ni-
 hil. **C.** Dixit ergo e-is : ✠ Sed nunc, qui habet
 sáculum, tollat simi-li-ter et peram : et qui non ha-
 bet, vendat tunicam su-am, et emat gládi-um.
 Dico enim vobis, quóni-am adhuc hoc, quod scriptum

est, opórtet implé-ri in me : Et cum in-íquis depu-
 tatus est. Etenim e-a, quæ sunt de me, finem habent.
C. At illi dixerunt : **S.** Dómine, ecce du-o gládi-i
 hic. **C.** At ille dixit e-is : ✠ Sa-tis est. **C.** Et
 egréssus ibat secúndum consu-e-túdinem in mon-
 tem O-livárum. Secú-ti sunt autem illum et discípu-li.
 Et cum pervenisset ad locum, di-xit il-lis : ✠ Orá-
 te, ne intré-tis in tenta-ti-ónem. **C.** Et ipse avúl-
 sus est ab e-is quantum jactus est lápidis, et pósi-


 tis génibus orábat, dicens : ✠ Pater, si vis, transfer


 cá-licem istum a me : verúm tamen non me-a volúntas,

 sed tu-a fi-at. **C.** Appáru-it autem illi Angelus

 de cælo, confórtans e-um. Et factus in agoní-a, pro-

 lí-xi-us orábat. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ

 sánguinis decurréntis in terram. Et cum surrexisset

 ab ora-ti-óne, et venisset ad discípulos su-os, in-

 vénit e-os dormi-éntes præ tristí-ti-a. Et a-it

 illis : ✠ Quid dormí-tis ? súrgi-te, orá-te, ne in-


 tré-tis in tenta-ti-ónem. **C.** Adhuc e-o loquén-te,

 ecce turba : et qui vocabá-tur Judas, unus de du-óde-

 cim, antecede-bat e-os : et appropinquá-vit Jesu, ut

 oscu-larétur e-um. Jesus autem di-xit illi : ✠ Ju-

 da, ósculo Fí-li-um hó-minis tradis ? **C.** Vidéntes

 autem hi, qui circa ipsum erant, quod futúrum erat,

 dixerunt e-i : **S.** Dómine, si percútimus in gládi-o ?

C. Et percússit unus ex illis servum princípis sacerdó-

 tum, et amputá-vit aurícu-lam ejus délixteram. Re-



spóndens autem Jesus, a-it : ✠ Sini-te usque huc.



C. Et cum te-tigísset aurículam ejus, sanávit e-um.



Dixit autem Jesus ad e-os, qui vénerant ad se, prin-



cipes sacerdótum, et magistrátus templi, et se-ni- ó-



res : ✠ Quasi ad latrónem existis cum gládi-is, et



fústibus? Cum quo-tídi-e vobíscum fú-e-rim in templo,



non extendístis manus in me : sed hæc est hora vestra,



et potéstas tene-brárum. **C.** Comprehendéntes autem



e-um, duxérunt ad domum principis sacerdótum.



Petrus vero sequebátur a longe. Accénso autem




igne in médi-o átri-i, et circumsedéntibus illis,




erat Petrus in médi-o e-órum. Quem cum vidísset




ancílla quædam sedéntem ad lumen, et e-um fu-ísset



intú-i-ta, dixit : **S.** Et hic cum illo erat. **C.** At ille




negávit e-um, dicens : **S.** Mú-li-er, non novi illum.



C. Et post pusillum á-li-us videns e-um, dixit :



S. Et tu de illis es. **C.** Petrus vero a-it : **S.** O homo,



non sum. **C.** Et intervállo facto quasi horæ uní-us,

á-li-us quidam affirmábat, dicens : **S.** Vere et hic cum
 illo erat : nam et Ga-li-læ-us est. **C.** Et a-it Petrus :
S. Homo, nésci-o quid dicis. **C.** Et contínu-o adhuc
 illo loquén-te cantávit gallus. Et convérsus Dóminus
 respéxit Petrum. Et recordátus est Petrus verbi Dó-
 mini, sicut díxerat : Qui-a pri-úsquam gallus cantet,
 ter me negábis. Et egréssus foras Petrus flevit amá-
 re. Et viri qui tenébant illum, illudébant e-i, cædén-
 tes. Et velavérunt e-um, et percu-ti-ébant fáci-em

ejus : et interrogábant e-um, dicéntes : **S.** Prophe-
 tíza, quis est, qui te percússit ? **C.** Et á-li-a multa
 blasphemántes dicébant in e-um. Et ut factus est di-es,
 convenérunt seni-óres plebis, et príncipes sacerdó-
 tum, et scribæ, et duxérunt illum in conci-li-um
 su-um, dicéntes : **S.** Si tu es Christus, dic no-
 bis. **C.** Et a-it illis : ✠ Si vobis dí-xero, non
 credé-tis mihi : si autem et interrogávero, non re-
 spondébi-tis mihi, neque dimit-té-tis. Ex hoc autem

erit Fi-li-us hóminis sedens a dextris virtú-tis De-i.

C. Dixérunt autem omnes : **S.** Tu ergo es Fi-li-us De-i ? **C.** Qui a-it : ✠ Vos díci-tis qui-a ego sum. **C.** At illi dixérunt : **S.** Quid adhuc de-siderá-mus testimóni-um ! Ipsi enim audí-vimus de ore ejus.

C. Et surgens omnis multitúdo e-órum, duxérunt illum ad Pi-látum. Cæpérunt autem illum accusá-re, dicén-tes : **S.** Hunc invénimus subverténtem gentem nostram, et prohibéntem tribúta dare Cæsari, et dicéntem

se Christum regem esse. **C.** Pi-látus autem interro-gávit e-um, dicens : **S.** Tu es Rex Judæ-órum ? **C.** At ille respóndens, a-it : ✠ Tu dicis. **C.** A-it autem Pi-látus ad principes sacerdotum, et turbas : **S.** Ni-hil invéni-o causæ in hoc hómine. **C.** At illi in-valescébant, dicéntes : **S.** Cómmove-t pópulum, docens per univérsam Judæ-am, incí-pi-ens a Ga-lilæ-a usque huc. **C.** Pi-látus autem áudi-ens Ga-li-læ-am, interrogávit si homo Ga-lilæ-us esset. Et ut cognó-

vit quod de Heródis potestá-te esset, remisit e-um
 ad Heródem, qui et ipse Jerosólymis erat illis
 di-ébus. Heródes autem viso Jesu gávisus est
 valde. Erat enim cúpi-ens ex multo témpore vidé-
 re e-um, e-o quod audí-erat multa de e-o, et
 sperábat signum á-liquod vidére ab e-o fí-e-ri.
 Interrogábat autem e-um multis sermónibus. At
 ipse nihil illi respondébat. Stabant autem principes
 sacerdótum, et scribæ constánter accusántes e-um.

Sprevit autem illum Heródes cum exérci-tu su-o : et
 illú-sit indútum veste alba, et remí-sit ad Pi-lá-
 tum. Et facti sunt amíci Heródes, et Pilá-tus in
 ipsa di-e : nam ánte-a in-imí-ci erant ad ínvicem.
 Pi-látus autem convocá-tis princí-pibus sacerdótum,
 et magistrátibus, et plebe, dixit ad illos : **S.** Obtú-
 listis mihi hunc hóminem, quasi averténtem pópu-
 lum, et ecce, ego coram vobis intérogans, nullam cau-
 sam invéni in hómine isto ex his, in quibus e-um

accusá-tis. Sed neque Heródes : nam remí-si vos ad
illum, et ecce, nihil dignum morte actum est e-i.
Emendátum ergo illum dimíttam. **C.** Necesse autem
habébat dimíttre e-is per di-em festum, unum. Ex-
clamávit autem simul uni-vér-sa turba, dicens : **S.** Tol-
le hunc, et dimítte nobis Barábbam. **C.** Qui erat
propter sedi-ti-ónem quamdam factam in ci-vi-táte,
et homi-cí-di-um, missus in cárcerem. I-terum
autem Pi-látus locútus est ad e-os, volens dimíttre


Jesum. At illi succlamábant, dicétes : **S.** Cruci-fige,
cruci-fige e-um. **C.** Ille autem térti-o dixit ad il-
los : **S.** Quid enim ma-li fecit iste ? Nullam causam
mortis invéni-o in e-o : corri-pi-am ergo illum, et
dimíttam. **C.** At illi instábant vóci-bus magnis, po-
stulántes ut cruci-fige-rétur. Et inva-lescébant voces
e-órum. Et Pi-látus adju-dicávit fi-e-ri pe-ti-ti-ó-
nem e-órum. Dimí-sit autem illis e-um, qui propter
homi-cí-di-um, et sedi-ti-ónem missus fú-erat in cár-

cerem, quem petébant : Jesum vero trádidit voluntáti
 e-órum. Et cum dúcerent e-um, apprehendérunt
 Simónem quemdam Cyrenénsem, veni-éntem de villa :
 et imposu-érunt illi crucem portáre post Jesum.
 Sequebá-tur autem illum multa turba pópu-li, et mu-li-
 erum, quæ plangébant, et lamentabántur e-um. Con-
 vérsus autem ad illas Jesus dixit : ✠ Fí-li-æ Jerú-
 salem, no-lí-te flere super me, sed super vos ipsas
 flete, et super fi-li-os vestros. Quóni-am ecce, véni-ent

di-es, in quibus dicent : Be-átæ stéri-les, et ventres,
 qui non genu-érunt, et úbera, quæ non lacta-vérunt.
 Tunc incípi-ent dícere móntibus : Cádi-te super nos ;
 et cóllibus : Operí-te nos. Qui-a si in ví-ridi ligno
 hæc fáci-unt, in á-rido quid fi-et ? **C.** Ducebántur
 autem et á-li-i du-o nequam cum e-o, ut interfice-
 réntur. Et postquam venérunt in locum, qui vocátur
 Calvári-æ, i-bi cruci-fixérunt e-um : et latrónes,
 unum a dextris, et álterum in sinistris. Jesus autem

di- cébat : ✠ Pater, dimitte illis : non enim sci- unt
quid fá-ci-unt. **C.** Dividéntes vero vestiménta ejus,
mi-sérunt sortes. Et stabat pópulus spectans, et deri-
debant e-um príncipes cum e-is, dicéntes : **S.** A-li-os
salvos fecit : se salvum fá-ci-at, si hic est Christus
De-i eléctus. **C.** Illudébant autem e-i et mí-li-tes
accedéntes, et acétum offeréntes e-i, et dicéntes :
S. Si tu es Rex Judæ-órum, salvum te fac. **C.** Erat
autem et superscripti-o scripta super e-um lítteris


græcis, et la-tí-nis, et hebrá-i-cis : Hic est Rex Judæ-
órum. Unus autem de his, qui pendébant, latrónibus,
blasphemábat e-um, dicens : **S.** Si tu es Christus, salvum
fac temetípsum, et nos. **C.** Respóndens autem alter
increpábat e-um, dicens : **S.** Neque tu times De-um,
quod in e-ádem damna-ti-óne es. Et nos quidem juste,
nam digna factis recipimus : hic vero nihil mali ges-
sit. **C.** Et dicébat ad Jesum : **S.** Dómine, meménto
me-i, cum véneris in regnum tu-um. **C.** Et dixit



il-li Jesus: ✠ Amen dico tibi: Hódie mecum eris



in pa-ra-dí-so. C. Erat autem fere hora sexta, et




ténebræ factæ sunt in univérsum terram usque in




horam nonam. Et obscurá-tus est sol: et velum tem-



pli scissum est médi-um. Et clamans voce magna




Je-sus, a-it: ✠ Pa-ter, in manus tu-as comméndo



spí-ritum me-um. C. Et hæc dicens, exspi-rávit.



Hic genuflectitur, et pausat aliquantulum.



Videns autem centú-ri-o quod factum fú-erat, glori-




ficávit De-um, dicens: S. Vere hic homo justus



erat. C. Et omnis turba e-órum, qui simul áderant




ad spectáculum istud, et vidébant quæ fi-ébant,



percu-ti-éntes péc-tora su-a revertebántur. Stabant au-



tem omnes no-ti ejus a longe, et mu-lí-eres, quæ



secúta e-um erant a Ga-lilæ-a, hæc vi-déntes.

Quod sequitur, legitur in tono Evangelii: et alia fiunt ut supra in Dominica. (pag. 142)

Tonus Evangelii, ad libitum.



Et ecce, vir nómine Joseph, qui erat decú-ri-o,



vir bonus et justus: hic non consénserat consí-li-o, et



actibus e-orum, ab Arimathæ-a civi-tate Judæ-æ,



qui exspectabat et ipse regnum De-i. Hic accés-



sit ad Pi-látum, et pé-ti-it corpus Jesu : Et



depósi-tum invólvit síndone, et pósu-it in monuménto



excíso, in quo nondum quisquam pó-si-tus fú-erat.



Offert.
III.


Dómi-ne, * exáu-di o-ra-ti-ó-nem



me-am, et cla-mor me-us ad



te -pervé-ni-at : ne avér-tas fá-



ci-em tu-um a me.



Secreta

Súscipe, quæsumus, Dómine, munus oblátum, et dignán-ter operáre : ut, quod passiónis Fílii tui Dómini nostri mystério gérimus, piis affectibus consequámur. Per eúm-dem Dóminum.

Alia Secreta, vel Prótege nos, vel Oblátis. 216

Præfatio de Cruce. 217

Sanctus et Agnus Dei. 218



Comm.
II.

Potum me-um * cum fle-tu temperá-



bam : qui-a é-le-vans alli-sísti me : et e-



go sicut fœnum á-ru-i : tu autem, Dó-mi-ne,



in ætér-num pérma-nes : tu exsúrgens mi-seré-



be-ris Si-on, qui-a venit tempus mi-seréndi



e-jus.

Postcommunio

Largire sēnsibus nostris, omnipotens Deus : † ut, per temporalem Filii tui mortem, quam mystēria venerāda testāntur, * vitam te nobis dedisse perpētuum confidāmus. Per eūdem Dōminum.

Alia Postcommunio, vel Quæsumus, Dōmine, **vel** Hæc nos. 220

Super populum : Orémus. Humiliāte cāpita vestra Deo. 220

Oratio

Rēspice, quæsumus, Dōmine, super hanc familiam tuam, * pro qua Dōminus noster Jesus Christus non dubitavit mánibus tradi nocētium, et crucis subīre tormētum : Qui tecum vivit.

AD VESPERAS

Omnia ut in Feria II, 221, præter sequentia :



Be-á-ti omnes. E u o u a e.

Psalmus 127

Beāti omnes, qui timent Dōminum, * qui ambulānt in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducabis : * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, * in latēribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novēllæ oli-

varum, * in circūitu mensæ tuæ.

Ecce, sic benedicétur homo, * qui timet Dōminum.

Benedícat tibi Dōminus ex Sion : * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórū tuorū, * pacem super Israhēl.

Glória Patri.



Be-á-ti omnes, qui timent Dōminum.

2. Ant.
VIII. G



Confundāntur omnes. E u o u a e.

Psalmus 128

Sæpe expugnāverunt me a juventute mea, * dicat nunc Israhēl :

Sæpe expugnāverunt me a juventute mea : * etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricāverunt peccatores : * prolongāverunt iniquitatem suam.

Dōminus justus concídit cervíces peccatorum : * confundāntur et convertāntur

retrórsum omnes, qui ode-runt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum : * quod priúsq̃am evellátur exáruit :

De quo non implévit manum suam qui metit, * et sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Dōmini super vos : * benedíximus vobis in nómine Dōmini.


Glória Patri.

Anti-
phona



Confundāntur omnes qui odérunt Si-on.

3. Ant.
VIII. c



De profundis. E u o u a e.

Psalmus 129

De profundis clamávi ad te, Dōmine : * Dōmine, exáudi vocem meam :

Fiant aures tuæ intendentēs, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitātes observáveris, Dōmine : * Dōmine, quis sustinēbit ?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te, Dōmine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israhel in Dómino.

Quia apud Dōminum misericórdia : * et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israhel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.


Glória Patri.

Anti-
phona

De profundis clamavi ad te, Domine.

4. Ant.
I. g 2

D



Domine. Eu o u a e.

Psalmus 130

Domine, non est exaltatum cor meum : * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis : * neque in mirabilibus super me.


Si non humiliter sentie-

bam : * sed exaltavi animam meam :

Sicut ablactatus est super matre sua, * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Glória Patri.

Anti-
phona

Domine, non est exaltatum cor meum.

5. Ant.
III. g

E



Domine, non est exaltatum cor meum.

Psalmus 131

Memento, Domine, David, * et omnis mansuetudinis ejus :

Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus meae, * si ascendero in lectum strati mei :

Si dederò somnum oculis meis, * et palpebris meis dormitationem :

Et requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domino, * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce, audivimus eam in Ephrata : * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus : * adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Domine, in requiem

tuam, * tu et arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam : * et sancti tui exsultent.

Propter David, servum tuum, * non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, * et testimonia mea hæc, quæ docebo eos :

Et filii eorum usque in sæculum, * sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion : * elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi : * hic habitabo quoniam elegi eam.

Vidua ejus benedicens benedicam : * pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutare : * et sancti ejus exultatione exsultabunt.

Illuc producam cornu David, * paravi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione : * super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

Glória Patri.

Anti-
phona

Elégit Dominus Si-on in habitationem sibi.

Ad Magnificat, Antiphona

I. g


A



An-cilla dixit Petro : * Vere tu ex illis



es, nam et loquela tua manifestum te facit.



Eu o u a e.

12 Offic. Maj. Hebd.

Oratio

Respice, quæsumus, Dómine, super hanc familiam tuam, * pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire torméntum : Qui tecum vivit.

AD COMPLETORIUM

Omnia ut in Dominica in Palmis 167, præter sequentia :



Immittet Angelus Dómini. E u o u a e.

Psalmus 33, j

Benedicam Dóminum in omni tēpore : * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudabitur anima mea : * audiant mansueti, et laetentur.

Magnificáte Dóminum mecum : * et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisivi Dóminum, et exaudivit me : * et ex ómnibus tribulatióibus meis eripuit me.

Accédite ad eum, et illuminámini : * et facies vestrae non confundentur.

Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudivit eum : * et de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timentium eum : * et eripiet eos.

Gustáte, et vidéte quóniam suavis est Dóminus : * beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes sancti ejus : * quóniam non est inópia timentibus eum.

Divites eguerunt et esurierunt : * inquirentes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Glória Patri,

Psalmus 33, ij

Venite, filii, audite me : * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam : * diligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam a malo : * et lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo, et fac bonum : * inquire pacem, et perséquare eam.

Oculi Dómini super justos : * et aures ejus in precibus eórum.

Vultus autem Dómini super facientes mala : * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos : * et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis qui tribulato sunt corde : * et húmiles spiritu salvábit.

Multæ tribulationes justorum : * et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eorum : * unum ex his non conterétur.

Mors peccatorum péssima : * et qui odérunt justum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas servorum suorum : * et non delinquent omnes qui sperant in eo.


Glória Patri.

Psalmus 60

Exáudi, Deus, deprecationem meam : * inténde oratióni meæ.



Immíttet Angelus Dómini in circú-i-tu



timénti-um e-um, et e-rípi-et e-os.

Dicuntur, flexis genibus, Preces ut in Dominica in Palmis 174, etiamsi in præcedentibus Vesperis habita sit Commemoratio Duplicis aut Semiduplicis ad instar Simplicis redacti.



A finibus terræ ad te clamavi : * dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea : * turris fortitudinis a fácie inimíci.

Inhabítábo in tabernáculo tuo in sæcula : * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu, Deus meus, exaudivísti orationem meam : * dedísti hereditátem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies : * annos ejus usque in diem generatióis et generatióis.

Pérmanet in ætérnum in conspectu Dei : * misericórdiam et veritátem ejus quis requíret ?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi : * ut reddam vota mea de die in diem.

Glória Patri.

FERIA V IN CÆNA DOMINI

Duplex I classis


AD MATUTINUM

Hodie et biduo sequenti, dictis secreto Pater noster, Ave, María et Credo, et omnibus aliis prætermissis, Matutinum absolute incipitur ab Antiphona primi Psalmi: et in fine cujuslibet Psalmi ad Matutinum et ad Laudes exstinguitur una ex quindecim candelis candelabri triangularis positi ante Altare.


Ad omnes autem Horas usque ad Nonam Sabbati sancti inclusive, in fine Psalmorum, et in Responsoriis, omittitur Glória Patri. In Officio cantato ultimi versiculi Psalmorum et Canticorum terminantur sicut et alii, scilicet in finali Antiphonæ convenienti. In Officio vero recitato, ad omnes Horas, vox deprimitur per tonum in fine cujusque Psalmi, Cantici et cujusque divisionis: item etiam in fine Psalmi Miserere qui post Horas voce submissa recitatur. — Oratio Respice dicitur gravi et recta voce, et ultima syllaba deprimitur ut in Psalmis.

IN I NOCTURNO

1. Ant. VIII. c



bri-a exprobránti-um tibi ce-cidérunt super me.



E u o u a e,

Psalmus 68

Salvum me fac, Deus: * quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infixus sum in limo profundi: * et non est substántia.

Veni in altitúdinem maris: * et tempésta demersit me.

Laborávi clamans, rauca factæ sunt fauces meæ: * defecerunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capillos cápitis mei, * qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimici mei injuste: * quæ non rápui, tunc exsolvébam.

Deus, tu scis insipientiam meam: * et delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubéscant in me qui expéctant te, Domine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me * qui quærun't te, Deus Israël.

Quóniam propter te sustinui opprobrium: * opéruit confusio faciém meam.

Extráneus factus sum fratribus meis, * et peregrínus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me: * et opprobria exprobrántium tibi, ceciderunt super me.

Et opéruí in jejúnio áni-

mam meam: * et factum est in opprobrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilicium: * et factus sum illis in parábolam.

Advérsus me loquebántur, qui sedébant in porta: * et in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego vero oratióne meam ad te, Domine: * tempus benepláciti, Deus.

In multítudine misericórdiæ tuæ exáudi me, * in veritaté salutis tuæ:

Eripe me de luto, ut non infigar: * libera me ab iis, qui odérunt me, et de profundis aquárum.

Non me demérgat tempésta aquæ, † neque absórbeat me profundum: * neque urgeat super me púteus os suum.

Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: * secúndum multítudinem miserationum tuárum respice in me.

Et ne avértas faciém tuam a púero tuo: * quóniam tribulor, velóciter exáudi me.

Inténde ánimæ meæ, et libera eam: * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, et confusiónem meam, * et reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui tribulant me, *

impropérium exspectávit cor meum, et misériam.

Et sustinui qui simul contristarétur, et non fuit : * et qui consolaretur, et non inveni.

Et dedérunt in escam meam fel : * et in siti mea potavérunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, * et in retributiões, et in scándalum.

Obscuréntur óculi eorum ne videant : * et dorsum eorum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam : * et furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta : * et in tabernaculis eorum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussísti, persecútus sunt : * et super dolórem vúlnerum meorum addidérunt.

Appóne iniquitatem super iniquitatem eorum : * et non intrent in justitiam tuam.

Deleántur de libro viventium : * et cum justis non scribántur.

Ego sum pauper et dolens : * salus tua, Deus, suscepit me.

Laudábo nomen Dei cum cantico : * et magnificábo eum in laude :

Et placébit Deo super vítulum novellum : * córnua producéntem et úngulas.

Videant páuperes et lætentur : * quærite Deum, et vivet ánima vestra.

Quóniam exaudivit páuperes Dominus : * et vinctos suos non despexit.

Laudent illum cæli et terra, * mare et ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam faciet Sion : * et ædificábunt civitates Juda.

Et inhabitábunt ibi, * et hereditate acquirant eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam, * et qui diligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Anti-
phona

Zelus domus tu-æ comédit me, et oppró-

bri-a exprobránti-um tibi ceci-dérunt super me.

2. Ant.
VIII. c

A

-vertántur retrórsum, * et e-ru-bé-scant, qui

có-gi-tant mi-hi ma-la. E u o u a e.

Psalmus 69

Deus, in adjutórium meum intende : * Dómine, ad adjuvándum me festína.

Confundántur et revereantur, * qui quærunť ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erube-

scentes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsúltent et lætentur in te omnes qui quærunť te, * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui dilígunt salutare tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum : * Deus, adjuva me.

Adjutor meus, et liberátor meus es tu : * Dómine, ne moréris.

Anti-
phona

Avertántur retrórsum, et e-ru-bé-scant, qui

có-gi-tant mi-hi mala.

3. Ant.
VIII. c

D

e-us me-us, * é-ri-pe me de manu pecca-

tóris. E u o u a e.

Psalmus 70

In te, Dómine, sperávi,
non confúndar in æter-
num : * in justítia tua libera
me, et eripe me.

Inclína ad me aurem
tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum pro-
tectórem, et in locum muni-
tum : * ut salvum me fácias,

Quóniam firmaméntum
meum, * et refúgium meum
es tu.

Deus meus, éripe me de
manu peccatoris, * et de
manu contra legem agéntis
et iníqui :

Quóniam tu es patiéntia
mea, Dómine : * Dómine,
spes mea a juventute mea.

In te confirmátus sum ex
utero : * de ventre matris
meæ tu es protector meus.

In te cantátio mea sem-
per : * tamquam prodígium
factus sum multis : et tu
adjutor fortis.

Repleátur os meum laude,
ut cantem glóriam tuam : *
tota die magnítudinem tu-
am.

Ne projicias me in tém-
pore senectutis : * cum de-
fécerit virtus mea, ne dere-
linquas me.

Quia dixerunt inimíci mei
mihi : * et qui custodiébant
ánimam meam, consílium fe-
céruunt in unum,

Dicéntes : Deus dereliquit
eum, † persequimini, et com-

prehéndite eum : * quia non
est qui erípiat.

Deus, ne elongéris a me : *
Deus meus, in auxílium
meum réspice.

Confundántur, et deficiant
detrahéntes ánima meæ : *
operiántur confusióne et pu-
dóre, qui quærunt mala
mihi.

Ego autem semper spe-
rabo : * et adjiciam super
omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit ju-
stítiam tuam : * tota die
salutare tuum.

Quóniam non cognóvi lit-
teráturam, † introibo in
poténtias Domini : * Dómi-
ne, memorábor justítiae tuae
solius.

Deus, docuísti me a juven-
tute meæ : * et usque nunc
pronuntiábo mirabilia tua.

Et usque in senéctam et
senium : * Deus, ne dere-
linquas me,

Donec annúntiem bráchium
tuum * generatióni omni,
quæ ventúra est :

Poténtiam tuam et justi-
tiam tuam, Deus, † usque
in altíssima, quæ fecísti ma-
gnalia : * Deus, quis similis
tibi ?

Quantas ostendísti mihi
tribulatiónes multas et ma-
las : † et convérsus vivificá-
stí me : * et de abyssis
terræ iterum reduxísti me :
Multiplicásti magnificén-

tiam tuam : * et convérsus
consolatus es me.

Nam et ego confitébor tibi
in vasis psalmi veritátem
tuam : * Deus, psallam tibi
in cithara, Sanctus Israël.

Exsultábunt lábia mea

cum cantávero tibi : * et
ánima mea, quam redemísti.

Sed et lingua mea tota die
meditábitur justítiam tuam : *
cum confúsi et revériti fúe-
rint, qui quærunt mala mi-
hi.

Anti-
phona

De-us me-us, é-ripe me de manu pecca-

tó-ris.

℣. Avertántur retrórsus, et erubéscant.

℞. Qui cógi-tant mihi mala.

Vel juxta recentiore usum :

℣. Avertántur retrórsus, et erubéscant.

℞. Qui cógi-tant mihi ma-la.

Hoc triduo, post Versículos Nocturnorum, dicitur secreto Pater noster, nec pronuntiatur Et ne nos, nec dicitur Absolutio, neque dantur Benedictiones ante Lectiones. In fine Lectionum non dicitur Tu autem, sed primæ tres Lectiones Jeremiæ terminantur ut infra.

Lectio I

Cap. 1, 1-14

Inci-pit Lamentá-ti-o Jeremí-æ Prophé-tæ.
Aleph. Quómodo sedet sola cí-vitas plena pópulo :
 facta est quasi vídu-a dómina Génti-um : princeps
 provinci-árum facta est sub tribú-to. **B**eth. Plorans
 plorávit in nocte, et lácrimæ ejus in maxíl-lis ejus :
 non est qui consolétur e-am ex ómnibus caris e-jus :
 omnes amí-ci ejus spre-vérunt e-am, et facti sunt
 e-i in-imí-ci. **G**himel. Migrávit Judas propter
 afflicti-ónem, et multi-túdinem servi-tútis : habi-tá-

vit inter Gentes, nec invénit réqui-em : omnes perse-
 cutóres ejus apprehendérunt e-am inter angústi-as.
Da-leth. Vi-æ Si-on lugent e-o quod non sint qui
 véni-ant ad so-lemni-tá-tem : omnes portæ ejus de-
 strúctæ : sacerdótes ejus geméntes : vírgines ejus
 squá-lidæ, et ipsa opprésa ama-ritú-di-ne. **H**e.
 Facti sunt hostes ejus in cápi-te, in-imí-ci ejus locu-
 pletá-ti sunt : qui-a Dóminus locútus est super e-am
 propter multi-túdinem iniqui-tátum e-jus : párvu-li

ejus ducti sunt in captivi-tátem, ante fáci-em tribu-
lántis. Jerúsalem, Je-rúsalem, convértere ad Dó-
minum De-um tu-um.

Sic terminantur Lectiones de Lamentationibus in hoc triduo.

Responsorium

VIII.

In mon- te * O-li-vé- ti orá- vit ad
Pa- trem : Pa-ter, si fi-e-ri pot- est, tránse-at
a me ca-lix i- ste : * Spí-ri-tus qui- dem promp-
tus est, ca- ro autem in- fír- ma. **V.** Vigi-
lá-te, : et o-rá- te, ut non intré-tis in

ten- ta- ti- ó- nem. * Spí- ri- tus.


Lectio II

Vau. Et egréssus est a fi- li- a Si- on omnis
decor ejus : facti sunt principes ejus velut a-rí-e-tes
non inve-ni-éntes páscu- a : et abi-érunt absque for-
ti- túdine ante fáci-em subsequéntis. **Za- in.**

Recordá- ta est Jerú- salem di- érum afflicti- ónis su-æ
et præva-rica-ti- ónis ómni- um desi-derabí-li- um
su-órum, quæ habú- erat a di- ébus antíquis, cum
cáderet pópulus ejus in manu hostí-li, et non esset



auxi-li-á-tor : vidérunt e-am hostes, et de-risérunt
 sábbata e-jus. **Heth.** Peccátum peccávit Jerúsa-lem,
 proptére-a instábi-lis facta est : omnes, qui glori-fi-
 cábant e-am, spreverunt illam, qui-a vidérunt ignomí-
 ni-am e-jus : ipsa autem gemens convérsa est retrór-
 sum. **Teth.** Sordes ejus in pédibus ejus, nec recor-
 dáta est fi-nis su-i : depó-sita est veheménter, non
 habens conso-lató-rem : vide, Dómine, afflicti-ónem
 me-am, quóni-am eréctus est in-imí-cus. Jerú-salem,



Je-rú-salem, convértere ad Dóminum De-um tu-um.

Responsorium II

VIII.



Tristis est * á-ni-ma me-a us-que ad
 mor-tem : sustiné-te hic, et vi-gi-lá-te me-cum :
 nunc vidébi-tis turbam, quæ circúmdabit me :
 * Vos fu-gam capi-é-tis, et e-go va-
 dam im-mo-lá-ri pro vo-bis. **Y.** Ec-
 ce app-ro-pínquat ho-ra, et Fí-li-us hó-mi-nis
 tradétur in manus pec-ca-tó-rum. * Vos.


Lectio III

Jod. Manum su-am misit hostis ad ómni-a
de-sidera-bí-li-a ejus : qui-a vidit Gentes ingrés-
sas Sanctu-á-ri-um su-um, de quibus præcéperas ne
intrárent in ecclé-si-am tu-am. **Caph.** Omnis
pópulus ejus gemens, et quærens panem : dedérunt
preti-ósa quæque pro cibo ad re-focillándam áni-
mam. Vide, Dómine, et consídera, quóni-am facta
sum vi-lis. **Lamet.** O vos omnes, qui transí-tis
per vi-am, atténde-te, et vidé-te si est dolor sicut

dolor me-us : quóni-am vindemi-ávit me, ut lo-
cútus est Dóminus in di-e i-ræ furó-ris su-i.
Mem. De excélso misit ignem in óssibus me-is,
et eru-dívit me : expándit rete pédibus me-is,
convértit me retrórsum : pósu-it me deso-lá-tam,
tota di-e mærore conféctam. **Nun.** Vigi-lávit jugum
in-iqui-tátum me-árum : in manu ejus convo-lútæ
sunt, et impó-sitæ collo me-o : infirmá-ta est virtus
me-a : dedit me Dóminus in manu, de qua non póte-




Responsorium III



IN II NOCTURNO

1. Ant.
VII. c



Psalmus 71

Deus, iudícium tuum regi
da : * et justitiam tuam
filio regis :

Judicáre pópulum tuum in
justitia, * et páuperes tuos
in iudicio.

Suscípiant montes pacem
populo : * et colles justí-
tiam.

Judicábit páuperes pópuli,
et salvos faciet filios pau-
perum : * et humiliábit ca-
lumniatorem.

Et permanébit cum sole,
et ante lunam, * in genera-
tione et generationem.

Descéndet sicut plúvia in
vellus : * et sicut stillicidia
stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus ju-
stítia, et abundantia pacis : *
donec auferatur luna.

Et dominábitur a mari
usque ad mare : * et a flú-
mine usque ad térmios
orbis terrarum.

Coram illo prócident Æ-
thiopes : * et inimici ejus
terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ
munera offerent : * reges
Arabum et Saba dona ad-
ducent.

Et adorábunt eum omnes
reges terræ : * omnes Gen-
tes servient ei :

Quia liberábit páuperem a
potente : * et páuperem,
cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi : *
et animas pauperum **salvas**
faciet.

Ex usuris et iniquitate
redimet animas eorum : *
et honorabile nomen eorum
coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de
auro Arabiae, † et adorabunt
de ipso **semper** : * tota die
benedicent ei.

Et erit firmamentum in
terra in summis montium, †
superextolletur super Liba-
num **fructus** ejus : * et flo-

rebunt de civitate sicut **foe-**
nium terrae.

Sit nomen ejus **benedictum**
in **saecula** : * ante solem
permanet **nomen** ejus.

Et benedicentur in ipso
omnes tribus **terrae** : * omnes
Gentes **magnificabunt eum.**

Benedictus Dominus, **Deus**
Israël, * qui facit **mirabilia**
solus :

Et **benedictum** nomen ma-
jestatis ejus **in aeternum** : *
et replébitur **majestate** ejus
omnis terra : **fiat, fiat.**

Anti-
phona




Libe-rá- vit Dómi-nus páuperem a potén-




te, et ino-pem, cu-i non e-rat adjútor.


2. Ant.
VIII. c



Cogi-ta-vérunt ímpi-i, * et locúti sunt ne-



quí-ti-am : iniqui-tá-tem in excélsó locúti sunt.



E u o u a e.

Psalmus 72

Quam bonus **Israël Deus**, *
his qui recto sunt cor-
de !

Mei autem pene moti sunt
pedes : * pene effusi sunt
gressus mei.

Quia zelávi super **iniquos**,
* **pacem** peccatorum videns.

Quia non est respectus
morti eorum : * et firma-
mentum in **plaga** eorum.

In labóre hóminum non
sunt, * et cum hominibus
non **flagellabuntur** :

Ideo tenuit eos **super-**
bia, * opérti sunt iniquitate
et impietate sua.

Prodiit quasi ex ádipe iní-
quitas eorum : * transiérunt
in **affectum** cordis.

Cogitavérunt, et locúti
sunt **nequitiam** : * iniquitá-
tem in excélsó locúti sunt.

Posuérunt in cælum os
suum : * et lingua eorum
transiit in terra.

Ideo convertétur pópulus
meus **hic** : * et dies pleni
invenientur in eis.

Et dixerunt : Quómodo
scit **Deus**, * et si est sciéntia
in excélsó ?

Ecce ipsi peccatóres, et
abundantes in **saeculo**, *
obtinuérunt **divitias**.

Et dixi : Ergo sine causa
justificávi cor **meum**, * et
lavi inter innocéntes **manus**
meas :

Et fui **flagellátus** tota **die**,

* et castigatio mea in **ma-**
tutinis.

Si dicébam : Narrábo **sic** :
* ecce **natióem** filiórum tuó-
rum **reprobávi.**

Existimábam ut cognó-
scerem **hoc**, * **labor** est
ante me :

Donec intrem in Sanctuá-
rium **Dei** : * et intélligam in
novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos
posuisti eis : * deiecisti eos
dum **allevaréntur.**

Quómodo facti sunt in de-
solatióem, súbito defece-
runt : * periérunt propter
iniquitatem suam.

Velut sómnium surgén-
tium, **Domine**, * in civitate
tua **imáginem** ipsórum ad
nihilum rédiges.

Quia inflammátum est cor
meum, et renes mei commu-
táti **sunt** : * et ego ad ní-
hilum redactus sum, **et** ne-
scívi.

Ut jumentum factus sum
apud te : * et ego **semper**
tecum.

Tenuisti manum dexteram
meam : † et in voluntate tua
deduxisti **me**, * et cum gló-
ria **suscepisti me.**

Quid enim mihi est in
cælo ? * et a te quid volui
super terram ?

Defécit caro mea et cor
meum : * **Deus** cordis mei,
et pars mea **Deus in aetér-**
num.

Quia ecce, qui elóngant se a te, peribunt : * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo

bonum est : * pónere in Dómino Deo spem meam :

Ut annúntiem omnes prædicationes tuas, * in portis filiæ Sion.

Anti-
phona

Cogi- ta-vérunt ímpi-i, et locú-ti sunt nequí-

ti-am : in-iqui-tá-tem in excélsó locú-ti sunt.

3. Ant.

I. g.
E

xsúrge, Dómi-ne, * et júdica causam me-am.

E u o u a e.

Psalmus 73

Ut quid, Deus, repulisti in finem : * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ ?

Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedisti ab initio.

Redemísti virgam hereditatis tuæ : * mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eorum in finem : * quanta malignátus est inimícus in sancto !

Et gloriáti sunt qui ode-

rent te : * in médio solemnitatis tuæ.

Posuérent signa sua, signa : * et non cognovérunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idípsum : * in secúri et áscia dejecerunt eam.

Incendérunt igni Sanctuárium tuum : * in terra poluérent tabernáculum nóminis tui.

Dixerunt in corde suo cognátio eorum simul : *

Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est propheta : * et nos non cognoscet amplius.

Usquequo, Deus, impropérabit inimicus ? * irratat adversárius nomen tuum in finem ?

Ut quid avértis manum tuam, et dexteram tuam, * de médio sinu tuo in finem ?

Deus autem rex noster ante saecula : * operátus est salútem in médio terræ.

Tu confirmásti in virtúte tua mare : * contribulásti cápita draconum in aquis.

Tu confregisti cápita draconis : * dedísti eum escam pópulis Æthiopum.

Tu dirupísti fontes, et torrentes : * tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox : * tu fabricátus es auróram et solem.

Tu fecísti omnes terminos terræ : * æstátem et ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimícus impropéravit Dómino : * et pópulus insípíens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confitentes tibi, * et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testamentum tuum : * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confusus : * pauper et inops laudábunt nomen tuum.

Exsúrge, Deus, júdica causam tuam : * memor esto impropériórum tuórum, eórum quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscáris voces inimicorum tuorum : * supérbia eórum, qui te odérunt, ascendit semper.

Anti-
phona

Exsúrge, Dómine, et júdica causam me-am.

V. De-us me-us, éri-pe me de manu peccató-ris.

R. Et de manu contra legem ágéntis et in-íqui.

Vel :



V. De-us me-us, éri-pe me de manu peccatô-ris.



R. Et de manu contra legem agéntis et in-íqui.

Pater noster, **secreto.**

Ex Tractátu sancti Augustíni Episcopi super Psalmos.

Lectio IV

In Ps. 54, ad 1 vers.

Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam : inténde mihi, et exáudi me. Sagtagéntis, solliciti, in tribulatióne pósiti, verba sunt ista. Orat multa pátiens, de malo liberári desiderans. Súperest ut videámus in quo malo sit : et cum dícere cœperit, agnoscámus ibi nos esse : ut communicáta tribulatióne, conjungámus oratióem. Contristátus sum, inquit, in exercitatióne mea, et conturbátus sum. Ubi contristátus? ubi conturbátus? In exercitatióne mea, inquit. Hómines malos, quos pátitur, commemorátus est : eamdémque passióem malórum hóminum, exercitatióem suam dixit. Ne putétis gratis esse malos in hoc mundo, et nihil boni de illis ágere Deum. Omnis malus aut ídeo vivit, ut corrigátur : aut ídeo vivit, ut per illum bonus exerceátur.

Responsorium IV



A-mí-cus me-us . * óscu-li me trádi-



dit si- gno : Quem oscu- látus fú-e- ro,




ipse est, te-né- te e- um : hoc ma- lum



fe-cit si- gnum, qui per ósculum adimplévit



ho- mi-ci- di- um. * Infê- lix præ- termi-




sit pré-ti- um sângui- nis, et in fine láque-o se



sus- pén- dit. **V.** Bo-num erat e- i,



si na-tus non fu- ísset ho-mo il- le.



* Infê- lix.

Lectio V

Utinam ergo qui nos modo exércent, convertántur, et nobíscum exerceántur : tamen quámdiu ita sunt ut exérceant, non eos odérimus : quia in eo quod malus est quis eórum, utrum usque in finem perseveratúrus sit, ignorámus. Et plerúmque cum tibi vidéris odísse inímicum, fratrem odisti, et nescis. Diábolus, et ángeli ejus in Scriptúris sanctis manifestáti sunt nobis, quod ad ignem

æternum sint destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam : ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens : Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem : id est, non adversus homines, quos videtis, sed adversus principes, et potestates, et rectores mundi, tenebrarum harum. Ne forte cum dixisset, mundi, intelligeres demones esse rectores cæli et terræ, mundi dixit tenebrarum harum : mundi dixit, amatorum mundi : mundi dixit, impiorum et iniquorum : mundi dixit, de quo dicit Evangelium : Et mundus eum non cognovit.

Responsorium V


J u-das * mercator pès-simus ósculo pé-
ti-it Dómi-num : il-le ut agnus inno-cens
non negávit Ju-dæ ó-scu-lum : * De-na-ri-órum
núme-ro Christum Judæ-is trádi-dit.
V. Mé-li-us illi e-rat, si natus non fu-ís-
set. * De-na-ri-órum.

Lectio VI


Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Attende gloriam crucis ipsius. Jam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimici insultaverunt. Effectus probavit virtutem : domuit orbem non ferro, sed ligno. Lignum crucis contumeliis dignum visum est inimicis, et ante ipsum lignum stantes caput agitabant, et dicebant : Si Filius Dei est, descendat de cruce. Extendebat ille manus suas ad populum non credentem, et contradicentem. Si enim justus est, qui ex fide vivit ; iniquus est, qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitatem : perfidiam intellige. Videbat ergo Dominus in civitate iniquitatem et contradictionem, et extendebat manus suas ad populum non credentem, et contradicentem : et tamen et ipsos expectans dicebat : Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

Responsorium VI

VIII.
U -nus * ex discipu-lis me-is tradet
me hódie : Væ il-li per quem
tra-dar e-go : * Mé-li-us illi e-rat, si
na-tus non fu-ís-set. **V.** Qui intíngit
mecum manum in parópsi-de, hic me tradi-turus




est in manus pecca-tó-rum. * Mé-li-us.



R. Unus.

IN III NOCTURNO

1. Ant.
VII. c



i-xi in-í-quis : * No-li-te loqui advérsus De-



um in-iqui-tátem. E u o u a e.

Psalmus 74

Confitebimur tibi, Deus : *
confitebimur, et invocá-
bimus nomen tuum.

Narrábitus mirabilia tua :
* cum accépero tempus, ego
justítias judicabo.

Liquefacta est terra, et
omnes qui hábitant in ea :
* ego confirmávi columnas
ejus.

Dixi iniquis : Nolite inique
agere : * et delinquentibus :
Nolite exaltare cornu :

Nolite extollere in altum
cornu vestrum : * nolite lo-
qui advérsus Deum iniqui-
tatem.

Quia neque ab Oriénte,
neque ab Occidénte, neque a
desertis montibus : * quó-
niam Deus judex est.


Hunc humiliat, et hunc
exaltat : * quia calix in ma-
nu Dómini vini meri plenus
misto.

Et inclinávit ex hoc in
hoc : † verúmtamen fæx ejus
non est exinanita : * bibent
omnes peccatores terræ.


Ego autem annuntiabo in
saeculum : * cantábo Deo
Jacob.

Et ómnia córnua peccato-
rum confringam : * et exal-
tabúntur cornua justí.

Anti-
phona




Di-xi in-í-quis : No-li-te loqui advérsus De-



um in-iqui-tátem.

2. Ant.
VIII. c



erra trému-it * et qui-é-vit, dum exsúrge-



ret in judí-ci-o De-us. E u o u a e.

Psalmus 75

Notus in Judæa Deus : *
in Israël magnum no-
men ejus.

Et factus est in pace locus
ejus : * et habitatio ejus in
Sion.

Ibi confrégit poténtias ar-
cium, * scutum, gládium,
et bellum.

Illúminans tu mirabiliter
a móntibus æternis : * tur-
bati sunt omnes insipientes
corde.

Dormiérunt somnum su-
um : * et nihil invenérunt
omnes viri divitiarum in má-
nibus suis.

Ab increpatióne tua, Deus
Jacob, * dormitavérunt qui
ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis
resistet tibi ? * ex tunc ira
tua.

De cælo auditum fecisti
judicium : * terra trémuit et
quíevit.

Cum exsúrgeret in judi-
cium Deus, * ut salvos fá-
ceret omnes mansuetos ter-
ræ.

Quóniam cogitatio hómi-
nis confitebitor tibi : * et
reliquiæ cogitatónis diem
festum agent tibi.

Vovéte, et réddite Dómino
Deo vestro : * omnes, qui in
circuitu ejus affertis mú-
nera.


Terribili et ei qui aufert
spiritum principum, * terri-
bili apud reges terræ.

Anti-
phona

Terra trému- it et qui- é- vit, dum exsúrge-



ret in judí-ci-o De-us.

3. Ant.
VII. a

I n di- e * tribu-la-ti- ónis me-æ De-um ex-



qui-sívi mánibus me-is. E u o u a e.

Psalmus 76

Voce mea ad Dóminum
clamavi : * voce mea ad
Deum, et intendit mihi.

In die tribulatiónis meæ
Deum exquisívi, † mánibus
meis nocte contra eum : *
et non sum deceptus.

Renuit consolári anima
mea : * memor fui Dei, et
delectátus sum, et exercitátus
sum : et defécit spíritus
meus.

Anticipavérunt vigílias o-
culi mei : * turbátus sum, et
non sum locutus.

Cogitávi dies antiquos : *
et annos ætérnos in mente
habui.

Et meditátus sum nocte
cum corde meo, * et exer-

citábar, et scopébam spíri-
tum meum.

Numquid in ætérnum pro-
jiciet Deus : * aut non ap-
pónet ut complacítior sit
adhuc ?

Aut in finem misericór-
diam suam abscindet, * a
generatióne in generatio-
nem ?

Aut oblivscétur misereri
Deus ? * aut continébit in ira
sua misericordias suas ?

Et dixi : Nunc coepi : *
hæc mutatio dexteræ Ex-
celsi.

Memor fui operum Domi-
ni : * quia memor ero ab
initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in ómnibus
operibus tuis : * et in adin-
ventiúnibus tuis exercebor.

Deus, in sancto via tua : †
quis Deus magnus sicut
Deus noster ? * tu es Deus
qui facis mirabilia.

Notam fecisti in pópulis
virtutem tuam : * redemísti
in bráchio tuo pópulum
tuum, filios Jacob, et Jo-
seph.

Vidérunt te aquæ, Deus,
viderunt te aquæ : * et
timuérunt, et turbátæ sunt
abyssi.

Multitúdo sónitus aqua-

rum : * vocem dederunt
nubes.

Etenim sagittæ tuæ trans-
eunt : * vox tonitruí tui in
rota.


Illuxérunt coruscatiónes
tuæ orbi terræ : * commóta
est, et contremuit terra.

In mari via tua, et sémitæ
tuæ in aquis multis : * et ve-
stigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves po-
pulum tuum, * in manu
Móysi et Aaron.

Anti-
phona

In di- e tribu-la-ti- ónis me-æ De-um ex-



qui-sívi mánibus me-is.



Y. Exsúrge, Dómine. R. Et júdica causam me-am.

Vel :



Y. Exsúrge, Dómine. R. Et júdica causam me-am.

Pater noster, secreto.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio VII

Cap. 11, 17-34

Hoc autem præcipio : non laudans quod non in mélius,
sed in detérius convenítis. Primum quidem conve-

niéntibus vobis in Ecclésiám, áudio scissúras esse inter vos, et ex parte credo. Nam opórtet et hæreses esse, ut et qui probáti sunt, manifesti fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum, jam non est Domínicam cœnam manducáre. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum? aut Ecclésiám Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

Responsorium VII

VII.
Eram * qua-si a-gnus inno-cens :
duc-tus sum ad im-mo-lán-dum, et ne-sci-
é-bam : consí-li-um fe-cé-runt i-nimí-ci me-
i advérsum me, dicéntes : * Vení-te, mittámus
lignum in panem e-jus, et eradá-mus e-
um de ter-ra ví-vénti-um.

V. O-mnes in-imí-ci me-i advérsum me cogitábant
mala mi- hi : ver- bum iníquum mandavérunt advér-
sum me, di- cén- tes. * Vení-te.

Lectio VIII

Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradébátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accipite et mandúcate : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratióem. Simíliter et cálicem, postquam cœnavit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo ságuine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratióem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

Responsorium VIII

VII.
Una ho- ra * non po-tu-í- stis
vi-gi-lá-re me-cum, qui exhortabá-mi-
ni mo-ri pro me? * Vel Ju- dam non vi-



Lectio IX

Itaque quicumque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indigne, reus erit corporis et sanguínis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, judícium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecíles, et dórmunt multi. Quod, si nosmetípsos dijudicáremus, non útique judicáremur. Dum judicámur autem, a Dómino corripimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducándum, invicem exspectáte. Si quis ésurit, domi mandúcet : ut non in judícium conveniátis. Cétera autem, cum vénero, dispónam.


Responsorium IX



R. Se- ni- ó- res.

Si Matutinum, hodie vel bi duo sequenti, extra Chorum a Laudibus separatur, subiungitur Oratio Respice, quæsumus, Dómine ; et Laudes, dictis secreto Pater noster et Ave, María, absolute a prima Antiphona incipiuntur.

AD LAUDES



Psalmus 50

Miserere mei, Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim, veritatem dilexisti : * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam : * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docébo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae : * et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion : * ut aedificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, et holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Anti-
phona

Justi-ficé-ris, Domine, in sermónibus tui-s,

et vincas cum iudicaris.

2. Ant.
II. D

Dóminus * tamquam ovis ad vici-timam ductus

est, et non a-pé-ru-it os su-um. E u o u a e.

Psalmus 89

Domine, refugium factus es nobis : * a generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formarétur terra et orbis : * a saeculo et usque in saeculum tu es, Deus.

Ne avértas hóminem in humilitatem : * et dixisti : Convertimini, filii hóminum.

Quoniam mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies hesternae quae praetériit,

Et custódia in nocte, * quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, † mane flóreat, et transeat : * vespere decídat, indúret et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitates nostras

in conspéctu tuo : * saeculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt : * et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur : * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentatibus, octoginta anni : * et amplius eorum, labor et dolor.

Quoniam supervénit mansuetudo : * et corripiémur.

Quis novit potestatem irae tuae : * et prae timóre tuo iram tuam dinumeráre ?

Dexteram tuam sic notam fac : * et eruditós corde in sapientiá.

Convertere, Domine, usquequo ? * et deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus mane misericórdia tua : * et exsultávi-

mus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliasti : * annis, quibus vidimus mala.

Réspice in servos tuos, et

in ópera tua : * et dirige filios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dirige super nos : * et opus mánuum nostrárum dirige.

Anti-
phona




Dóminus tamquam ovis ad víctimam ductus



est, et non a-pé-ru-it os su-um.

3. Ant.
VIII. G



contri-tum est * cor me-um in médi-o me-i,
contremu-érunt ómni-a ossa me-a. E u o u a e.

Psalmus 35

Dixit iníustus ut delínquat in semetipso : * non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolóse egit in conspéctu ejus : * ut inve-niátiur iniquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iniquitas, et **dolus** : * nóluit intelligere ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubili suo : * ástitit omni

viæ non bonæ, malítiam autem non odívit.

Dómine, in calo miseri-córdia tua : * et véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei : * judícia tua abyssus multa.

Hómínes, et juménta salvábis, Domine : * quemádm-odum multiplicásti miseri-córdiam tuam, Deus.

Fílii autem hominum * in tégmíne alárum tuárum spe-rábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ : * et torrén-te voluptátis tuæ potabis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ : * et in lúmine tuo vidébimus lumen.


Prætén-de misericórdiam tuam sciéntibus te, * et ju-

stítiam tuam his, qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes superbiæ : * et manus peccatóris non moveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitatem : * expúlsi sunt, nec potuerunt stare.

Anti-
phona




Contritum est cor me-um in médi-o me-i,



contremu-érunt ómni-a ossa me-a.

4. Ant.
IV. A*



exhortátus es * in virtú-te tu-a, et in refec-



ti-ó-ne sancta tu-a, Dómine. E u o u a e.

Canticum Moysi Exod. 15, 1-19

Cantémus Dómino : glorióse enim magnificatus est, * equum et ascensórem dejecit in mare.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem :

Iste Deus meus, et glorificabo eum : * Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnipotens nomen

ejus. * Currus Pharaónis et exercítum ejus projecit in mare.

Elécti príncipes ejus submersi sunt in Mari Rubro : * abyssi operuérunt eos, descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta est in fortitúdine : † dextera tua, Dómine, percússit inimicum. * Et in multítudine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos :

Misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam. * Et in spiritu furoris tui congregata sunt aqua :

Stetit unda fluens, * congregata sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus : Persequar et comprehendam, * dividam spolia, implebitur anima mea :

Evaginabo gladium meum, * interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare : * submersi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis similis tui in fortibus, Domine ? * quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia ?

Extendisti manum tuam, et devoravit eos terra. * Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua, * ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, et irati sunt : * dolores obti-

nuerunt habitatores Philisthim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, * robustos Moab obtinuit tremor : * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido et pavor, * in magnitudine brachii tui :

Fiant immobiles quasi lapides, * donec pertranseat populus tuus, Domine : * donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuæ, * firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine : Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ. * Dominus regnabit in æternum et ultra.

Ingressus est enim eques Pharaon cum curribus et equitibus ejus in mare : * et reduxit super eos Dominus aquas maris :

Filii autem Israël ambulerunt per siccum * in medio ejus.

Anti-
phona

Exhortatus es in virtute tu-a, et in refec-

ti-ó-ne sancta tu-a, Domine.

5. Ant.
II. D

O blatus est, * qui-a ipse voluit, et
peccata nostra ipse portavit. E u o u a e.

Psalmus 146

Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.

Edificans Jerusalem Dominus : * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde : * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus : * et sapientia ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus : * humilians autem

peccatores usque ad terram. Præcinite Domino in confessione : * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus : * et parat terrae pluviam.

Qui producit in montibus foenum : * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum : * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit : * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum : * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Anti-
phona


Oblatus est, qui-a ipse voluit, et

peccata nostra ipse portavit.


Capitulum et Hymnus non dicuntur hoc triduo.



V. Homo pacis me-æ, in quo sperávi.




R. Qui edébat panes me-os, ampli-ávit advérsum




me supplanta-ti-ónem.




Vel :



V. Homo pacis me-æ, in quo sperávi.



R. Qui edébat panes me-os, ampli-ávit advérsum



me supplanta-ti-ónem.

Ad Benedictus, Antiphona




T

ráditor autem * dedit e-is signum, dicens :



Quem osculá-tus fú-ero, ipse est, tené-te e-um.



E u o u a e.


Canticum Zachariæ

Luc. 1, 68-79



B

enedictus Dóminus, De-us Isra-ël, * qui-a



vi-si-távit, et fecit redempti-ónem plebis su-æ :

Et eréxit cornu **salútis** nobis : * in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est **per** os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus :

Salútem ex inimicis **nostris**, * et de manu ómnium, qui odérunt nos :

Ad faciendam misericórdiam **cum** pátribus **nostris** : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad **Abraham**, patrem **nostrum**, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum **nostrorum** liberati, * serviamus illi.

In sanctitáte, et justítia coram **ipso**, * ómnibus diebus nostris.

Et tu, puer, prophéta **Altíssimi** vocáberis : * præibis enim ante faciém Dómini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam **salútis** plebi ejus : * in remissionem peccatórum eórum :

Per viscera misericórdiæ Dei **nostris** : * in quibus visitávit nos, **óriens** ex alto :

Illumináre his, qui in ténēbris, et in umbra mortis **sedent** : * ad dirigēdos pedes nostros in **viam** pacis.

**Anti-
phona**



Trádi-tor autem dedit e-is signum, dicens :



Quem oscu-látus fú-ero, ipse est, tené-te e-um.

Interim dum dicitur Canticum Benedíctus, extinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, præter unam, quæ posita est in summitate candelabri, exstinguuntur paulatim sex candelæ positæ a principio supra Altare, ita ut in ultimo versu exstinguatur ultima candela : similiter exstinguuntur lampades et luminaria per ecclesiam. Cum repetitur Antiphona Tráditor, accipitur suprema candela ex candelabro, et absconditur sub Altari in cornu Epistolæ.

Repetita Antiphona post Benedíctus, dicitur :



Chri-stus * factus est pro no-bis obé-




di-ens usque ad mor-tem.

Secunda nocte additur :



Mor-tem au-tem cru-cis.

Tertia nocte additur :



Propter quod et De-us exaltávit illum,



et de-dit il-li



no-men quod est super omne no-men.



Et sic dicitur etiam (sine cantu) per omnes Horas diei.

Cum incipitur Antiphona Christus factus est, omnes genuflectunt : et ea finita, dicitur Pater noster, totum sub silentio. Postea, aliquantulum altius :

Psalmus 50

Miserére mei, Deus, * secundum magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitudínem miserationum tuarum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim, in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritátem dilexisti : * incérta et occúltá sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et

mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : * et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a faciē tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutaris tui : * et spíritu principalí confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ : * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, dedissem útique : * holocáustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulátus : * cor contritum, et humiliátum, Deus, non despicias.

Quo finito, sine Orémus, dicitur simili voce.

Oratio

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit má nibus tradi nocéntium, et crucis subire tormentum : **Sed Qui tecum vivit, dicitur sub silentio.**

Sic terminantur omnes Horæ in hoc triduo, usque ad Nonam Sabbati sancti inclusive. Ad Laudes tamen, finita Oratione, fit fragor et strepitus aliquantulum : mox profertur candela accensa de sub Altari, et omnes surgunt, et cum silentio discedunt.

AD HORAS

Prima, Tertia, Sexta et Nona, hoc triduo, dictis secreto Pater noster, Ave, María, et ad Primam Credo, absolute inchoantur a Psalmis, qui erunt de Dominica, ad Primam tamen ut in festis : quibus finitis, dicitur Antiphona Christus factus est pro nobis, cum reliquis, ut supra in Laudibus.

AD PRIMAM

Pater noster, Ave, María, et Credo, secreto.

Psalmus 53

Deus, in nómine tuo salvum me fac : * et in virtúte tua júdica me.

Deus, exáudi orationem meam : * áuribus pèrcipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advèrsus me, † et

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiões, et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

fortes quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt Deum ante conspèctum suum.

Ecce enim, Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscèptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimicis meis : * et in veritatè tua dispèrde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo, Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatione eripuisti me : * et super inimicos meos despexit óculus meus.

Psalmus 118, j

Beáti immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur testimoniá ejus : * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operántur iniquitatem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiendas justificatiões tuas !

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directiõe cordis : * in eo quod didici júdicia justitiæ tuæ.

Justificatiões tuas custodiam : * non me derelinquas usquequaque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam ? * in custodiéndo sermões tuos.

In toto corde meo exquísivi te : * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscondi elóquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine : * doce me justificatiões tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia júdicia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divitiis.

In mandátis tuis exercébor : * et considerábo vias tuas.

In justificatió nibus tuis meditábor : * non obliviscar sermões tuos.

Psalmus 118, ij

Retribue servo tuo, vívifica me : * et custodiam sermões tuos.

Revéla óculos meos : * et considerábo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra : * non abscondas a me mandata tua.

Concupívit ánim a mea desideráre justificatiões tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos : * maledicti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium, et contéptum : * quia testimónia tua exquisivi.

Etenim sedérunt príncipes, et advèrsus me loquebántur : * servus autem tuus exercebátur in justificatió nibus tuis.

Nam et testimónia tua meditátio mea est : * et consílium meum justificatiões tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea : * vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudisti me : * doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me : * et exercabor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio : * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me : * et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elégi : * judicia tua non sum oblitos.

Adhæsi testimoniis tuis, Domine : * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatasti cor meum.

Ant. Christus factus est, cum reliquis, ut supra in Laudibus. 396

In hoc triduo non legitur Martyrologium, nec dicuntur cetera omnia usque ad finem Horæ.

AD TERTIAM

Pater noster et Ave, Maria, secreto.

Psalmus 118, iij

Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum : * et exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam : * et custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum : * quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua : * et non in avaritiam.

Averte oculos meos ne videant vanitatem : * in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum, * in timore tuo.

Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum : * quia judicia tua jucunda.

Ecce, concupivi mandata tua : * in æquitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua, Domine : * salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum : * quia speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque : * quia in judiciis tuis supersperavi.

Et custodiam legem tuam semper : * in sæculum et in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine : * quia mandata tua exquisivi.

Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum : * et non confundabar.

Et meditabar in mandatis tuis, * quæ diléxi.

Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ diléxi : * et exercabar in justificationibus tuis.

Psalmus 118, v

Memor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea : * quia eloquium tuum vivificavit me.

Superbi inique agébant usquequaque : * a lege autem tua non declinavi.

Memor fui iudiciorum tuorum a sæculo, Domine : * et consolatus sum.

Defectio tenuit me, * pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, * in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui, Domine : * et custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificationes tuas exquisivi.

Portio mea, Domine, * dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo : *

miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitavi vias meas : * et converti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, et non sum turbatus : * ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me : * et legem tuam non sum oblitos.

Média nocte surgébam ad confitendum tibi, * super judicia justificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timéntium te : * et custodiéntium mandata tua.

Misericordia tua, Domine, plena est terra : * justificationes tuas doce me.

Psalmus 118, v

Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, * secundum verbum tuum.

Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me : * quia mandatis tuis credidi.

Príusquam humiliarer ego deliqui : * propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu : * et in bonitate tua doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superbórum : * ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum : * ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliá-

sti me : * ut discam justificatiōnes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super millia auri et argēti.

Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me : * da mihi intellēctum, et discam mandāta tua.

Qui timent te vidēbunt me, et lætabūntur : * quia in verba tua supersperāvi.

Cognōvi, Dōmine, quia æquitas judícia tua : * et in veritate tua humiliāsti me.

Fiat misericórdia tua ut

consolētur me, * secūndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiōnes tuæ, et vivam : * quia lex tua meditatio mea est.

Confundāntur supérbi, quia injūste iniquitatem fecerunt in me : * ego autem exercēbor in mandātis tuis.

Convertāntur mihi timēntes te : * et qui novērunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificatiōnibus tuis, * ut non confūdar.

Ant. Christus factus est, *com reliquis, ut supra in Laudibus.* 396

AD SEXTAM

Pater noster et Ave, María, *secreto.*

Psalmus 118, vj

Defecit in salutāre tuum ánima mea : * et in verbum tuum supersperāvi.

Defecerunt óculi mei in elóquium tuum, * dicētes : Quando consolāberis me ?

Quia factus sum sicut uter in pruina : * justificatiōnes tuas non sum oblītus.

Quot sunt dies servi tui ? * quando fácies de persequētibz me iudiciū ?

Narrāverunt mihi iniqui fabulatiōnes : * sed non ut lex tua.

Omnia mandāta tua veritas : * inique persecúti sunt me, adjuva me.

Paulo minus consummāverunt me in terra : * ego autem non dereliqui mandāta tua.

Secūndum misericórdiam tuam vivifica me : * et custodiā testimónia oris tui.

In ætérnum, Dōmine, * verbum tuum pērmānet in cælo.

In generatiōem et generatiōem veritas tua : * fundāsti terram, et pērmānet.

Ordinatiōe tua perseverat dies : * quoniam ómnia sērviant tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est : * tunc forte periissem in humilitate mea.

In ætérnum non obliviscar justificatiōnes tuas : * quia in ipsis vivificāsti me.

Tuus sum ego, salvum me fac : * quoniam justificatiōnes tuas exquisivi.

Me exspectāverunt peccatōres ut pēderent me : * testimónia tua intellēxi.

Omnis consummatiōis vidi finem : * latum mandatum tuum nimis.

Psalmus 118, vij

Quomodo dilēxi legem tuam, Dōmine ? * tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo : * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docēntes me intellēxi : * quia testimónia tua meditatio mea est.

Super senes intellēxi : * quia mandāta tua quæsi vi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos : * ut custodiā verba tua.

A iudiciis tuis non declināvi : * quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia fáucibus meis elóquia tua, * super mel ori meo !

A mandātis tuis intellēxi : * propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucérna pēdibus meis verbum tuum, * et lumen sēmitis meis.

Jurāvi, et stātui * custodire iudícia justitiæ tuæ.

Humiliātus sum usquequaque, Dōmine : * vivifica me secūndum verbum tuum.

Voluntaria oris mei benelácita fac, Dōmine : * et iudícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper : * et legem tuam non sum oblītus.

Posuērunt peccatōres láqueum mihi : * et de mandātis tuis non errāvi.

Hereditate acquisivi testimónia tua in ætérnum : * quia exsultatio cordis mei sunt.

Inclināvi cor meum ad faciēdas justificatiōnes tuas in ætérnum, * propter retributiōnem.

Psalmus 118, viij

Iniquos odio habui : * et legem tuam dilēxi.

Adjutor et suscēptor meus es tu : * et in verbum tuum supersperāvi.

Declināte a me, maligni : * et scrutabor mandāta Dei mei.

Súscipe me secūndum elóquium tuum, et vivam : * et non confūdas me ab expectatiōe mea.

Adjuva me, et salvus ero : * et meditabor in justificatiōnibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedēntes a iudiciis tuis : * quia injūsta cogitatio eórum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ : * ideo dilēxi testimōnia tua.

Confige timore tuo carnes meas : * a iudiciis enim tuis timui.

Feci iudicium et iustitiam : * non tradas me calumniatibus me.

Suscipe servum tuum in bonum : * non calumniētur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum : * et in eloquium iustitiæ tuæ.

Ant. Christus factus est, cum reliquis, ut supra in Laudibus. 396

AD NONAM

Pater noster et Ave, Maria, secreto.

Psalmus 118, ix

Mirabilia testimōnia tua : * ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat : * et intellectum dat parvulis.

Os meum aperui, et attraxi spiritum : * quia mandata tua desiderabam,

Aspice in me, et miserere mei, * secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum : * et non dominetur mei omnis iniustitia.

Rédime me a calumniis hominum : * ut custodiam mandata tua.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam : * et justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intellectum, ut sciam testimōnia tua.

Tempus faciendi, Domine : * dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilēxi mandata tua, * super aurum et topázion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigébar : * omnem viam iniquam odio habui.

Faciem tuam illumina super servum tuum : * et doce me justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei : * quia non custodiērent legem tuam.

Iustus es, Domine : * et rectum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimōnia tua : * et veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus : * quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer : * et servus tuus dilēxit illud.

Adolescēntulus sum ego et contēptus : * justificationes tuas non sum oblītus.

Iustitia tua, iustitia in ætérnum : * et lex tua veritas.

Tribulatio, et angustia invenērunt me : * mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimōnia tua in ætérnum : * intellectum da mihi et vivam.

Psalmus 118, x

Clamavi in toto corde meo, * exaudi me, Domine : * justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac : * ut custodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, et clamavi : * quia in verba tua supersperavi.

Prævenērunt oculi mei ad te diluculo : * ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Domine : * et secundum iudicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt persequentes me iniquitati : * a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Domine : * et omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognovi de testimōniis tuis : * quia in ætérnum fundasti ea.

Vidi humilitatem meam, et eripe me : * quia legem tuam non sum oblītus.

Júdica iudicium meum, et rédime me : * propter eloquium tuum vivifica me.

Longe a peccatoribus salus : * quia justificationes tuas non exquisiērunt.

Misericordiæ tuæ multæ, Domine : * secundum iudicium tuum vivifica me.

Multi qui persequuntur me, et tribulant me : * a testimōniis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, et tabescébam : * quia eloquia tua non custodiērent.

Vide quoniam mandata tua dilēxi, Domine : * in misericordia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum, veritas : * in ætérnum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Psalmus 118, xj

Principes persecuti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua : * sicut qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui, et abominatus sum : * legem autem tuam dilēxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super iudicia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam : * et non est illis scándalum.

Exspectabam salutare tuum, Domine : * et mandata tua dilēxi.

Custodivit ánima mea testimōnia tua : * et dilēxit ea vehementer.

Servávi mandáta tua, et testimónia tua : * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo : * secúndum elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea

elóquium tuum : * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me : * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Dómine : * et lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, et laudábit te : * et judícia tua adjuvábunt me.

Errávi, sicut ovis, quæ périit : * quære servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.

Ant. Christus factus est, cum reliquis, ut supra in Laudibus. 396

¶ Hoc triduo prohibentur omnes Missæ privatae.

AD MISSAM

Statio ad Sanctum Joannem in Laterano

Intr.
IV.

N

os au- tem * glo- ri- á- ri opór- tet

in cruce Dó-mi-ni nostri Je- su Chri- sti : in

quo est salus, vi- ta, et re- surréc-ti- o no- stra :

per quem salvá-ti, et li-be-rá- ti su- mus.

Ps. De- us mi-sere- átur nostri, et bene-dícat nobis :

illúminet vultum su-um super nos, et mi-sere- átur

nostri. — Nos au- tem.

K y-ri- e, * e- lé- i-son. *ijj.*

Christe, e- lé- i-son. *ijj.* Ky-ri- e,

e- lé- i-son. *ijj.* Ky-ri- e, * **

e- lé- i-son.

Dicitur Glória in excélsis, quo intonato pulsantur campanæ : quæ, expleto Hymno, silent usque ad Sabbatum sanctum, ut suo loco notatur.

IV.

G

ló-ri- a in excélsis De- o. Et in terra pax

homí-ni-bus bonæ voluntátis. Laudámus te. Bene-
 dí-cimus te. Ado-rá-mus te. Glo-ri-fi-cá-mus
 te. Grá-ti-as ágimus ti-bi propter magnam
 gló-ri-am tu-am. Dómine De-us, Rex cæ-léstis, De-
 us Pa-ter omni-potens. Dómine Fi-li uni-gé-ni-
 te, Je-su Chri-ste. Dómine De-us, Agnus De-i,
 Fi-li-us Pa-tris. Qui tollis peccáta mundi,
 mi-se-ré-re nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe

depreca-ti-ónem nostram. Qui se-des ad délixteram
 Patris, mi-se-ré-re nobis. Quóni-am tu solus sanc-
 tus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Je-su
 Chri-ste. Cum Sancto Spí-ri-tu, in gló-ri-a
 De-i Pa-tris. A-men.

Oratio

Deus, a quo et Judas reátus sui pœnam, et confessiónis suæ latro præmium sumpsit, concède nobis tuæ propitiatiónis effectum : † ut, sicut in passióne sua Jesus Christus Dóminus noster diversa utrisque intulit stipendia meritórum ; * ita nobis, ablato vetustátis errore, resurrectionis suæ grátiam largiátur : Qui tecum vivit.

Lectio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

1 Cor. 11, 20-32

Fratres : Conveniéntibus vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducáre. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducándum. Et álius quidem ésurit : álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum ? aut ecclésiám Dei contemnitis, et confúnditis eos, qui non habent ? Quid dicam vobis ? Laudo vos ? In hoc non laudo. Ego enim accépi a Dómino, quod et trádidí vobis, quóniam Dómi-

nus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accipite, et manducate : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur : hoc facite in meam commemoratióem. Similiter et cálicem, postquam cœnavit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo ságuine : hoc facite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratióem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indigne, reus erit córporis et ságuinis Dómini. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, judícium sibi manducat et bibit : non dijudicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecíles, et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicáremus, non útique judicáremur. Dum judicámur autem, a Dómino corripi-mur, ut non cum hoc mundo damnémur.

Grad.
V.

Chri-stus * factus est pro no- bis obé-
di- ens usque ad mor-tem, mor-tem au-tem
cru- cis. **V.** Propter quod et De-us
exaltávit illum :
et de-dit il-li no- men, quod est su-

per omne * no- men.

✠ Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem.

Joann. 13, 1-15

Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diábolus jam misisset in cor, ut tráderet eum Judas Simónis Iscariótæ : sciens quia ómnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exívit, et ad Deum vadit : surgit a cœna, et ponit vestiménta sua : et cum accepisset línteum, præcínxit se. Deínde mittit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulórum, et extérgere línteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simónem Petrum. Et dicit ei Petrus : Dómine, tu mihi lavas pedes ? Respóndit Jesus, et dixit ei : Quod ego fácio, tu nescis modo, scies autem póstea. Dicit ei Petrus : Non lavábis mihi pedes in ætérnum. Respóndit ei Jesus : Si non lávero te, non habébis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput. Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciébat enim quisnam esset qui tráderet eum : proptérea dixit : Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eórum, et accepit vestiménta sua : cum recubuisset íterum, dixit eis : Scitis quid fécerim vobis ? Vos vocátis me Magister et Dómine : et bene dicitis : sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magister : et vos debétis ulter alté-rius lavare pedes. Exéplum enim dedi vobis, ut quem-ádmódum ego feci vobis. ita et vos faciátis.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

Offert.

II.

Déxte-ra Dómi-ni * fe-cit vir-



tú- tem, dexte-ra Dó-mi-ni exaltá- vit



me : non mó-ri- ar, sed vi- vam, et narrábo



ó- pera Dómi-ni.

Secreta

Ipse tibi, quæsumus, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui commemoratióne hoc fieri hodiérna traditióne monstrávit, Jesus Christus Filius tuus Dóminus noster : Qui tecum.

Præfatio ut supra in Dominica in Palmis. 147

VIII.



Sanc- tus, * Sanctus, Sanc- tus Dóminus




De- us Sá- ba- oth. Pleni sunt cæ- li et terra gló- ri-



a tu- a. Ho- sánna in ex- cël- sis. Bene- dictus



qui ve- nit in nómine Dó- mi-ni. Ho- sánna



in ex- cël- sis.

Infra Actionem

Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes, quo Dóminus noster Jesus Christus pro nobis est traditus : sed et memóriam venerantes, in primis gloriósæ semper Virginis Mariæ, Genitricis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatórum Apostolorum ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi : Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joán- nis et Pauli, Cosmæ et Damiáni : et ómnium Sanctórum tuórum ; quorum méritis, precibúque concédas, ut in ómnibus protectiósni tuæ muniámur auxilio. **Jungit manus.** Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super oblata, dicit :

Hanc igitur oblatiósne servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offérimus ob diem, in qua Dóminus noster Jesus Christus tradidit discipulis suis Córporis et Ságuinis sui mystéria celebránda : quæsumus, Dómine, ut placátus accípias : diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. **Jungit manus.** Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblatiósne tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, **Signat ter super oblata**, bene ✠ dictam, adscrip ✠ tam, ra ✠ tam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris : **Signat semel super Hostiam**, ut nobis Cor ✠ pus, et semel super Calicem, et San ✠ guis fiat dilectissimi Filii tui **Jungit manus**, Dómini nostri Jesu Christi.

Qui pridie, quam pro nostra omniúmque salute pate- rétur, hoc est, hódie, **Accipit Hostiam**, accepit panem in sanctas, ac venerábiles manus suas, **Elevat oculos ad cælum**, et elevátis óculis in cælum ad te Deum

Patrem suum omnipotentem, **Caput inclinat**, tibi grátias agens, **Signat super Hostiam**, bene ✠ díxit, fregit dedit-que discipulis suis, dicens : Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

Hoc est enim Corpus meum.

Et reliqua ut in Canone. II

Agnus Dei dicitur de more, sed Pax non datur. Dicuntur tamen tres consuetæ Orationes ante Communionem.

VI.

Agnus De-i, * qui tollis peccá-ta mundi :
mise-ré- re no- bis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-
ta mundi : mise-ré- re no- bis. Agnus De-i, *
qui tollis peccá-ta mundi : dona no- bis pa-cem.

¶ Hodie Sacerdos consecrat duas Hostias, quarum unam sumit, alteram reservat pro die sequenti, in quo non conficitur Sacramentum : reservat etiam aliquas particulas consecratas, si opus fuerit, pro infirmis : Sanguinem vero totum sumit : et ante ablu-tionem digitorum ponit Hostiam reservatam in alio Calice, quem Diaconus Palla et Patena inversa cooperit, et desuper velum ex-pandit, et in medio Altaris collocat. Deinde fit Communio, (1) et completur Missa. Sacerdos autem genuflectit, quandocumque accedit, vel recedit a medio Altaris, vel transit ante Sacramentum in Calice reservatum : et cum dicere debet **Dóminus vobíscum**, non vertit se ad populum in medio Altaris, ne terga vertat Sacramento, sed a latere Evangelii : et in fine ibidem dat benedictionem, et non perficit circulum.

(1) Tonus « Confiteor » invenitur in fine hujus voluminis.

Comm.
II.

Dómi-nus Jesus, * postquam cœná- vit cum
discípu-lis su- is, lavit pedes e- órum, et a- it il-
lis : Sci- tis quid fé-ce-rim vo- bis, ego Dó-
mi- nus, et Magister ? Exémplum de-di vo- bis,
ut et vos i- ta fa-ci- á-tis.

Postcommunio

Refecti vitálibus alimentis, quæsumus, Dómine Deus noster : † ut, quod témpore nostræ mortalitátis ex-sequimur, * immortalitátis tuæ múnere consequámur. Per Dóminum.

I.
I- te, missa est.
De-o grá-ti- as.

Datur benedictio, et legitur Evangelium sancti Joannis, in cu-jus initio Sacerdos non signat Altare, sed seipsum tantum.

¶ Hodie paretur locus aptus in aliqua Capella Ecclesiæ, vel Altari : et decenter, quoad fieri potest, ornatur cum velis et lumi-nibus : ubi Calix cum Hostia, ut supra reservata, reponatur. Finita autem Missa, accenduntur intorticia, et fit Processio more solito, alio tamen Subdiacono parato Crucem ferente. Celebrans indutus


Pluviali albo, stans ante Altare, imponit incensum in duobus thuribulis absque benedictione : deinde in medio genuflexus, cum altero incensat ter Sacramentum : et accepto Calice cum Sacramento de manu Diaconi stantis, et cooperto extremitatibus veli, quo ejus humeri teguntur, procedit medius inter eundem Diaconum a dextris, et Subdiaconum a sinistris sub baldachino, duobus Acolythis Sacramentum continue incensantibus, usque ad locum præparatum, ubi pro crastino servandum est. Interea dum fit Processio, cantatur :

Hymnus

III.
Pange, lingua, glo-ri-ó-si Córporis mysté-ri-
um, Sangui-nisque pre-ti-ó-si, Quem in mundi pré-
ti-um Fructus ventris generó-si Rex effúdit Génti-
um. 2. Nobis da-tus, nobis natus Ex intácta Vir-
gi-ne, Et in mundo conversátus, Sparso verbi sé-
mi-ne, Su-i moras inco-látus Miro clausit órde-ne.

3. In supré-mæ nocte cænæ Recúmbens cum frátri-

bus, Observáta lege plene Cibis in legá-libus,
Cibum turbæ du-odénæ Se dat su-is má-nibus.
4. Verbum caro, panem verum Verbo carnem éffi-cit,
Fitque sanguis Christi merum : Et si sensus dé-fi-cit :
Ad firmándum cor sincérum Sola fides súf-fi-cit.
5. Tantum ergo Sacraméntum Venerémur cénu-i :
Et antíquum documéntum Novo cedat rí-tu-i :
Præstet fides suppléméntum Sénsu-um de-féctu-i.
6. Geni-tó-ri, Geni-tóque Laus et jubi-lá-ti-o, Salus,



Cum autem ventum fuerit ad locum paratum, Diaconus genuflexus a Sacerdote stante accipit Calicem cum Sacramento, et ponit illum primo super Altare, ubi a Sacerdote genuflexo incensatur, ut supra; deinde reponit in capsula. Postea in choro dicuntur Vesperæ sine cantu

AD VESPERAS

Hodie et die sequenti, dictis secreto Pater noster et Ave, María, Vesperæ inchoantur absolute a prima Antiphona, sine cantu

Ant. Cálicem * salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Psalmus 115

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: *

Ant. Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Ant. Cum his, * qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.

pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus:

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Psalmus 119

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * et exaudivit me.

Dómine, libera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponáture tibi * ad linguam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ, *

Ant. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Ab homínibus * iníquis libera me, Dómine.

Psalmus 139

Eripe me, Dómine, ab hómine malo: * a viro iniquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitates in corde: * tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venenum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris: * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: * absconderunt superbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum: * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exáudi, Dómine, vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine, virtus

Ant. Ab homínibus iníquis libera me, Dómine.

cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum incóla fuit ánimá mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

salútis meæ: * obumbrásti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, a desidério meo peccatóri: * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum: * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejicies eos: * in misériis non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia faciét Dóminus júdicium inopis, * et vindíctam páuperum.

Verúntamen justí confitebúntur nómini tuo: * et habitábunt recti cum vultu tuo.

Ant. Custódi me * a láqueo, quem statuérunt mihi, et a scándalis operántium iniquitátem.

Psalmus 140

Dómine, clamávi ad te, exáudi me : * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsus in conspéctu tuo : * elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo : * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malitiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : * et non comunicábo cum eléctis eórum.

Corripiet me justus in misericórdia, et increpábit me :

Ant. Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi, et a scándalis operántium iniquitátem.

Ant. Considerábam * ad dexteram, et vidébam, et non erat qui cognósceret me.

Psalmus 141

Voce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum : Effúdo in conspéctu ejus oratióem meam, * et tribulatióem meam ante ipsum pronúntio.

In defi-ci-endo ex me spíritum meum, * et tu cognovisti sémitas meas.

* óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum : * absórpti sunt juncti petráe júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : * quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei : in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi : * et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singuláriter sum ego donec transeam.

In via hac, qua ambulábam, * absconderunt láqueo mihi.

Considerábam ad dexteram, et vidébam : * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, * dixi : Tu es spes mea,

pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatióem meam : * quia humiliátus sum nimis.

Libera me a persecúnti-

bus me : * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me expéctant justí, donec retribuas mihi.

Ant. Considerábam ad dexteram, et vidébam, et non erat qui cognósceret me.

Capitulum, Hymnus et Versus non dicuntur in hoc triduo.

Ad Magnificat Ant. Coenántibus autem illis, * accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, deditque discipulis suis.

Canticum Beatæ Mariæ Virginis
Luc. 1, 46-55

Magnificat * ánima mea Dóminum :

Et exsultávit spíritus meus * in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timentibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit superbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Ant. Coenántibus autem illis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, deditque discipulis suis.

Ant. Christus factus est, cum reliquis, ut supra in Laudibus. 396

AD DENUDATIONEM ALTARIUM

Vesperis expletis, Sacerdos, Alba et Stola violacea indutus, cum Ministris denudet Altaria legendo Antiphonam :

Diviserunt sibi * vestimenta mea : et super vestem meam miserunt sortem.

Psalmus 21

Deus, Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti ? * longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies : * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israël.

In te speraverunt patres nostri : * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me : * locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre : * spes mea ab ubervis matris meae. In te projectus sum ex utero :

De ventre matris meae

Deus meus es tu, * ne discesseris a me :

Quoniam tribulatio proxima est : * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi : * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum : * et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens * in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis : * et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdedérunt me canes multi : * concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos : * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : * diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me : * ad defensionem meam conspice.

Erue a framera, Deus, animam meam : * et de manu canis unicam meam :

Salva me ex ore leonis : * et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis : * in medio ecclesiae laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum : * universum semen Jacob, glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israël : * quoniam non sprexit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam a me : * et cum clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna : * vota mea reddam in conspectu timendum eum.

Ant. Diviserunt sibi vestimenta mea : et super vestem meam miserunt sortem.

Edent pauperes, et saturabuntur : et laudabunt Dominum, qui requirunt eum : * vivent corda eorum in sacculum saeculi.

Remiscantur et convertentur ad Dominum * universi fines terrae.

Et adorabunt in conspectu ejus * universae familiae Gentium.

Quoniam Domini est regnum : * et ipse dominabitur Gentium.

Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae : * in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet : * et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura : * et annuntiabunt caeli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

AD MANDATUM

Post denudationem Altarium, hora competenti facto signo cum tabula, conveniunt Clerici ad faciendum Mandatum. Praelatus, seu Superior, super Amictu et Alba induitur Stola et Pluviali violaceis, et in loco ad id deputato, ministrante Diacono (qui paratus cum Subdiacono, ut in Missa, paramentis albis, ei assistit), imponit incensum in thuribulo : deinde Diaconus librum Evangeliorum ante pectus tenens, genuflexus ante Superiorem, petit benedictionem : qua accepta, astantibus duobus Acolythis cum candelabris accensis, et Subdiacono librum tenente, signat librum, et incensat, et cantat, ut moris est, Evangelium : Ante diem festum Paschae,

ut in Missa, 411. Quo finito, Subdiaconus portat librum apertum osculandum Superiori, et Diaconus eum de more incensat. Postea Superior exiit Pluviali, et per Diaconum et Subdiaconum praecingitur linteo, et sic praecinctus, assistentibus sibi iisdem Diacono et Subdiacono, accedit ad lotionem pedum, et per ordinem dispositis iis qui lavandi sunt, Clericis pelvim et aquam ministrantibus, Subdiacono singulorum pedem dextrum tenente, genuflectens singulis, illorum pedem lavat, extergit, et osculatur, Diacono praebente linteum ad abstergendum. Et interim haec subscripta cantantur.

Ant.
III.

Mandatum novum do vobis : * ut di-ligá-tis

invicem, sicut di-léxi vos, dicit Dóminus.

Ps. Be-á-ti immacu-lá-ti in vi- a : * qui ámbulant

in le- ge Dómini.

Et repetitur immediate Antiphona Mandatum novum. Et sic aliae Antiphonae, quae habent Psalmos, vel Versus, repetuntur. Et de quolibet Psalmo dicitur tantum primus Versus.

Ant.
IV.

Postquam surrexit Dóminus * a cœna,

mi-sit aquam in pel- vim : cœpit laváre pedes

di-scipu-lórum : hoc exéplum re-líquit e-is.

Ps. Magnus Dóminus, et laudá-bi-lis nimis : * in civi-

táte De-i nostri, in monte sancto e-jus. Postquam.

Ant.
II.

Dómi- nus Je-sus, * postquam cœná-vit cum


discipu- lis su-is, lavit pedes e-órum, et a-it il-

lis : Sci- tis quid féce- rim vo- bis, ego Dó-

mi- nus, et Magíster? Exéplum de-di vo- bis, ut

et vos i- ta faci- á-tis. Ps. Bene-di-xísti, Dómine,

terram tu-am : * a- vertísti captivi-tá-tem Ja-cob.



Dómi- nus Jesus.

Ant.
V.

Dómi-ne, * tu mi- hi la-vas pedes? Respón-



dit Jesus, et di-xit e-i: Si non lávero ti-bi



pedes, non habébis partem mecum. *Y.* Venit ergo ad



Simónem Petrum, * et dixit e-i Petrus. **D**ómi-ne.



Y. Quod ego fáci-o, tu nescis modo: * sci-es autem



póste-a. **D**ómi-ne.

Ant.
IV.



Si ego Dóminus, * et Ma-gister ve- ster



lavi vobis pedes: quanto ma-gis vos debé-tis



alter alté-ri-us lavá-re pedes? **Ps.** Audí-te hæc, om-



nes gentes: * áuribus percípi-te qui habi-tá-tis orbem.



Si ego.


Ant.
VII.



In hoc cognóscent omnes, * qui-a me-i estis




discípu-li, si di-lecti-ónem habu-é-ri-tis ad ínvicem.



Y. Di-xit Jesus discípu-lis su-is. **In** hoc.

Ant.
VII.



Máne-ant in vo-bis * fides, spes, cári-tas,



tri-a hæc: major autem ho-rum est cári-tas. *Y.* Nunc




autem manent fides, spes, cári-tas, tri-a hæc: * ma-jor



autem horum est cá-ri- tas. Máne-ant in vo- bis.

Ant.
II.

Bene-dícta sit * sancta Trí-ni-tas, atque in-




di-ví-sa Uni-tas : confi-tébimur e-i, qui-a fe- cit




nóbiscum mi-seri-córdi-am su-am. *V.* Benedi-cámus



Patrem, et Fí-li-um, * cum Sancto Spí-ritu. *Ps.* Quam



di- lécta tabernácu-la tu-a, Dómi-ne virtútum ! * con-




cupiscit, et dé-ficit ánima me-a in átri-a Dómi-



ni. Benedí-cta sit.

Ant.
VI.

U-bi cá-ri- tas, et amor, De-us i-bi est.




V. Congregávit nos in u-num Christi amor. *V.* Exsul-



témus, et in ipso jucundémur. *V.* Time-ámus, et




amémus De-um vivum. *V.* Et ex corde di-ligámus



nos sin-cé- ro. *Ant.* Ubi cá-ri- tas, et amor, De-us



i-bi est. *V.* Simul ergo cum in u-num congregámur :




V. Ne nos mente di-vidámur, cave-ámus. *V.* Cessent



jürgi-a máli-gna, cessent li-tes. *V.* Et in médi-o no-



stri sit Christus De- us. *Ant.* Ubi cá-ri- tas, et amor,



De-us i-bi est. *V.* Simul quoque cum be-á- tis vide-



amus. **V.** Glori-ánte vultum tu-um, Christe De-us :



V. Gáudi-um, quod est imménsum, atque probum.



V. Sæcu-la per infiní- ta sæcu- ló- rum. Amen.

Post lotionem Superior, vel qui aliis abluit pedes, lavat manus, et abstergit alio linteo : deinde rediens ad locum ubi prius fuerat, accipit Pluviale, et stans capite detecto, dicit :

Pater noster, **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Tu mandásti mandáta tua, Dómine.

R. Custodiri nimis.

V. Tu lavásti pedes discipulórum tuórum.

R. Opera mánuum tuárum ne despicias.

V. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Adésto, Dómine, quæsumus, officio servitútis nostræ : † et quia tu discipulis tuis pedes lavare dignátus es, ne despicias ópera mánuum tuárum, quæ nobis retinéndam mandásti : * ut, sicut hic nobis, et a nobis exterióra abluúntur inquinaménta ; sic a te ómnium nostrum interióra lavéntur peccáta. Quod ipse præstare dignéris, qui vivis et regnas Deus : * per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

AD COMPLETORIUM

Non dicitur Jube, domne, nec Lectio brevis, nec Adjutorium, neque Oratio Dominica : sed absolute incipitur ab Hebdomadario :

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatione, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereátur tui omnipotens Deus, et, dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

R. Amen.

Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur : vobis, fratres, et vos, fratres, dicat : tibi, pater, et te, pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereátur vestri omnipotens Deus, et, dimissis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

R. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissionem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

Extra Chorum, si unus vel duo tantum recitent Officium, et in Choro Monialium, semel tantum ac simul ab ómnibus ita fit Confessio :

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis cogitatione, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam

Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Deinde dicitur :

Misereatur nostri omnipotens Deus, et, dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam æternam.

R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.

R. Amen.

Facta Confessione et Absolutione, statim inchoantur sequentes Psalmi :

Psalmus 4

Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum, usquequo gravi corde ? * ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium ?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare : * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, † et sperate in Domino. * Multi dicunt : Quis ostendit nobis bona ?

Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine :

* dedisti lætitiā in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requiescam ;

Quoniam tu, Domine, singulariter in spe * constituisti me.

Psalmus 90

Qui habitat in adjutorio Altissimi, * in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicit Domino : Susceptor meus es tu, et refugium meum : * Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, * et a verbo aspero.

Scapulæ suis obumbrabit tibi : * et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te vé-

ritas ejus : * non timebis a timore nocturno,

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris : * ab incursu, et dæmónio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis : * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis : * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea : * Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : * et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te : * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, et basiliscum ambulabis : * et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum : * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum : * cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : * et ostendam illi salutem meum.

Psalmus 133

Ecce, nunc benedicite Dominum, * omnes servi Domini :

Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, * et benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.

Post Psalmos immediate dicitur :

Canticum Simeonis Luc. 2, 29-32

Nunc dimittis servum tuum, Domine, * secundum verbum tuum in pace : Quia viderunt oculi mei * salutem tuam,

Quod parasti * ante faciem omnium populorum, Lumen ad revelationem gentium, * et gloriam plebis tuæ Israël.

Ant. Christus factus est, cum reliquis, ut supra in Laudibus, 396

DE OFFICIO IN FERIA V CŒNÆ DOMINI

CUM BENEDICITUR

OLEUM CATECHUMENORUM ET INFIRMORUM
ET CONFICITUR CHRISMA

Hac die singulis annis benedicitur Oleum Catechumenorum, et Infirmorum, et conficitur Chrisma.


Mane itaque Sacrista, vel ille ad quem spectat, omnia quæ ad Oleorum benedictionem, et Chrismatis confectionem necessaria sunt, parat, videlicet : Tres ampullas oleo mundissimo plenas, quas in sacrario ponit, et diligenter custodit ; unam ad Oleum Infirmorum, aliam ad Oleum Catechumenorum, tertiam, quæ major sit, ad Chrisma ; et hæc tertia cooperiri debet de panno sericeo albo ; prima autem et secunda de sericeo panno alterius coloris sint coopertæ : Duas mappulas mundas, sive vela, pro Diaconis, qui ampullas Oleorum pro Chrismate, et Oleo Catechumenorum de sacristia ad Chorum portare debent ; et ultra hæc sedem, seu faldistorium, et credentiam consuetam. Paratur etiam alia sedes in presbyterio ab opposito Altaris, juxta gradus circa finem presbyterii ; et ante ipsam sedem versus Altare paratur mensa mappis ornata, quæ sit juxta sedem, inter ipsam et Altare. Juxta dictam sedem hinc et inde, magis tamen ad finem presbyterii, posita sint scamna pro duodecim Sacerdotibus, ita ut ibidem sedentes facies vertant ad Altare.

Deinde hora competenti Pontifex venit ad ecclesiam, ubi parat se ad Missam omnibus Pontificalibus ornamentis pretiosis albi coloris. Parant se etiam Ministri Pontificis, et ultra illos duodecim Presbyteri, septem Diaconi, septem Subdiaconi, Acolythi, et alii necessarii, omnes vestibus albi coloris Ordini suo congruentibus. Quibus omnibus paratis, procedunt ad Altare processionaliter, hoc modo :

In primis proceditthuriferarius, quem sequuntur duo ceroferarii, post hos septem Subdiaconi, bini et bini, et in tertio loco tres simul vadunt ; tum septem Diaconi, etiam bini et bini, et in tertio loco tres ; post hos duodecim Presbyteri, bini et bini, quos sequitur Subdiaconus librum Evangeliorum portans ante pectus, cum manipulo in eo reposito ; deinde Diaconus et a dextris ejus Capellanus Assistens, quos demum Pontifex sequitur incedens medius inter duos digniores Canonicos ecclesiæ, aut in dignitate constitutos, si Pontifex sit in ecclesia sua, alioquin ibit medius inter Diaconum et Assistantem. Et si Pontifex sit Archiepiscopus, vel Patriarcha, et in Ecclesia sua, portatur etiam in hujusmodi processione Crux per unum ex Ministris, ad hoc ordinatum, qui medius inter ceroferarios incedit.

Duodecim Presbyteri suo ordine juxta sedilia, in fine presbyterii posita, hinc et inde stabunt, vel sedebunt aut genuflectent, prout tempus postulabit, facies semper ad Altare vertentes ; post eos stabunt septem Diaconi, et post Diaconos septem Subdiaconi in gradibus presbyterii. Pontifex vero, postquam ante Altare pervenerit, facit Confessionem ; incipitur Introitus ; et proceditur in Missa more consueto, usque ad illum locum Canonis, ubi dicitur : Per quem hæc omnia, Dómine, semper bona creas, exclusive.

Priusquam ergo Pontifex verba ipsa dicat, facta reverentia Sacramento in Altari consecrato, retrahit se ad partem Epistolæ Altaris, ubi super alium Calicem vacuum abluat digitos, et ad purificatorium extergit, et ablutio usque post communionem Pontificis reservatur. Tum facta iterum Sacramento reverentia, descendit primum gradum Altaris, et ibidem accepta mitra, vadit ad dictam sedem sibi paratam in presbyterio, ab opposito Altaris ; et sedet super ipsam, versa facie ad Altare, dictam mensam ante se habens, circumstantibus Ministris, Sacerdotibus, et aliis paratis prædictis, in suis locis manentibus. Tunc Archidiaconus stans apud Pontificem, dicit alta voce in tono Lectionis :



O-le-um infirmórum.

Et mox unus Subdiaconus ex septem paratis prædictis cum duobus Acolythis, hinc et inde associatus, vadit ad sacristiam, ubi accipiens ampullam Olei, quod pro infirmis consecrari debet, coopertam, ut invenit, portet eam sinistro brachio circumdatam ante Pontificem, ubi eam tradit in manibus Archidiaconi, plane dicens : Oleum infirmórum.

Archidiaconus præsentat illam Pontifici ad benedicendum, idem dicens, collocans eam coram eo supra mensam supradictam.

Pontifex surgens cum mitra exorcizat, et benedicit illud voce demissa, ita tamen quod a circumstantibus Sacerdotibus audiri possit, absolute dicens :

Exorcízo te, immundissime spiritus, omnisque incursio sátanæ, et omne phantasma. In nómine Pa **†** tris, et Fi **†** lii, et Spíritus **†** Sancti ; ut recédas ab hoc óleo, ut possit éffici únctio spiritalis ad corroborándum templum Dei vivi : ut in eo possit Spíritus Sanctus habitáre, per nomen Dei Patris omnipoténtis, et per nomen dilectísimi Fílli ejus Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Deinde, deposita mitra, benedicit ipsum Oleum, dicens eadem voce :

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.


Oratio

Emitte, quæsumus, Dómine, Spíritum Sanctum tuum Paráclitum de cælis in hanc pinguédinem olivæ, quam de viridi ligno producere dignátus es, ad refectiónem mentis et corpóris ; ut tua sancta bene **✠** dictione, sit omni hoc unguento cæléstis medicínæ perúncto tutámen mentis et corpóris, ad evacuándos omnes dolóres, omnes infirmitates, omnémque ægritúdinem mentis et corpóris, unde unxisti Sacerdótes, Reges, Prophétas et Mártýres, sit Chrisma tuum perféctum, Dómine, nobis a te benedíctum, pérmanens in viscéribus nostris. In nómine Dómini nostri Jesu Christi.

His expletis, Oleum ipsum eo modo quo apportatum fuit, ad sacrarium reportatur, et diligentissime conservatur. Tunc Pontifex, reassumpta mitra, sedet et lavat manus : tum surgit, et cum mitra, et cum ministris suis (ceteris Sacerdotibus, et aliis paratis, in locis suis manentibus) accedit usque ad gradum Altaris, ubi, deposita mitra, facit reverentiam Sacramento ; tum ascendit ad Altare, et incipiens ubi dimiserat, videlicet, Per quem hæc ómnia, etc., procedit in Missa usque ad communionem Corporis et Sanguinis inclusive, quam Pontifex ipse solus sumit. Quo facto, Diaconus ponit Hostiam consecratam pro crastina die reservandam in Calicem, seu vasculum ad hoc paratum, et reverenter collocat ipsam super medium Altaris. Deinde Pontifex communicat Diaconum et Subdiaconum, ac alios de Clero, et postquam se purificaverit, ac etiam primam digitorum ablutioem ex alio Calice sumpserit, tacta reverentia Sacramento in Altari posito, in secundo gradu Altaris mitram accipit, et redit ad prædictam sedem cum ministris suis et aliis Assistentibus, eo ordine quo præmissum est, et ibi cum mitra sedet. Tunc Archidiaconus, stans apud Pontificem, dicit alta voce in tono Lectionis :

O-le-um ad sanctum Chrisma.

Et mox eadem voce, in tono subjungit :



Ole-um Catechumenórum.

Quo dicto, oblato Pontifici thuribulo, Pontifex imponit incensum, et benedicit more solito. Tum duodecim Presbyteri, septem Diaconi, et septem Subdiaconi parati prædicti, et alii ministri, quot necessarii fuerint, eo ordine quo venerunt, pergunt ad sacrarium ad deferendum cum omni decore et reverentia Oleum Chismale, et Oleum Catechumenorum, ministris tamen Pontificis cum eo remanentibus. Incedunt autem redeuntés ad Chorum cum ampullis, hoc ordine : Primo thuriferarius cum thuribulo fumigante, quem sequitur Subdiaconus crucem deferens, medius inter duos Acolythos cum cereis ardentibus ; tum duo Cantores cantantes Versus : O Redémptor, ut infra habentur ; quos sequuntur, bini et bini, Subdiaconi et Diaconi ; deinde unus Subdiaconus portans vasculum cum balsamo, tum duo Diaconi ampullas Olei ad sanctum Chisma, et pro Oleo Catechumenorum portantes, qui habent mappulas mundas, sive vela ad collum, quorum extremitates ante pectus dependent, tenentes ipsas ampullas sinistris suis brachiis circumdatas, et extremitatibus mappularum, quæ a dextris dependent, involutas, et coopertas : ita tamen ut a medio supra videri possint. Diaconus autem, qui Oleum ad sanctum Chisma portat, a dextris vadit ; hos sequuntur duodecim Sacerdotes, Diaconi et Subdiaconi prædicti, bini et bini. Quibus sic a sacristia versus Pontificem procedentibus, duo Cantores prædicti cantant Versus sequentes :




O Redémptor, sume carmen Temet concinénti-um.

Et Chorus idem replicat.

Deinde dicti duo Cantores prosequuntur sequentes Versus :




Audi, Judex mortu-órum, Una spes mortá-li-um,



Audi voces profe-réntum Do-num pacis prævi-um.

Chorus repetit **V.** O Redémptor.

Deinde dicti duo Cantores proseguuntur *Ÿ*.



Arbor foeta alma luce Hoc sacrandum proutu-lit,




Fert hoc prona praesens turba Salva-to-ri saeu-li.

Chorus repetit *Ÿ*. O Redemptor.

Tum illi duo Cantores proseguuntur *Ÿ*.



Stans ad aram imo supplex Infu-latus Pónti-fex,




Débi-tum persolvit omne Consecrá-to Chrísmate.

Chorus repetit *Ÿ*. O Redemptor.

Deinde illi duo Cantores proseguuntur *Ÿ*.



Consecráre tu dignáre, Rex perénis pátri-æ, Hoc



o-livum, signum vivum, Ju-ra contra dæmonum.

Chorus repetit *Ÿ*. O Redemptor.

Eis igitur ordine praemisso in Presbyterium Ecclesiae cantando Versus praemissos pervenientibus, Crux cum candelabris et incenso situatur prope Altare, juxta cornu Epistolae; Archidiaconus, Diaconus, et Subdiaconus, ministrantes, sint circa Pontificem, hinc et inde. Sacerdotes vero duodecim parati, juxta eos duo cornua faciunt, sex hinc et sex illinc, vertentes faciem ad Altare, a lateribus assistentes Pontifici, tamquam ejus testes, et ministerii sacri

Chrismatis cooperatores, Diaconi vero post tergum Pontificis, et post eos, Subdiaconi parati stant, tamquam ministri et inspectores. Interim Diaconi ampullas olei Chrismalis et olei Catechumenorum portantes, et Subdiaconus cum balsamo subsistunt, quousque omnes praedicti in suis locis fuerint ordinati. Omnibus itaque dispositis, Diaconus ampullam olei Chrismalis ferens venit ante Pontificem, et Archidiaconus illam involutam cum mappula, quam Diaconus ipse circa collum portavit, de manu ejus accipiens, eam sic involutam ostendit Pontifici sedenti, et illam super mensam ante Episcopum positam collocat diligenter, alio Diacono ampullam aliam assidue inter brachia tenente. Tunc Subdiaconus vasculum cum balsamo portans, illud tradit Archidiacono, qui balsamum Pontifici similiter ostendens, ipsum supra mensam collocat. Tum Pontifex, deposita mitra, surgit, et versus ad Altare, habens ante se super mensam ampullam olei Chrismalis et balsamum, ante omnia benedicit ipsum balsamum, dicens :

Ÿ. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, mysteriorum caelestium et virtutum omnium preparator, nostras, quaesumus, preces exaudi, hanc odoriferam sicci corticis lacrimam (quae felicitis virgae profluendo sudorem, sacerdotali nos opimat unguento) acceptabilem tuis praesta mysteriis, et concessa benedictione sancti *✠* fica. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

Creaturarum omnium, Dómine, procreator, qui per Móysen famulum tuum permistis herbis aromatatum fieri praecipisti sanctificationem unguenti; clementiam tuam suppliciter depóscimus, ut huic unguento, quod radix produxit stirpea, spiritualem gratiam largiendo, plenitudinem sancti *✠* ficationis infundas. Sit nobis, Dómine, fidei hilaritate conditum; sit sacerdotális unguenti Chrisma perpétuum; sit ad caelestis vexilli impressionem digníssimum; ut quicumque Baptismate sacro renáti isto fuerint liquóre peruncti, córporum atque animarum benedictionem pleníssimam consequantur, et beatae fidei

collato múnere perénnter ampliéntur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Deinde, accepta mitra, stans adhuc Pontifex miscet super Patenam, vel in aliquo parvo vasculo balsamum cum modico olei de ampulla Chrismali sumpti, dicens

Oremus Dóminum Deum nostrum omnipoténtem, qui incomprehensibilem unigéniti Fílii sui sibi que coæterni divinitátem mirábili dispositióne veræ humanitáti inseparabiliter conjúnxit, et cooperánte grátia Spiritus Sancti, óleo exsultationis præ participibus suis linívit, ut homo, fraude diaboli pérditus, gémina et singulári constans matéria, perénni redderétur, de qua exciderat, hereditáti; quátenus hos ex diversis creaturárum speciébibus liquóres creatos sanctæ Trinitátis perfectióne bene ✠ dicat, et benedicéndo sancti ✠ ficet, concedátque, ut simul permísti unum fiant; et quicumque extérius inde perúncus fúerit, ita intérius liniátur, quod ómnibus sórdibus corporális matériæ carens, se participem regni cæléstis effíci gratulétur. Per eúdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium suum, qui cum eo vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spiritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Quo facto, sedet Pontifex, retenta mitra, et halat plane tertio, in modum Crucis, super os ampullæ Chrismalis involutæ ante se super mensam stantis. Deinde duodecim Sacerdotes parati, qui juxta eum sunt, ordinatim facientes reverentiam Sacramento in Altari posito, et Pontifici, ad mensam prædictam accedunt, et stantes ante eam singuli successive eodem modo, ut Pontifex fecerat, in modum Crucis super os ampullæ prædictæ halant. Tum reverentiam, ut supra, facientes, ad loca sua revertuntur. Quo facto, surgit Pontifex, et stans, cum mitra, legendo dicit exorcismum Chrimalem, absolute dicens:

BENEDICTIO CHRISMATIS

Exorcízo te, creatúra olei, per Deum Patrem omnipoténtem, qui fecit cælum et terram, mare et ómnia quæ in eis sunt, ut omnis virtus adversárii, omnis exércitus diaboli, ómnisque incúrsio, et omne phantásma sátanæ eradicétur, et effugétur a te; ut fias ómnibus qui ex te ungéndi sunt, in adoptiónem filiórum, per Spiritum Sanctum. In nómine Dei Pa ✠ tris omnipoténtis, et Jesu ✠ Christi Fílii ejus Dómini nostri, qui cum eo vivit et regnat Deus, in unitáte ejúsdem Spiritus ✠ Sancti.

Deinde, deposita mitra, extensis manibus ante pectus, dicit Præfationem.

Per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. **R.** Amen.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spi-ri-tu tu-o. **V.** Sur-

sum corda. **R.** Habémus ad Dóminum. **V.** Grá-ti-as

agámus Dómino De-o nostro. **R.** Dignum et justum

est. **V.** Vere dignum et justum est, æquum et sa-lutáre,

nos ti-bi semper, et ubique grá-ti-as ágere: Dómi-

ne sancte, Pater omnipotens, æ-térne De-us : Qui in
 princí-pi-o, inter cæ-te-ra boni-tá-tis tu-æ múnera,
 terram producere fructí-fera ligna jussisti, in-ter
 quæ hujus pinguíssimi liquóris minístræ o-lívæ na-
 sceréntur, quarum fructus sacro chrísma-ti deservíret.
 Nam et David prophé-tico spí-ri-tu grá-ti-æ tu-æ
 Sacraménta præ-nóscens, vultus nostros in ó-le-o exhi-
 larándos esse cantávit : et cum mundi crimína di-lú-
 vi-o quondam expi-aréntur effúso, simi-li-túdinem

futú-ri múnemis colúmba demónstrans per o-lívæ
 ramum, pacem terris réddi-tam nunti-ávit. Quod in
 novíssimis tempó-ribus mani-féstis est efféctibus de-
 clará-tum, cum baptísmatis aquis ómni-um criminum
 commissa deléntibus, hæc ó-le-i úncti-o vultus no-
 stros jucúndos éf-fi-cit, ac serénos. Inde é-ti-am
 Mó-y-si fámulo tu-o mandátum dedísti, ut A-arón
 fratrem su-um pri-us aqua lotum per infu-si-ónem
 hujus unguénti constitú-eret sacerdotem. Accéssit

ad hoc ámpli- or honor, cum Fí-li- us tu- us Jesus
 Christus Dóminus noster lavá-ri se a Jo-ánnē undis
 Jordánicis exegisset, ut Spí-ri-tu Sancto in colúmbæ
 simi-li-túdine désuper misso, Unigéni-tum tu-um, in
 quo tibi óptime complacu-isse, testimóni- o subsequén-
 tis vo-tis osténderes, et hoc illud esse mani-festíssi-
 me comprobáres, quod cum ó-le-o læ-tí-ti-æ præ con-
 sórtibus su-is ungéndum David prophéta ceci-nisset.
 Te í-gi-tur deprecámur, Dómine sancte, Pater omni-

potens, ætérne De- us, per e-úndem Jesum Christum
 Fí-li- um tu-um Dóminum nostrum, ut hujus cre-a-
 túræ pinguédinem sancti- ✠ fi-cáre tu-a bene- ✠ dic-
 ti- óne digné-ris, ut Sancti ✠ Spí-ri-tus e- i admi-
 scére virtútem, co-operánte Christi Fí-li- i tu- i po-
 ténti-a, a cu-jus nómine sancto Chrisma nomen ac-
 cepit, unde unxi-sti Sacerdótes, Reges, Prophétas
 et Mártýres : ut spi-ri-tu-á-lis lavácri Baptísma
 renovándis cre-atúram Chrisma-tis in Sacraméntum



perfectæ salú-tis vitæque confirmes; ut sancti-fi-ca-
 ti-óne uncti-ónis infúsa, corrupti-óne primæ nati-
 vi-tátis absórpta, sanctum uni-uscujúsque templum
 acceptábi-lis vitæ innocénti-æ odóre redo-léscat;
 ut secúndum consti-tu-ti-ónis tu-æ Sacraméntum,
 ré-gi-o, et sacerdotá-li, prophe-ticóque honóre per-
 fú-si, vestiménto incorrúpti múnemis indu-ántur; ut
 sit his qui renáti fú-e-rint ex aqua et Spíri-tu Sanc-
 to, Chrisma salú-tis, e-ósque æternæ vitæ partí-ci-



pes, et cæléstis gló-ri-æ fá-ci-at esse consórtes.

Quod sequitur dicit submissa voce legendo, ita tamen, quod a circumstantibus audiri possit :

Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fí-lium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Prefatione hujusmodi finita, Pontifex balsanium cum illo modico oleo ex ampulla Chrismali sumpto mistum commisceat sacro Chrismati, reponens ipsum in ampullam Chrimalem, et dicens :

Hæc commixtio liquórum fiat ómnibus ex ea perúncitis propitiatio et custódia salutáris in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Tum Diaconus, qui ampullam Chrimalem de sacristia portavit, deponit mappulam, sive velum de ipsa ampulla, dimissa ei sua serica veste alba, quam antea habebat, et Pontifex capite inclinato, salutat Chrisma, dicens :



Ave, sanctum Chrisma.

Et hoc secundo et tertio facit, semper altius dicendo; quod postquam tertio dixerit, osculatur labium ampullæ; quo factó, sedet Pontifex, et accipit mitram. Tum singuli duodecim Sacerdotes parati prædicti accedunt successive per ordinem ad mensam; supra quam posita est ampulla Chrismatis, et factis reverentiis Sacramento in Altari posito, et Pontifici, tertio in varia distantia genuflectunt coram ampulla, qualibet vice semper altius dicendo in tono prædicto; Ave, sanctum Chrisma.

Quo tertio dicto, labium ampullæ reverenter osculantur, et ad sua loca revertuntur. Quo peracto, ampulla in uno latere mensæ prædictæ collocatur. Et mox Diaconus aliam ampullam sua veste coopertam cum oleo Catechumenorum ferens, accedit ad præsentiam Pontificis, et ampullam ipsam sine mappula, quam Diaconus ipse circa collum retinet, tradit Archidiacono, qui illam suscipiens, eam ostendit Pontifici, et collocat supra mensam prædictam in medio ante Pontificem; super quam ampullam statim tam ipse

Pontifex, quam etiam duodecim Presbyteri prædicti habant, prout supra de ampulla Chrismatis factum est. Quo facto, Pontifex surgens cum mitra, submissa voce legendo absolute exorcismum olei Catechumenorum, dicit :

BENEDICTIO OLEI CATECHUMENORUM

Exorcizo te, creatura olei. In nomine Dei Pa- tris omnipotentis, et in nomine Jesu Christi, et Spiritus Sancti, ut in hac invocatione individua Trinitatis, atque unius virtute Deitatis, omnis nequissima virtus adversarii, omnis inveterata malitia diaboli, omnis violenta incursio, omne confusum et cæcum phantasma eradicetur, et effugetur, et discédât a te ; ut, divinis Sacramentis purificata, fias in adoptionem carnis et spiritus, eis qui ex te unguendi sunt, in remissionem omnium peccatorum ; ut efficiantur eorum corpora ad omnem gratiam spiritualem accipiendam sanctificata. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Deinde, deposita mitra, Pontifex stans benedicit dictum oleum Catechumenorum, eadem voce dicens :

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, incrementorum omnium et profectuum spirituallium remunerator, qui virtute Sancti Spiritus imbecillarum mentium rudimenta confirmas, te oramus, Domine, ut emittere digneris tuam bene- dictionem super hoc oleum, et venturis ad beatam regenerationis lavacrum tribuas, per unctionem hujus creaturæ, purgationem mentis et corporis ; ut si quæ illis adversantur spirituum inhæseré maculæ, ad tactum sanctificati olei hujus abscedant ; nullus spirituallibus nequitias locus, nulla refugis virtutibus sit facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Sed venientibus ad fidem servis tuis, et Sancti Spiritus tui operatione mundandis, sit unctionis hujus præparatio utilis ad salutem, quam etiam cælestis regenerationis nativitate in Sacramento sunt Baptismatis

adepturi. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.


R. Amen.

Deinde Pontifex, et successive duodecim Sacerdotes prædicti, reverenter salutant oleum ipsum, dicentes tertio in tono Lectionis :



Ave, sanctum ó-le-um.

Et postquam tertio id fecerint, osculantur os ipsius ampullæ, prout supra de Chrismate positum est. His itaque peractis, ambæ ampullæ per dictos duos Diaconos, eo ordine et decore, quo delatæ fuerant, ad sacrarium sive sacristiam processionaliter reportantur. Interim dum reportantur, duo præmissi Cantores cantant hos **VV.**



Ut novetur sexus omnis Uncti-óne Chrisma- tis :



Ut sanetur sauci- á-ta Digni-tá-tis glóri-a.

Chorus replicat V.



O Redemptor, sume carmen Temet concinénti-um.

Tum dicti duo Cantores prosequuntur V.




Lota mente sacro fonte Aufugántur crimina, Uncta



fronte sacrosáncta Influ-unt cha- risma-ta.

Chorus replicat V. O Redemptor.

Deinde dicti duo Cantores prosequuntur *Ÿ*.




Corde natus ex Paréntis Alvum implens Virgi-nis,



Præsta lucem, claude mortem Chrísma-tis consórtibus.

Chorus replicat *Ÿ*. O Redemptor.

Quo replicato, dicti duo Cantores prosequuntur *Ÿ*.



Sit hæc di-es festa nobis, Sæculórum sæcu-lis Sit



sacrá-ta digna laude, Nec senéscat témpore.

Chorus replicat *Ÿ*. O Redemptor.

Vetus autem Chrisma, et Oleum Catechumenorum, ac Infir-morum, si quod remanserat in ampullis, ponitur in lampadibus eccle-siæ ante Sacramentum, ut comburatur. Reliquum autem, quod est in pyxidibus, sive capsulis cum bombyce, igni comburitur; et novum deinde cum nova bombyce in pyxidibus, sive capsulis im-ponitur. Interim dum Chrisma et Oleum Catechumenorum ad sa-cristiam portantur, Pontifex sedens cum mitra lavat manus, deinde redit ad Altare, prosequitur Missam, ut in Missali habetur, et dicto Ite, missa est, dat benedictionem, et dicens Evangelium sancti Joannis, accedit ad faldistorium, ubi sedet cum mitra, et jubet Presbyteros attente, ut juxta Canonum traditionem Chrisma et Olea fideliter custodiant, et nulli sub prætextu medicinæ vel maleficii tradere præsumant; alioquin honore priventur.



FERIA VI IN PARASCEVE

Duplex I classis

AD MATUTINUM


Pater noster, Ave, Maria, et Credo.

IN I NOCTURNO


1. Ant.
VIII. G

A

-sti-térunt * reges terræ, et principes con-



venérunt in unum, advérsus Dóminum, et advérsus



Christum ejus. E u o u a e.

Psalmus 2

Quare fremuérunť Gen-tes, * et pópuli meditáti sunt inania?

Astitérunt reges terræ, et principes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eor-um : * et projiciámus a no-bis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irri-

débit eos : * et Dóminus subsannabit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbabit eos.

Ego autem constitú-tus sum Rex ab eo super Sion, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes hereditátem tuam, * et possessionem tuam tē-
minos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli con-
fringes eos.

Et nunc, reges, intelligite: * erudimini, qui iudicatis terram.

Servíte Dómino in timo-
re : * et exsultáte ei **cum**
tremóre.

Apprehéndite disciplínám,
nequándo irascátur **Domi-**
nus, * et pereátis de **via**
justa.

Cum exárserit in brevi ira
ejus, * beáti omnes qui confi-
dunt in eo.

Anti-
phona

Asti-térunt reges terræ, et príncipes conve-

nérunt in unum, advérsus Dóminum, et advérsus

Christum ejus.

2. Ant.
VIII. G

D

i-visérunt sibi * vestiménta me-a, et super

vestem me- am mi-sérunt sortem. E u o u a e.

Psalms 21

Deus, Deus meus, réspice
in me : † quare me de-
reliquisti ? * longe a salúte
mea verba delictórum meó-
rum.

Deus meus, clamábo per
diem, et non exaudies : *
et nocte, et non ad insipien-
tiam mihi.

Tu autem in sancto ha-
bitas, * — laus Israēl.

In te speravérunt patres
nostri : * speravérunt, et
liberasti eos.

Ad te clamavérunt, et sal-
vi facti **sunt** : * in te spera-
vérunt, et non **sunt** confúsi.

Ego autem sum vermis, et
non **homo** : * oppróbrium
hóminum, et abjéctio plebis.

Omnes vidéntes me, deri-
sérunt **me** : * locúti sunt
lábiis, et moverunt caput.

Sperávit in Dómino, erip-
iat eum : * salvum fáciat
eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extra-
xisti me de **ventre** : * spes
mea ab ubéribus matris meæ.
In te projectus **sum** ex úte-
ro :

De ventre matris meæ
Deus meus es **tu**, * ne dis-
césse-
ris a me :

Quóniam tribulatio próxi-
ma **est** : * quóniam non **est**
qui adjuvet.

Circumdederunt me vítuli
multi : * tauri pingues ob-
sederunt me.

Aperuérunt super me os
suum, * sicut leo rápiens et
rúgens.

Sicut aqua effúsus **sum** : *
et dispérsa sunt ómnia **ossa**
mea.

Factum est cor meum
tamquam cera liquescens *
in médio **ventris** mei.

Aruit tamquam testa vir-
tus mea, † et lingua mea
adhæsit fáucibus **meis** : * et

in púlverem mortis **deduxi-**
sti me.

Quóniam circumdederunt
me canes **multi** : * concílium
malignántium obsédit me.

Foderunt manus meas et
pedes **meos** : * dinumeravé-
runt ómnia **ossa** mea.

Ipsi vero consideravérunt
et inspexérunt **me** : * divi-
sérunt sibi vestiménta mea,
et super vestem meam mi-
serunt sortem.

Tu autem, Dómine, ne
elongáveris auxiliúm tuum
a **me** : * ad defénsionem
meam cónspice.

Erue a frámea, Deus, áni-
mam **meam** : * et de manu
canis **únicam** meam :

Salva me ex ore leonis : *
et a córnis unicórnium
humilitatem meam.

Narrábo nomen tuum frá-
tribus **meis** : * in médio ec-
clésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum,
laudáte eum : * univérsam
semen Jacob, glorificate
eum.

Tímeat eum omne semen
Israel : * quóniam non spre-
vit, neque despéxit depreca-
tionem páuperis :

Nec avértit fáciem suam
a **me** : * et cum clamárem
ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclé-
sia **magna** : * vota mea
reddam in conspéctu timén-
tium eum.

Edent páuperes, et saturabúntur : † et laudábunt Dóminum qui requirunt eum : * vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum * universi fines terræ :

Et adorábunt in conspectu ejus * universæ familiæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum : * et ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ : * in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : * et semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventura : * et annuntiábunt cæli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Anti-
phona



Divi-sérunt sibi vestiménta me-a, et super



vestem me-am mi-sérunt sortem.

3. Ant.
VIII. G



Insurrexérunt in me * testes in-íqui, et men-



tí-ta est in-íqui-tas sibi.

E u o u a e.

Psalmus 26

Dóminus illuminátio mea, et salus mea, * quem timébo ?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo ?

Dum apprópíant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

Qui tribulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, et ceciderunt.

Si consistant advérsus me castra, * non timébit cor meum.

Si exsúrgat advérsus me praelium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ :

Ut videam voluptátem Dómini, * et visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo : * in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me : * et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuivi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferationis : * cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te : * miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, ex-

quisivit te fácies mea : * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me : * ne declines in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto : * ne derelinquas me, neque despicias me, Deus, salutaris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : * Dóminus autem assumpsit me.


Legem pone mihi, Dómine, in via tua : * et dirige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me : * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Exspécta Dóminum, viríliter age : * et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Anti-
phona




Insurrexérunt in me testes in-íqui, et men-



tí-ta est in-íqui-tas si-bi.




Y. Di-vi-sérunt si-bi vestiménta me-a.



R. Et super vestem me-am mi-sérunt sortem.

Vel :



Y. Divi-sérunt si-bi vestiménta me-a.



R. Et super vestem me-am mi-sérunt sortem.

Pater noster *secreto*.

Lectio i


Cap. 2, 8-15




De Lamenta-ti-óne Jere-mí-æ Prophé-tæ.



Heth. Cogi-távit Dóminus dissipá-re murum fí-li-æ




Si-on : te-téndit funi-culum su-um, et non a-vértit




manum su-am a perdi-ti-ó-ne : luxítque an-temurále,



et murus pári-ter dissipá-tus est. Teth. De-fixæ



sunt in terra portæ e-jus : pérdi-dit, et contrí-vit




vectes e-jus : regem e-jus et prínci-pes ejus in Gén-




ti-bus : non est lex, et prophé-tæ e-jus non invené-




runt vi-si-ónem a Dómi-no. Jod. Sedérunt in



terra, conticu-érunt senes fí-li-æ Si-on : consper-



sérunt cín-e-re cápi-ta su-a, accíncti sunt ci-lí-ci-is,



abjecé-runt in terram cápi-ta su-a vírgi-nes Jerú-



sa-lem. Caph. De-fecérunt præ lácrimis ócu-li

me-i, conturbáta sunt víscera me-a : effúsum est in
terra jecur me-um super contri-ti-óne fi-li-æ pó-
pu-li me-i, cum de-fi-ceret párvulus et lactens in
platé-is óp-pi-di. Jerúsa-lem, Je-rúsa-lem, convér-
te-re ad Dóminum De-um tu-um.

Responsorium I

Omnēs * amí-ci me-i de-re-li-
qué-runt me, et præ-va-lu-é-runt insi-
di-án-tes mi-hi : trá-di-dit me quem di-li-gé-

bam : * Et terri-bí-libus ó-cu-lis pla-ga cru-
dé-li percu-ti-éntes, a-cé-to po-tá-
bant me. * In-ter in-íquos proje-cérunt
me, et non pepercérunt á-nimæ me-
æ. * Et terri-bí-libus.

Lectio II

Lamed. Mátribus su-is dixerunt : Ubi est
tri-ti-cum et vinum? cum de-fi-cerent quasi vulnerá-ti
in pla-té-is ci-vi-tátis : cum exha-lárent ánimas
su-as in sinu matrum su-á-rum. **Mem.** Cu-i

comparábo te? vel cu-i assi-milábo te, fi-li-a Je-
 rúsa-lem? cu-i exæquábo te, et consolábor te,
 virgo fi-li-a Si-on? Magna est enim velut mare
 contrí-ti-o tu-a : quis medébi-tur tu-i? **Nun.**
 Prophétæ tu-i vidérunt ti-bi falsa et stulta, nec ape-
 ri-ébant in-iqui-tátem tu-am, ut te ad pœni-ténti-am
 provocá-rent : vi-dérunt autem ti-bi assumpti-ónes
 falsas, et e-jecti-ó-nes. **Samech.** Plausérunt super
 te mánibus omnes transe-úntes per vi-am : si-bi-la-

vérunt, et movérunt caput su-um super fi-li-am Jerú-
 sa-lem : Hæccine est urbs, dicéntes, perfécti decóris,
 gáudi-um univérsæ terræ? Jerú-salem, Je-rúsa-lem,
 convértere ad Dóminum De-um tu-um.

Responsorium II

V ^{II.} e-lum templi * scis-sum est, * Et omnis
 ter- ra trému- it : latro de cru- ce
 clamábat, di- cens : Meménto me- i, Dómi-
 ne, dum vé-neris in regnum tu- um.

Y. Pe-træ scissæ sunt, et monuménta apérta sunt,

et multa cōpora sanctorum, qui dormi-erant, sur-
re- xē- runt. * Et omnis.

Lectio III

Cap. 3, 1-9

A - leph. Ego vir videns paupertā-tem me-am
in virga indigna-ti-ōnis e-jus. **Aleph.** Me mi-
nāvit, et addūxit in tēnebras, et non in lu-cem.
Aleph. Tantum in me vertit, et convērtit manum
su-am to-ta di-e. **Beth.** Ve-tūstam fe-cit pellem
me-am, et carnem me-am, contrivit ossa me-a.

Beth. Ædi-fi-cāvit in gyro me-o, et circūddedit

me felle et labō-re. **Beth.** In tenebrōsis collocā-
vit me, quasi mōrtu-os sempi-tērnos. **Ghimel.**
Circumædi-ficāvit advēsum me, ut non egrēdi-ar :
aggravāvit cōmpedem me-um. **Ghimel.** Sed et,
cum clamāvero et rogāvero, exclū-sit ora-ti-ōnem
me-am. **Ghimel.** Conclūsit vi-as me-as la-pidibus
quadris, sémi-tas me-as subvēr-tit. Jerú-salem, Je-
rúsa-lem, convérte-re ad Dóminum De-um tu-um.

Responsorium III

VIII.
V

í-ne-a me-a * e-léc-ta, ego te



plan-tá-vi : * Quó-mo-do convér-sa es



in a-ma-ri-tú-di-nem, ut me cru-ci-fi-ge-



res et Ba-rábbam di-mitte-res?



Y. Sepí-vi te, et lá-pides e-légi ex te,



et ædi-fi-cá-vi tur-rim. * Quó-mo-do.




R. Ví-ne-a.

IN II NOCTURNO



im fa-ci-ébant * qui quæré-bant ánimam me-



am. Eu o u a e.

Psalmus 37

Dómine, ne in furóre tuo árguas **me**, * neque in ira tua corripas me.

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt **mihi** : * et confirmásti super me **manum** tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ **tuæ** : * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput **meum** : * et sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatrices **meæ**, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in **finem** : * tota die contristátus **ingredí**ebam.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusionibus : * et non est sánitas in **carne** mea.

Afflictus sum, et humiliátus sum **nimis** : * rugiébam a gémitu **cordis** mei.

Dómine, ante te omne desiderium **meum** : * et gémitus meus a te non **est** absconditus.

Cor meum conturbátum est, † dereliquit me virtus **mea** : * et lumen oculórum meórum, et ipsum **non** est mecum.

Amíci mei, et próximi **mei**

* advérsus me appropinquavérunt **et** steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt : * et vim faciébant qui quærébant **ánimam** meam.

Et qui inquirebant mala **mihi**, locúti sunt vanitátes : * et dolos tota die **medita**bántur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam : * et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non **audiens** : * et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, speravi : * tu exáudies me, Dómine, **Deus** meus.

Quia dixi : Nequándo supergáudeant **mihi** inimíci **mei** : * et dum commóventur pedes mei, super me **magna** locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus **sum** : * et dolor meus in conspéctu **meo** semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiabo : * et cogitábo pro peccato meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super **me** : * et multiplicáti sunt qui odérunt **me** inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant **mihi** : * quóniam sequébar **bonitátem**.

Ne derelinquas me, Dómine, Deus meus : * ne discéseris a me.


Inténde in adiutorium meum, * Dómine, Deus salutis meæ.

Anti-
phona



Vim faci-ébant qui quæ-rébant ánimam me-am.

2. Ant.
IV. A*



C

onfundántur * et reve-re-ántur, qui quærun



ánimam me- am, ut áuferant e-am. E u o u a e.

Psalmus 39

Exspéctans expectavi Dóminum, * et inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas : * et eduxit me de lacu misériæ, et de luto facis.

Et státuit super petram pedes meos : * et diréxit gressus meos.

Et immisit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt : * et sperabunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen Dómini spes ejus : * et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

Multa fecisti tu, Dómine, Deus meus, mirabilia tua : *

et cogitátionibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiávi et locutus sum : * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium et oblatiónem noluisti : * aures autem perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti : * tunc dixi : Ecce, vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntatem tuam : * Deus meus, volui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justitiam tuam in ecclésia magna, * ecce, lábia mea non prohibébo : Dómine, tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo : * ve-

ritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam et veritatem tuam * a concilio multo.

Tu autem, Dómine, ne longe fácias miseratiónes tuas a me : * misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdederunt me mala, quorum non est númerus : * comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capillos cápitis mei : * et cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me : * Dómine, ad adiuvandum me respice.

Confundántur et reve-reántur simul qui quærun

ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsus et reve-reántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsúltent et læténtur super te omnes quærentes te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendicus sum et pauper : * Dóminus sollicitus est mei.

Adjutor meus et protector meus tu es : * Deus meus, ne tardáveris.

Anti-
phona



Confundántur et reve-re-ántur, qui quærun



ánimam me- am, ut áuferant e-am.

3. Ant.
IV. A*



A

- li-éni * insurrexérunt in me, et fortes



quæsi-é-runt ánimam me-am. E u o u a e.

Psalmus 53

Deus, in nómine tuo sal-
vum me fac : * et in
virtúte tua júdica me.

Deus, exáudi orationem
meam : * áuribus pécipe
verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrex-
erunt advérsus me, † et for-
tes quásiérunt ánimam me-
am : * et non proposuérunt
Deum ante conspéctum
suum.

Ecce enim, Deus adjuvat
me : * et Dóminus suscēptor
est animæ meæ.

Avérte mala inimicis meis :
* et in veritatē tua dispérde
illos.


Voluntárie sacrificabo ti-
bi, * et confitébor nómini
tuo, Dómine : quoniam bo-
num est :

Quóniam ex omni tribula-
tione eripuisti me : * et su-
per inimicos meos despexit
oculus meus.

Anti-
phona



A-li-éni insurrexérunt in me, et fortes



quási-é-runt ánimam me-am.



Insurrexérunt in me testes in-íqui.




Et menti-ta est in-íquitas si-bi.

Vel :



Insurrexérunt in me testes in-íqui.



Et menti-ta est in-íquitas si-bi.

Pater noster secreto.

Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.

Lectio IV

In Ps. 63, ad vers. 2

Protexisti me, Deus, a convéntu malignántium, a mul-
titudine operántium iniquitatē. Jam ipsum caput
nostrum intueámur. Multi mártýres tália passi sunt, sed
nihil sic elúcet, quómo-do caput mártýrum : ibi mélius
intuémur, quod illi expérti sunt. Protéctus est a multitu-
dine malignántium, protegēte se Deo, protegēte car-
nem suam ipso Fílio, et hómīne, quem gerébat : quia
filius hómīnis est, et Fílius Dei est : Fílius Dei, propter
formam Dei : fílius hómīnis, propter formam servi, ha-
bens in potestáte pónere ánimam suam, et recipere eam.
Quid ei potuérunt fácere inimíci ? Occidérunt corpus,
ánimam non occidérunt. Inténdite. Parum ergo erat, Dó-
minum hortári mártýres verbo, nisi firmáret exémplo.


Responsorium IV

VIII.

T



amquam * ad latrónem existis cum gládi- is



et fú-sti-bus comprehén- de- re me :



* Quotí- di- e apud vos e- ram in templo



do- cens, et nōn me tenu-í-stis : et ecce,
 flagellátum dúci-tis ad cru- ci- fi- gén-
 dum. *Y.* Cumque iniecissent manus in Jesum,
 et te-nu- íssent e- um, di- xit ad e-
 os. *** Quoti- di-e.

Lectio V

Nostis qui convéntus erat malignántium Judæórum, et quæ multitúdo erat operántium iniquitátem. Quam iniquitátem? Quia voluerunt occidere Dóminum Jesum Christum. Tanta ópera bona, inquit, osténdi vobis : propter quod horum me vultis occidere? Pértulit omnes infirmos eórum, curávit omnes lánguidos eórum, prædicávit regnum cælórum, non tácuit vitia eórum, ut ipsa pótius eis displicérent, non médicus, a quo sanabántur. His ómnibus curatiónibus ejus ingrátí, tamquam multa febre phrenétici, insaniéntes in médicum, qui vénerat curáre eos, excogitavérunt consílium perdéndi eum : tamquam ibi voléntes probáre, utrum vere homo sit, qui mori possit, an áliquid super hómínes sit, et mori se non permittat. Verbum ipsórum agnóscimus in Sapiéntia Salomónis : Morte turpíssima, inquit, condemnémus eum. Interrogémus eum : erit enim respéctus in sermónibus illius. Si enim vere Filius Dei est, liberet eum.

Responsorium V



VII.
T énebræ * factæ sunt, dum cruci-fi- xissent
 Jesum Ju- dæ- i : et cir-ca ho- ram no-
 nam excla- má- vit Je- sus vo- ce
 ma- gna : De- us me- us, ut quid me dere- li-
 quí- sti ? * Et inclináto cá- pi-te, emí- sit
 spí- ri- tum. *Y.* Exclá- mans Jesus vo-ce magna,
 a- it : Pa- ter, in manus tu-as comméndo
 spí- ri- tum me- um. *** Et inclináto.

Lectio VI

Exacuérunt tamquam gládium linguas suas. Non dicant Judæi : Non occidimus Christum. Etenim propterea eum dedérunt júdici Piláto, ut quasi ipsi a morte ejus videréntur immúnes. Nam cum dixisset eis Pilátus : Vos eum occídite, responderunt : Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitátem facinoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant : sed numquid Deum júdicem fallébant ? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit, aliquántum párticeps fuit : sed in comparatióne illórum, multo ipse innocéntior. Institit enim quantum pótuit, ut illum ex eórum má nibus liberáret : nam propterea flagellátum prodúxit ad eos. Non persequéndo Dóminum flagellávit, sed eórum furóri satisfácere volens : ut vel sic jam mítescerent, et desínerent velle occidere, cum flagellátum vidérant. Fecit et hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavisse manus, et dixísse, quod ipse non fecisset, mundum se esse a morte illius. Fecit tamen. Sed si reus, quia fecit vel invítus : illi innocétes, qui coëgérunt ut fáceret ? Nullo modo. Sed ille dixit in eum senténtiam, et jussit eum crucifigi, et quasi ipse occídit : et vos, o Judæi, occidístis. Unde occidístis ? Gládio linguæ : acuístis enim linguas vestras. Et quando percussístis, nisi quando clamástis : Crucifíge, crucifíge ?

Responsorium VI

VIII.
A-nimam me-am * di-léc-tam trá-di di in
 ma-nus in-iquó-rum, et facta est mi-hi
 heré-di-tas me-a sic-ut le-o in silva :

dedit contra me voces adver-sá-ri-us, dicens:
 Congregá-mi-ni, et prope-rá-te ad
 devorán-dum illum : po-su-érunt me in de-
 sérto so-li-tú-di-nis, et lu-xit super me
 omnis ter-ra : * Qui-a non est invéntus qui
 me agnó-sce-ret, et fá-ce-ret be-ne.
V. Insurrexé-runt in me vi-ri absque mi-se-ri-
 córdi-a, et non pepercé-runt á-ni-mæ me-
 æ. * Qui-a. **R.** Animam.

IN III NOCTURNO

1. Ant.
I. f.

A

b insurgéntibus in me * lí-bera me, Dómi-

ne, qui-a occupavérunt ánimam me-am.

E u o u a e.

Psalmus 58

Eripe me de inimicis meis,
Deus meus : * et ab in-
surgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus
iniquitatem : * et de viris
sánguinum salva me.

Quia ecce, cepérunt ani-
mam meam : * irruérunt in
me fortes.

Neque iníquitas mea, ne-
que peccátum meum, Dómi-
ne : * sine iniquitáte cucúrri,
et diréxi.

Exsúrge in occúrsum me-
um, et vide : * et tu, Dó-
mine, Deus virtútum, Deus
Israél.

Inténde ad visitándas om-
nes Gentes : * non mise-
reáris ómnibus qui operántur
iniquitatem.

Converténtur ad véspe-
ram : et famem patientur ut

canes, * et circuíbunt civi-
tátem.

Ecce, loquéntur in ore suo,
† et gládius in lábiis eorum :
* quóniam quis audívit ?

Et tu, Dómine, deridebis
eos : * ad níhilum dedúces
omnes Gentes.

Fortitúdinem meam ad te
custódiam, † quia, Deus, sus-
ceptor meus es : * Deus
meus, misericórdia ejus præ-
veniet me.

Deus osténdet mihi super
inimicos meos, ne occidas
eos : * nequándo obliviscán-
tur pópuli mei.

Dispérge illos in virtute
tua : * et depóne eos, protéc-
tor meus, Dómine :

Delictum oris eórum, ser-
mónem labiorum ipsorum : *
et comprehendántur in su-
pérbia sua.

Et de exsecrátióne et men-
dácio annuntiabúntur in con-
summatione : * in ira con-
summationis, et non erunt.

Et sciént quia Deus domi-
nabitur Jacob : * et finium
terræ.

Converténtur ad véspe-
ram : et famem patientur ut
canes, * et circuíbunt civi-
tátem.

Ipsi dispergéntur ad man-
ducandum : * si vero non

fúerint saturáti, et murmu-
rábunt.

Ego autem cantábo forti-
tudinem tuam : * et exsul-
tábo mane misericórdiam
tuam.

Quia factus es susceptör
meus, * et refúgium meum,
in die tribulationis meæ.

Adjútor meus, tibi psal-
lam, † quia, Deus, susceptör
meus es : * Deus meus, mi-
sericórdia mea.

Anti-
phona

Ab insurgéntibus in me lí-bera me, Dómi-

ne, qui-a occupavérunt ánimam me-am.

2. Ant.
VIII. G

L

longe fecísti * notos me-os a me : tráditus

sum, et non egredi-ébar. E u o u a e.

Psalmus 87

Dómine, Deus salútis me-
æ : * in die clamávi, et
nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo
oratio mea : * inclína aurem
tuam ad precem meam :

Quia repléta est malis áni-
ma mea : * et vita mea in-
férno appropinquávit.

Æstimátus sum cum de-
scendéntibus in lacum : * fac-
tus sum sicut homo sine ad-
jutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor **amplius** : * et ipsi de manu **tua** repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferiori : * in tenebrósis, et in **umbra** mortis.

Super me confirmátus est furor **tuus** : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a **me** : * posuérunt me abominatíonem sibi.

Tráditus sum, et non egrediebar : * óculi mei languérunt **prae** inópia.

Clamávi ad te, Dómine, tota **die** : * expándi ad te **manus** meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília : * aut médici suscitábunt, et confitebuntur tibi ?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam

tuam, * et veritátem tuam in **perditíone** ?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília **tua**, * et justítia tua in terra obliuionis ?

Et ego ad te, Dómine, clamávi : * et mane orátio mea práveniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis oratíonem **meam** : * avértis faciém **tuam** a me ?

Pauper sum ego, et in labóribus a juventúte **mea** : * exaltátus autem, humiliátus sum et **conturbátus**.

In me transiérunt iráe **tuae** : * et terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota **die** : * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amicum et **proximum** : * et notos meos a miséria.

Anti-
phona



Longe fecísti notos me-os a me : tráditus



sum, et non egredi-ébar.

3. Ant.
VIII. G

C



aptábunt * in ánimam justí, et ságuinem



innocéntem condemnábunt. E u o u a e.

Psalmus 93

Deus ultiónum Dominus : * Deus ultiónum libere egit.

Exaltáre, qui júdicas **terram** : * redde retributíonem **superbis**.

Usquequo peccatóres, **Dómine**, * úsquequo peccatóres gloriabúntur :

Effabúntur, et loquéntur iniquitatem : * loquéntur omnes, qui operántur **injustítiam** ?

Pópulum tuum, Dómine, humiliaverunt : * et hereditátem tuam **vexavérunt**.

Viduam, et ádvenam interfecerunt : * et pupillos **occiderunt**.

Et dixérunt : Non vidébit Dominus, * nec intélliget **Deus Jacob**.

Intélligite, insipientes in populo : * et stulti, aliquando sápite.

Qui plantávit aurem, non audiet ? * aut qui finxit óculum, **non** considerat ?

Qui córripit Gentes non arguet : * qui docet hóminem sciéntiam ?

Dóminus scit cogitatíones hominum, * quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu erudieris, **Dómine** : * et de lege tua docúeris eum.

Ut mítiges ei a diébus **malis** : * donec fodiátur peccatori fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem **sua**m : * et hereditátem suam non derelinquet.

Quoadúsque justítia convertátur in **judici**um : * et qui juxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsus malignantes ? * aut quis stabit mecum advérsus operántes iniquitátem ?

Nisi quia Dóminus adjuvit me : * paulo minus habitásset in inférno **ánima** mea.

Si dicébam : Motus est pes **meus** : * misericórdia tua, Dómine, **adjuváb**at me.

Secúndum multitudínem dolórum meórum in corde **meo** : * consolatiónes tuæ lætificavérunt **ánim**am meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis : * qui fingis labórem in **præcepto** ?

Captábunt in ánimam **justi** : * et ságuinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refugium : * et Deus meus in adiutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsórum : et in malítia eórum dispérdet eos : * dispérdet illos Dóminus Deus noster.

Anti-
phona

Captábunt in ánimam iusti, et sánguinem in-

nocéntem condemnábunt.

V. Locú-ti sunt advérsus me lingua doló-sa.

R. Et sermónibus ódi-i circumdedérunt me, et expu-

gnavérunt me gra-tis.

Vel :

V. Locú-ti sunt advérsus me lingua dolósa.

R. Et sermónibus ódi-i circumdedérunt me, et expu-

gnavérunt me gra-tis.

Pater noster **secreto.**

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Lectio VII

Cap. 4, 11-16 ; 5, 1-10

Festinémus ingredi in illam réquiem : ut ne in idípsum quis incidat incredulitátis exémpulum. Vivus est enim sermo Dei, et éfficax, et penetrabilior omni gládio ancí-piti : et pertingens usque ad divisióem ánimæ ac spíritus, compágum quoque ac medullárum, et discrétor cogita-tiónum et intentionum cordis. Et non est ulla creatúra invisibilis in conspéctu ejus : ómnia autem nuda et apérta sunt óculis ejus, ad quem nobis sermo. Habéntes ergo Pontíficem magnum, qui penetrávit cælos, Jesum Filium Dei : teneámus confessiõem. Non enim habémus Pontí-ficem qui non possit cópati infirmitátibus nostris : ten-tátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto.

Responsorium VII

VI.
T


radidé- runt me * in manus impi-

ó- rum, et inter in-í- quos pro-je- cérunt

me, et non peper-cé- runt á-ni- mæ me- æ :

congregá- ti sunt advérsus me for- tes :


* Et sic- ut gi- gántes ste-té- runt contra



me. **V.** A-li-é-ni insur-rexé-runt advérsum



me, et fortes quæsi-érunt á-ni-mam me-am.



* Et sic-ut.

Lectio VIII


Adeamus ergo cum fidúcia ad thronum grátiae : ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxilio opportúno. Omnis namque Póntifex ex homínibus assumptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccátis : qui condolére possit iis qui ignórant et errant : quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte : et proptérea debet, quemádmódum pro pópulo, ita étiam et pro semetipso offerre pro peccátis.

Responsorium VIII



VIII.

Je-sum * trá-di-dit ím-pi-us sum-



mis prínci-pibus sacerdó-tum, et seni-



ó-ribus póp-u-li : * Petrus au-tem se-



quebátur e-um a lon-ge, ut vi-dé-ret fi-



nem. **V.** Adduxé-runt autem e-um ad Cá-ipham



prínci-pem sacerdó-tum, u-bi scribæ et pha-risæ-



i convéne-rant. * Petrus.



Lectio IX

Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit ut Póntifex fieret : sed qui locútus est ad eum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmódum et in álio loco dicit : Tu es sacerdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Qui in diébus carnis suæ, preces supplicationésque ad eum, qui possit illum salvum fácere a morte, cum clamóre válido et lácrimis offerens, exaudítus est pro sua reveréntia. Et quidem cum esset Fílius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obediéntiam : et consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi causa salutis ætérnæ, appellátus a Deo Póntifex juxta órđinem Melchisedech.




Responsorium IX

V.

Ca-ligavé-runt * ócu-li me-i a fle-



AD LAUDES



Psalms 50

Miserere mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te feci : * ut justificeris in sermónibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritatem dilexisti : * incérta et occúltá sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Aspérget me hyssópo, et mundabor : * lavábis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliata.

Avérte faciém tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : * et spíritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spíritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætítiam salutaris tui : * et spíritu principali confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ : * et exsultábit lingua mea justitiam tuam.

Dómine, lábia mea aperies : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocáustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spíritus contríbulatus : * cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerusalelem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiões, et holocausta : * tunc impónent super altáre tuum vitulos.

Anti-
phona


Própri-o Fí-li-o su-o non pepércit De-us,



sed pro nobis ómnibus trádedit illum.

2. Ant.
IV. E

A



nxi-átus est in me * spí-ri-tus me-us : in



me turbá-tum est cor me-um. E u o u a e.

Psalms 142

Dómine, exáudi oratióem meam : † áuribus pércipe obsecratióem meam in veritate tua : * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo : * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obsúris sicut mórtuos sæculi : * et anxiátus est super me, spí-ritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiqúorum, † meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : *

in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi mánu meas ad te : * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Dómine : * defécit spí-ritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : * et similis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem : * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spí-ritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne

ánimam meam : * et in misericórdia tua dispédes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum.

Anti-
phona

Anxi-átus est in me spí-ri-tus me-us : in



me turbá-tum est cor me-um.

3. Ant.
I. f


A




- it latro ad latrónem : * Nos quidem di-



gna factis re-cípimus, hic autem quid fe-cit ? Meménto



me-i, Dómine, dum véneris in regnum tu-um.



E u o u a e.

Psalms 84

Benedixisti, Dómine, terram tuam : * avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem ple-

bis tuæ : * operuisti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertisti ab ira indignationis tuæ.

Convérte nos, Deus salutaris noster : * et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irasceris nobis? * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatióne?

Deus, tu convérsus vivificabis nos : * et plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericordiam tuam : * et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dominus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : *

et in eos, qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutare ipsius : * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, et véritas obviaverunt sibi : * justitia, et pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est : * et justitia de cælo prospexit.

Etenim Dóminus dabit benignitatem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit : * et ponet in via gressus suos.

Anti-
phona

A-it latro ad latrónem : Nos quidem digna

factis re-cípmus : hic autem quid fe-cit? Meménto

me-i, Dómine, dum véneris in regnum tu-um.

4. Ant.
I. f

Dum conturbáta fú-e-rit * ánima me-a, Dómi-

ne, mi-se-ricórdi-æ memor e-ris. E u o u a e.

Canticum Habacuc

Cap. 3, 2-19

Dómine, audivi auditionem tuam, * — et tímui.

Dómine, opus tuum, * in médio annórum vivífica illud :

In médio annórum notum facies : * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro veniet, * et sanctus de monte Pharan :

Opéruiet cælos gloria ejus : * et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * cónua in má nibus ejus :

Ibi abscondita est fortitudo ejus : * ante faciém ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. * Stetit, et mensus est terram.

Aspéxit, et dissolvit Gentes : * et contriti sunt montes sæculi.

Incurvátisunt colles mundi, * ab itinéribus æternitatis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Aethiopíæ, * turbabúntur pelles terræ Má dian.

Numquid in flumínibus iratus es, Dómine? * aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?

Qui ascédes super equos tuos : * et quadrigæ tuæ salvatio.

Súscitans suscitábis arcum tuum : * juraménta tribubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ : † vidérunt te, et doluerunt montes : * gurges aquarum tránsiit.

Dedit abyssus vocem suam : * altitúdo manus suas levávit.

Sol, et luna stetérunt in habitaculo suo, * in luce sagittárum tuárum, ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcabis terram : * et in furóre obstupefácies Gentes.

Egréssus es in salutem populi tui : * in salutem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo impii : * denudásti fundamentum ejus usque ad colum.

Maledixísti sceptris ejus, † cápiti bellatorum ejus, veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exsultatio eorum * sicut ejus, qui déorat páuperem in abscondito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum

Audívi, et conturbátus est venter meus : * a voce contremué runt lábia mea.

Ingrédiátur putrédo in ossibus meis, * et subter me scáteat.

Ut requiescam in die tribulationis : * ut ascendam ad pópulum accinctum nostrum.

Ficus enim **non** florebit : * et non erit germen in vineis.

Mentiétur opus olivæ : * et arva non áfferent cibum.

Abscindétur de ovili pe-

cus : * et non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudebo : * et exsultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus fortitudo mea : * et ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excélsa mea deducet me victor * in psalmis canéntem.

Anti-
phona

Dum conturbáta fú-e-rit ánima me-a, Dómi-

ne, mi-se-ricórdi-æ memor e-ris.

5. Ant.
VIII. G

Meménto me-i, * Dómine De-us, dum véne-

ris in regnum tu-um. E u o u a e.

Psalmus 147

Lauda, Jerúsalem, Dóminus : * lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * et ádipe fruménti satiat te.

Qui emittit elóquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystállum suum sicut buccellas : * ante faciém frigoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

sum Jacob : * justítias, et judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni nationi : * et judícia sua non manifestavit eis.

Qui annútiat verbum

Anti-
phona

Meménto me-i, Dómine De-us, dum véne-

ris in regnum tu-um.

V. Collocávit me in obscúris.

R. Sic-ut mórtu-os sæcu-li.

Vel :

V. Collocávit me in obscúris.


R. Sic-ut mórtu-os sæcu-li.

Ad Benedictus, Antiphona

I. g

P

osu-é-runt * super caput e-jus causam



Canticum Zachariæ Benedictus. 395

Deinde, repetita Ant. Posuerunt, dicitur Christus factus est, cum reliquis ut supra. 396

AD HORAS, omnia ut supra. 398

AD MISSAM PRÆSANCTIFICATORUM

Statio ad Sanctam Crucem in Jerusalem

In Choro, dicta Nona, Sacerdos et ministri induti paramentis nigri coloris, sine luminaribus et incenso, procedunt ad Altare : et ante illud prostrati aliquandiu orant. Interim Acolythi unam tantum tobaleam extendunt super Altare. Sacerdos cum ministris, facta oratione, ascendit ad Altare, et osculatur illud in medio : deinde Lector accedit ad legendum Prophetiam in loco ubi legitur Epistola, et incipit eam sine titulo : quam etiam Sacerdos legit submissa voce apud Altare in cornu Epistolæ.

Osee 6, 1-6

Hæc dicit Dóminus : In tribulatióne sua mane consúr-
gent ad me : Veníte, et revertámur ad Dóminum :
quia ipse cepit, et sanábit nos : percútiét, et curábit nos.
Vivificábit nos post duos dies : in die tértia suscitábit
nos, et vivémus in conspéctu ejus. Sciémus, sequemúrque,
ut cognoscámus Dóminum : quasi dilúculum præparátus
est egréssus ejus, et véniet quasi imber nobis temporá-
neus, et serótinus terræ. Quid fáciám tibi, Ephraim ?
quid fáciám tibi, Juda ? Misericórdia vestra quasi nubes
matutína : et quasi ros mane pertránsiens. Propter hoc
dolávi in prophétis, occidi eos in verbis oris mei : et
judícia tua quasi lux egrediéntur. Quia misericórdiam
vólui, et non sacrificium, et sciéntiam Dei plus quam
holocáusta.

¶ Et non respondetur Deo grátias, quod servatur etiam post
Lectionem sequentem.

Tract.

II.



dé-ris. **V.** In e-o, dum con-

tur-bá-ta fú-e-rit á-ni-ma me-a :

in i-ra, mi-seri-cór-di-æ me-mor e-

riš. **V.** De- us

a Lí-ba-no vé-ni-et,

et Sanctus de mon-te umbró-so et

con-dénso. **V.** Opé-ru- it

cæ- los ma-jéstas e- jus :

et laudis e- jus ple-na est * ter-

ra.

Finito Tractu, Sacerdos in cornu Epistolæ dicit :

Diaconus : Subdiaconus :

Orémus. Flectámus génu-a. R. Leváte.

Oratio

Deus, a quo et Judas reátus sui pœnam, et confessiónis suæ latro præmium sumpsit, concède nobis tuæ propitiatiónis effectum : ut sicut in passióne sua Jesus Christus Dóminus noster diversa utrisque intulit stipéndia meritórum ; ita nobis, abláto vetustátis errore, resurrectiόνis suæ grátiam largiátur : Qui tecum vivit et regnat.

Subdiaconus in tono Epistolæ similiter sine titulo cantat sequentem Lectionem :

Exodi 12, 1-11

In diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Ægypti : Mensis iste, vobis princípium ménsium : primus erit in ménsibus anni. Loquimini ad univérsam cœtum filiórum Israël, et dícite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias et domos suas. Sin autem minor est númerus, ut sufficere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínus suum, qui junctus est dómui suæ, juxta númerum animárum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus : juxta quem ritum tollétis et hædum. Et servábitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis hujus : immolábitque eum univérsa multitúdo filiórum Israël ad vésperam. Et sument de ságuine ejus, ac ponent super utrúmque postem, et in superlimináríbus domórum, in quibus comédent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázimos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum

aqua, sed tantum assum igni : caput cum p  dibus ejus et intestinis vorabit. Nec remanebit quidquam ex eo usque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comed  tis illum : Renes vestros accing  tis, et calceamenta hab  bitis in p  dibus, tenentes b  culos in manibus, et comed  tis festinanter : est enim Phase (id est transitus) Domini.

Tract.

II.

E

- ripe me, * D  - mi- ne,

ab h  mine ma- lo : a vi-ro in-  - quo

libera me. **V.** Qui cogi-tav  -

runt ma-l  -ti- as in cor- de : tota

di- e consti-tu-   - bant pr  -

li- a. **V.** A-cu-  - runt linguas su-

as sic- ut ser- p  ntes : ven  num   - spi-

dum sub l  - bi- is e-   - rum. **V.** Cust  di

me, D  - mi-ne, de ma- nu pecca-

t  - ris : et ab hom  -nibus in-  - quis l  -

bera me. **V.** Qui cogi-tav  - runt

supplan- t  - re gressus me-

os : abscon-derunt sup  - bi l  - que-


um mi- hi. **V.** Et fu- nes

extend  - runt in l  -que- um p  dibus me-

is : juxta i-tersc  n- da-lum posu-  - runt



mi- hi. **V.** Di-xi Dómi- no : De-us me-us
 es tu : exáudi, Dó- mine, vocem
 ora-ti- ó-nis me-æ. **V.** Dómine, Dómi- ne,
 virtus sa-lú-tis me- æ : obúmbra caput
 me- um in di- e bel- li. **V.** Ne
 tradas me a desidé-
 ri-o me- o peccató- ri :
 cogi-tavérunt advérsum me : ne dere-línquas
 me, ne umquam exal- téntur. **V.** Ca-



put circú-i-tus e-ó- rum :
 labor labi-órum ipsó- rum opé-ri- et e-
 os. **V.** Verúmtamen justí confi-tebún-
 tur nómi-ni tu- o : et habi-tábunt
 rec- ti cum vul-tu * tu-
 o.

Finito Tractu, dicitur Passio super nudum pulpitum : quam Celebrans submissa voce legit in cornu Epistolæ.

V.
P ássi-o Dómi-ni nostri Jesu Christi secúndum
 Jo-ánnem. In illo témpore : Egréssus est Jesus cum



discipu-lis su-is trans torrén-tem Cedron, ubi erat
hortus, in quem intro-í-vit ipse, et discipu-li ejus.
Sci-ébat autem et Judas, qui tradébat e-um, locum :
qui-a fré-quén-ter Jesus convén-erat illuc cum discipu-lis
su-is. Judas ergo cum accepisset cohórt-tem, et a
ponti-fi-cibus et pharisæ-is minístros, venit illuc cum
latérnis, et fácibus, et armis. Jesus itaque sci-ens
ómni-a quæ ventúra erant super e-um, procéssit,
et di-xit e-is : ✠ Quem quæ-ri-tis ? C. Respondérunt

e-i : S. Jesum Nazarén-um. C. Dicit e-is Jesus :
✠ Ego sum. C. Stabat autem et Judas, qui tradébat
e-um, cum ipsis. Ut ergo dixit e-is : Ego sum :
abi-érunt retrórsum, et ce-cidérunt in terram.
I-terum ergo interrogá-vit e-os : ✠ Quem quæ-ri-
tis ? C. Illi autem dixerunt : S. Jesum Nazarén-um.
C. Respóndit Jesus : ✠ Dixi vobis, qui-a ego sum :
si ergo me quæ-ri-tis, sí-nite hos ab-í-re. C. Ut
implerétur sermo, quem dixit : Qui-a quos dedisti

mihi, non pérdi-di ex e-is quemquam. Simon ergo
 Petrus habens gládi-um edúxit e-um : et percússit
 pontí-fi-cis servum : et abscídít aurículam ejus dexte-
 ram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo
 Je-sus Petro : ✠ Mitte gládi-um tu-um in va-gínam.
 Cá-licem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum ?
C. Cohors ergo, et tribúnus, et minístri Judæ-órum
 comprehendérunt Jesum, et ligavérunt e-um : et ad-
 duxérunt e-um ad Annam primum, erat enim socer

Cá-iphæ, qui erat pónti-fex anni il-lí-us. Erat autem
 Cá-iphas, qui consí-li-um déderat Judæ-is : Qui-a
 expedit, unum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur
 autem Jesum Simon Petrus, et á-li-us discípu-lus.
 Discí-pulus autem ille erat notus pontí-fi-ci, et
 intro-í-vit cum Jesu in átri-um pontí-fi-cis. Petrus
 autem stabat ad ósti-um fo-ris. Exívit ergo discí-
 pulus á-li-us, qui erat notus pontí-fi-ci, et dixit
 osti-á-ri-æ : et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro



ancilla osti-á-ri-a : **S.** Numquid et tu ex discipulis



es hóminis istí-us ? **C.** Dicit ille : **S.** Non sum.



C. Stabant autem servi, et ministri ad prunas, qui-a




frigus erat, et ca-le-fa-ci-ébant se. Erat autem cum




e-is et Petrus stans, et ca-le-fá-ci-ens se. Póntifex



ergo interrogávit Jesum de discípu-lis su-is, et



de doctrína e-jus. Respóndit e- i Jesus : **✠** Ego



pa-lam locútus sum mundo : ego semper dócu-i in



synagóga, et in templo, quo omnes Judæ-i convé-




ni-unt : et in occúlto locútus sum ni-hil. Quid me



intérrogas ? intérroga e-os, qui audi-érunt quid



locútus sim ipsis : ecce, hi sci-unt quæ díxe-rim



ego. **C.** Hæc autem cum dixisset, unus assistens




ministrórum dedit álapam Jesu, dicens : **S.** Sic re-



spóndes pontí-fi-ci ? **C.** Respóndit e- i Jesus : **✠** Si



ma-le locútus sum, testimóni-um pérhibe de ma-lo :



si autem bene, quid me cædis ? **C.** Et misit e-um



Annas ligátum ad Cá-ipham pontí-fi-cem. Erat autem

Simon Petrus stans, et cale-fá-ci-ens se. Dixérunt
 ergo e-i : **S.** Numquid et tu ex discipulis ejus
 es? **C.** Negávit ille, et dixit : **S.** Non sum. **C.** Dicit
 e-i unus ex servis pontí-fi-cis, cognátus ejus, cujus
 abscidit Petrus aurículam : **S.** Nonne ego te vidi
 in horto cum illo? **C.** I-terum ergo negávit Petrus :
 et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Jesum a
 Cá-ipha in prætó-ri-um. Erat autem mane : et ipsi
 non intro-i-é-runt in prætó-ri-um, ut non contamina-

réntur, sed ut manducá-rent pascha. Exívit ergo
 Pi-látus ad e-os foras, et dixit : **S.** Quam accusa-
 ti-ónem affértis advérsus hóminem hunc? **C.** Re-
 spondérunt, et dixérunt e-i : **S.** Si non esset hic
 male-fáctor, non tibi tradi-dissémus e-um. **C.** Dixit
 ergo e-is Pi-látus : **S.** Accípi-te e-um vos, et se-
 cúndum legem vestram judicá-te e-um. **C.** Dixérunt
 ergo e-i Judæ-i : **S.** Nobis non licet interficere
 quemquam. **C.** Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit,

signí-fi-cans qua morte esset mori-túrus. Intro-í-vit
 ergo í-terum in præ-tó-ri-um Pi-látus, et vocávit
 Jesum, et dixit e-i : **S.** Tu es Rex Judæ-órum?
C. Respóndit Jesus : ✠ A temet-ípso hoc di-cis, an
 á-li-i dixerunt tibi de me? **C.** Respóndit Pi-látus :
S. Numquid ego Judæ-us sum? Gens tu-a et pontí-
 fi-ces tradi-dérunt te mi-hi : quid fecísti? **C.** Respón-
 dit Jesus : ✠ Regnum me-um non est de hoc mun-
 do. Si ex hoc mundo esset regnum me-um, minístri


me-i ú-tique decertárent ut non tráderer Ju-dæ-is :
 nunc autem regnum me-um non est hinc. **C.** Dixit
 í-taque e-i Pi-látus : **S.** Ergo Rex es tu?
C. Respóndit Jesus : ✠ Tu di-cis, qui-a Rex sum
 ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in
 mundum, ut testimóni-um perhíbe-am ve-ri-tá-ti :
 omnis qui est ex ve-ri-táte, audit vocem me-am.
C. Di-cit e-i Pi-látus : **S.** Quid est vé-ri-tas? **C.** Et
 cum hoc di-xisset, í-terum exí-vit ad Judæ-os, et

di-cit e-is : **S.** Ego nullam invé-ni-o in e-o causam.
 Est autem consu-etúdo vobis ut unum dimittam
 vobis in Pascha : vultis ergo dimittam vobis Regem
 Judæ-órum? **C.** Clamavérunt ergo rursum omnes,
 dicéntes : **S.** Non hunc, sed Barábbam. **C.** Erat autem
 Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pi-látus Jesum,
 et flagellávit. Et mí-li-tes plecténtes corónam de
 spinis, imposu-érunt cápi-ti e-jus : et veste purpú-
 re-a circumdedérunt e-um. Et ve-ni-ébant ad e-um,

et di-cébant : **S.** Ave, Rex Judæ-órum. **C.** Et dabant
 e-i á-lapas. Exi-vit ergo í-terum Pi-látus foras,
 et di-cit e-is : **S.** Ecce, addúco vobis e-um foras,
 ut cognoscátis, qui-a nullam invéni-o in e-o cau-
 sam. **C.** (Exívit ergo Jesus portans corónam spí-ne-am,
 et purpú-re-um vestiméntum). Et dicit e-is :
S. Ecce homo. **C.** Cum ergo vidíssent e-um ponti-fices
 et mi-nistri, clamábant, dicéntes : **S.** Cru-ci-fige,
 cru-ci-fige e-um. **C.** Di-cit e-is Pi-lá-tus : **S.** Accípi-te

e-um vos, et cruci-fi-gi-te : ego enim non invéni-o
 in e-o cau-sam. **C.** Respondérunt e-i Judæ-i :
S. Nos legem habémus, et secúndum legem debet
 mo-ri, qui-a Fi-li-um De-i se fe-cit. **C.** Cum ergo
 audísset Pi-lá-tus hunc sermónem, magis tímu-it. Et
 ingréssus est prætó-ri-um í-terum : et di-xit ad
 Jesum : **S.** Unde es tu? **C.** Jesus autem respónsum
 non dedit e-i. Di-cit ergo e-i Pi-látus : **S.** Mihi non
 lóqueris? nescis qui-a potestátem hábe-o cru-ci-fi-gere

te, et potestá-tem hábe-o dimítere te? **C.** Respón-
 dit Jesus : ✠ Non habéres potestátem advérsus me
 ullam, ni-si ti-bi datum esset désuper. Proptére-a,
 qui me trádi-dit ti-bi, majus peccá-tum habet. **C.** Et
 ex-inde quærebat Pi-látus dimítere e-um. Judæ-i
 autem clamábant, dicéntes : **S.** Si hunc dimíttis, non
 es amícus Cæsa-ris. Omnis enim, qui se regem
 facit, contradícit Cæsari. **C.** Pi-látus autem cum
 audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum, et sedit



pro tribunáli, in loco, qui dicitur Lithóstrotos,



hebrá-ice autem Gábbatha. Erat autem Parascève



Paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Judæis :



S. Ecce Rex vester. **C.** Illi autem clamabant :




S. Tolle, tolle, cru-ci-fige e-um. **C.** Di-cit e-is Pi-




látus : **S.** Regem vestrum cru-ci-fi-gam? **C.** Respondérunt



pontí-fi-ces : **S.** Non habémus regem, ni-si Cæsarem.



C. Tunc ergo trádi-dit e- is illum ut cru-ci-figeré-tur.




Suscepérunt autem Jesum, et eduxérunt. Et báju-lans



si-bi crucem, ex-ívit in e-um, qui dí-citur Calvári-æ,




locum, hebrá-i ce autem Gólgotha : ubi cru-ci-fixérunt




e-um, et cum e-o á-li-os du-os, hinc et hinc,




mé-di-um autem Jesum. Scripsit autem et tí-tu-lum




Pi-látus : et pósu-it super crucem. Erat autem



scriptum : Jesus Nazarénus, Rex Judæ-órum. Hunc



ergo tí-tulum multi Judæ-órum legérunt, qui-a pro-



pe ci-vitá-tem erat locus, ubi cru-ci-fixus est Jesus.



Et erat scriptum hebrá-i-ce, græce, et la-tíne.



Dicébant ergo Pi-lá-to Ponti-fi-ces Judæ-órum :



S. No-li scribere, Rex Judæ-órum, sed qui-a ipse



di-xit: Rex sum Judæ-órum. **C.** Respóndit Pi-látus :



S. Quod scripsi, scripsi. **C.** Mí-li-tes ergo cum cruci-




fi-xissent e-um, accepérunt vestiménta ejus (et fe-



cérunt quátu-or partes : unicu-ique mí-li-ti partem),




et túnica. Erat autem túnica inconsúti-lis, désuper



contéxta per totum. Dixérunt ergo ad invicem :



S. Non scindámus e-am, sed sorti-ámur de illa cujus



sit. **C.** Ut Scriptúra implerétur, dicens : Partí-ti



sunt vestiménta me-a si-bi : et in vestem me-am



mi-sérunt sortem. Et mí-li-tes quidem hæc fecé-runt.




Stabant autem juxta crucem Jesu, mater ejus, et soror



matris ejus Mari-a Clé-ophæ, et Mari-a Magdaléne.




Cum vi-dísset ergo Jesus matrem, et discipulum stan-



tem quem di-li-gébat, di-cit matri su-æ : **✠** Mú-



li-er, ecce fi-li-us tu-us. **C.** De-índe di-cit di-scí-



pu-lo : **✠** Ecce ma-ter tu-a. **C.** Et ex illa hora ac-



cépít e-am discípulus in su-a. Póste-a sci-ens Jesus



qui-a ómni-a consummáta sunt, ut consummaré-tur




Scriptú-ra, di-xit : ✠ Sí-ti- o. *C.* Vas ergo erat pói-



tum acéto plenum. Illi autem spóngi-am plenam acé-




to, hyssópo circumponéntes, obtu-lérunt ori ejus. Cum



ergo accepisset Jesus acé-tum, di-xit : ✠ Consummá-



tum est. *C.* Et incliná-to cápi-te, trádi-dit spí-ritum.




Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.



Judæ-i ergo (quóni-am Parascéve erat) ut non re-



manérunt in cruce córpora sábbato (erat enim magnus



di-es ille sábbati), rogavérunt Pi-látum, ut frange-




réntur e-órum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo



mí-li-tes : et primi quidem fregérunt crura, et alté-



ri-us qui cru-ci-fíxus est cum e-o. Ad Jesum autem



cum ve-níssent ut vidérunt e-um jam mórtu-um, non




fregérunt ejus crura : sed unus mí-li-tum lánce-a



lá-tus ejus apéru-it et continu-o exívit sanguis




et aqua. Et qui vidit, testimóni-um perhibu-it : et



verum est testimóni-um e-jus. Et ille scit, qui-a
vera di-cit : ut et vos credá-tis. Facta sunt enim hæc,
ut Scriptúra impleré-tur : Os non comminu-é-tis ex
e-o. Et í-terum á-li-a Scriptúra di-cit : Vidébunt
in quem transfi-xérunt.

Quod sequitur, legitur in tono Evangelii : et dicitur Munda cor meum, sed non petitur benedictio, et non deferuntur luminaria neque incensum, et Celebrans in fine non osculatur librum.

Tonus Evangelii, ad libitum.



Post hæc autem rogávit Pi-látum Joseph ab Ari-
mathæ-a (e-o quod esset discipulus Jesu, occúltus
autem propter metum Judæ-órum), ut tólleret cor-



pus Jesu. Et permí-sit Pi-lá-tus. Ve-nit
ergo, et tu-lit corpus Jesu. Ve-nit autem et
Ni-codémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum,
ferens mixtúram myrrhæ, et á-lo-es, quasi libras
centum. Ac-cepérunt ergo corpus Jesu, et liga-
vérunt illud línte-is cum aromá-tibus, sicut mos est
Judæ-is sepe- lí-re. E-rat autem in loco, ubi
cru-ci-fixus est, hortus : et in horto monuméntum no-
vum, in quo nondum quisquam pó-si-tus erat.



I- bi ergo propter Parascéven Judæ-órum,



qui-a juxta erat monuméntum, posu-é-runt Jesum.

Deinde Sacerdos stans in cornu Epistolæ, incipit absolute junctis manibus :



O - rémus, di-lectíssimi nobis, pro Ecclési- a




sancta De-i : ut e-am De-us et Dóminus noster



pa-ci-fi-cáre, adunáre, et custodí-re dignétur toto



orbe terrárum : subjí-ci-ens e-i principá-tus et po-



testátes : detque nobis qui-é-tam et tranquillam vitam



degéntibus, glori-fi-cáre De-um Patrem omni-poténtem.



Orémus. **F**lectámus génu-a. **R.** Leváte.


Oratio cantatur in tono feriali Orationis Missæ, extensis manibus. Et hic modus servatur in subsequentibus.

O mnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus revelásti : custódi ópera misericórdiæ tuæ ; ut Ecclésia tua toto orbe diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis perseveret. Per eúmdem Dóminum.

R. Amen.



O - rémus et pro be-a-tíssimo Papa nostro **N...**



ut De-us et Dóminus noster, qui e-légit e-um in



órdine episcopátus, salvum atque incólumem cu-




stódi-at Ecclé-si-æ su-æ sanctæ, ad regéndum pópu-




lum sanctum De-i. Orémus. **F**lectámus génu-a.

Subdiaconus.



R. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus iudício univérſa fundántur : réſpice propítius ad preces nostras, et eléctum nobis Antistitem tua pietáte conſérva ; ut chriſtiána plebs, quæ te gubernátur auctóre, sub tanto Pontífice, credulitátis suæ méritis augeátur. Per Dóminum.
R. Amen.



O-rémus et pro ómnibus Episcopis, Presbyte-

ris, Di-acónibus, Subdi-acónibus, Acólythis, Exor-

cístis, Lectó-ribus, Osti-á-ri-is, Confessó-ribus, Vir-

gí-nibus, Vídu-is : et pro omni pópulo sancto De-i.


Diaconus.

Subdiaconus.

Orémus. **F**lectámus génu-a. **R.** Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus spíritu totum corpus Ecclésiæ sanctificátur, et régítur : exáudi nos pro univérſis ordinibus supplicántes ; ut grátiae tuæ múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidéliter serviátur. Per Dóminum... in unitáte ejúſdem.
R. Amen.

Si non est coronatus, dicatur : * elécto Imperátore.



O-rémus et pro Christi-aníſſimo * Imperátore

nostro **N**... ut De-us et Dóminus noster súbditas

illi fáci-at omnes bárbaras na-ti-ónes, ad nostram

Diaconus.


perpétu-am pacem. **O**rémus. **F**lectámus génu-a.

Subdiaconus.

R. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, in cuius manu sunt ómnium potestátes, et ómnium jura regnórum : réſpice ad Románum benígnus Impérium ; ut gentes, quæ in sua feritáte confidunt, poténtiæ tuæ dextera comprimántur. Per Dóminum.

R. Amen.



O-rémus et pro catechúmenis nostris : ut

De-us et Dóminus noster adapé-ri-at aures præcor-



di-órum ipsórum, janu-ámque mise-ricórdi-æ ; ut



per lavácrum regenera-ti-ónis accépta remissi-óne



ómni-um peccatórum, et ipsi inve-ni-ántur in

Diaconus.



Christo Jesu Dómino nostro. *Orémus. Flectámus*


Subdiaconus.



genu-a. *R.* Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ecclesiám tuam nova semper prole fœcúndas : auge fidem et intelléctum catechúmenis nostris ; ut renáti fonte baptismatis, adopti-ónis tuæ filiis aggregéntur. Per Dóminum.

R. Amen.



O-rémus, di-lectíssimi nobis, De-um Patrem



omnipoténtem, ut cunctis mundum purget erró-ribus :



morbos áuferat : famem depéllat : apé-ri-at cárceres :



víncula dissólvat : peregrinántibus rédi-tum : infirmán-



tibus sani-tátem : navigántibus portum salú-tis indúl-

Diaconus.

Subdiaconus.



ge-at. *Orémus. Flectámus genu-a. R.* Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, mœstórum consolátio, laborántium fortitúdo : pervéniant ad te preces de quacúmque tribulatióne clamántium ; ut omnes sibi in necessitatibus suis misericórdiam tuam gáudeant affuisse. Per Dóminum.

R. Amen.



O-rémus et pro hæré-ticis et schismá-ticis :




ut De-us et Dóminus noster éru-at e-os ab erró-



ribus uni-vérsis ; et ad sanctam matrem Ecclé-si-am



Cathó-licam atque Apostó-licam revocáre dignétur.



Orémus. Flectámus génu-a. R. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui salvos omnes, et néminem vis perire : respice ad ánimas diabólica fraude decéptas ; ut omni hærética pravitate depósita, errántium corda respiscant, et ad veritátis tuæ rédeant unitátem. Per Dóminum.

R. Amen.




O-rémus et pro pérfidis Judæ-is : ut De-us et



Dóminus noster áuferat velámen de córdibus e-órum ;



ut et ipsi agnóscant Jesum Christum Dóminum



nostrum.

Non respondetur Amen, nec dicitur Orémus, aut Flectámus génu-a, aut Leváte, sed statim dicitur :


Omnípotens sempitérne Deus, qui étiam Judáicam perfídiam a tua misericórdia non repéllis : exáudi

preces nostras, quas pro illíus pópuli obcæcacióné deférimus ; ut, ágnita veritátis tuæ luce, quæ Christus est, a suis ténebris eruántur. Per eúmdem Dóminum.

R. Amen.



O-rémus et pro pagánis : ut De-us omnípo-



tens áuferat in-iquitátem a córdibus e-órum ; ut



re-lictis idó-lis su-is, convertántur ad De-um vivum




et verum, et únicum Fí-li-um ejus Jesum Christum

Diaconus.



De-um et Dóminum nostrum. Orémus. Flectámus

Subdiaconus.



génu-a. R. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui non mortem peccatórum, sed vitam semper inquiris : súscipe propítius oratióem nostram, et libera eos ab idolórum cultúra ; et ágrega Ecclesiæ tuæ sanctæ ad laudem et glóriam nóminis tui. Per Dóminum.

R. Amen.

Completis Orationibus, Sacerdos deposita Casula accedit ad cornu Epistolæ, et ibi in posteriori parte anguli Altaris accipit a Diacono Crucem jam in Altari præparatam : quam, versa facie ad populum, a summitate parum discooperit, incipiens solus Antiphonam Ecce lignum Crucis, ac deinceps in reliquis juvatur in cantu a Ministris usque ad Venite, adorémus. Choro autem cantante Venite, adorémus, omnes se prosternunt, excepto Celebrante. Deinde procedit ad anteriorem partem anguli ejusdem cornu Epistolæ : et discooperiens brachium dextrum Crucis, elevansque eam paulisper, altius quam primo, incipit : Ecce lignum Crucis, aliis cantantibus, et adorantibus ut supra. Deinde Sacerdos procedit ad medium Altaris : et discooperiens Crucem totaliter, ac elevans eam, tertio altius incipit : Ecce lignum Crucis, aliis cantantibus et adorantibus, ut supra.

Ant.
VI.**E**

cce li-gnum Cru- cis, in quo sa-lus

mun-di pepén- dit.

Chorus respondet :

V

e-ní-te, ad-o-ré-mus.

Postea Sacerdos solus portat Crucem ad locum ante Altare præparatum, et genuflexus ibidem eam locat : mox depositis calceamentis, accedit ad adorandam Crucem, ter genua flectens antequam eam deosculetur. Hoc facto revertitur, et accipit calceamenta, et Casulam. Postmodum Ministri Altaris, deinde alii Clerici, et laici, bini et bini, ter genibus flexis, ut dictum est, Crucem adorant. Interim, dum fit adoratio Crucis, cantantur Improperia, et alia quæ sequuntur, vel omnia, vel pars eorum, prout multitudo adorantium vel paucitas requirit : quæ etiam Sacerdos sedens ad scamnum legit cum ministris, ut infra :

Duo Cantores in medio chori cantant : *Y.* Pópule meus, usque ad Agios, o Theós.

Y. 1.**P**

ópule me-us, quid fe-ci ti-bi? aut in

quo contristávi te? respónde mihi. *Y.* Qui- a

e-dú-xi te de terra Ægypti : pa-rá-sti

crucem Salva-tó-ri tu-o.

Unus Chorus cantat :

A

-gi-os, o The-ós.

Alius Chorus respondet :

S

anctus De-us.

Primus Chorus :

A

-gi-os ischy-rós.

Secundus Chorus :

Sanctus fortis.

Primus Chorus :

A-gi-os athána-tos, e-lé-i-son

i-mas.

Secundus Chorus :

Sanctus immortá-lis, mi-se-ré-re

no-bis.

Postea duo de secundo Choro cantant :

Qui-a e-dú-xi te per de-sér-tum qua-

draginta annis, et manna ci-bávi te, et introdú-

xi in ter-ram sa-tis óptimam : pará-sti cru-

cem Salvató-ri tu-o.

Chori respondent alternatim : Agios, o Theós, etc. Sanctus Deus, etc., ita tamen ut primus Chorus semper repetat Agios, ut supra.
Deinde duo de primo Choro cantant :

Quid ultra dé-bu-i fáce-re tibi, et non fe-

ci? E-go quidem plantá-vi te víne-am me-am

spe-ci-o-síssimam : et tu facta es mihi ni-mis amá-

ra : acé-to namque si-tim me-am po-tásti : et

lánce-a perforásti la-tus Salva-tó-ri tu-o.

Item Chori alternatim respondent Agios, o Theós, etc. Sanctus Deus, etc.

Versus sequentis Improperii a duobus Cantoribus alternatim cantantur, utroque Choro simul repetente post quemlibet versum : Pópule meus, ut infra.

Duo de secundo Choro cantant :

Y.

E-go propter te flagellávi Ægyptum cum pri-

mogéni-tis su- is : et tu me flagellátum tradidisti.

Chorus repetit :

Pópule me-us, quid fe- ci ti- bi ? aut in
quo contristávi te ? respónde mihi.

Duo de primo Choro :

¶ Ego te edúxi de Ægypto, demérso Phara-óne in
mare Ru-brum : et tu me tradidisti princí-pibus sa-
cerdó-tum.

Chorus repetit : Pópule meus.

Duo de secundo Choro :

¶ Ego ante te apéru-i ma- re : et tu aperu-ísti
lánce-a latus me-um. **P**ópule meus.

Duo de primo Choro :

¶ Ego ante te præ-í-vi in colúmna nu- bis : et tu
me duxisti ad prætó-ri-um Pí-lá-ti. **P**ópule meus.

Duo de secundo Choro :

¶ Ego te pavi manna per desér- tum : et tu me ce-
ci-distí ála-pis et flagéllis. **P**ópule meus.

Duo de primo Choro :

¶ Ego te potá-vi aqua salútis de pe- tra : et tu
me potásti felle et acé-to. **P**ópule meus.

Duo de secundo Choro :

¶ Ego propter te Chananaë-órum reges percús-si :
et tu percussísti arúndi-ne caput me-um. **P**ópule meus.

Duo de primo Choro :



V. Ego dedi tibi sceptrum regá- le : et tu dedísti
cápi-ti me-o spíne- am corónam. **P**ópule meus.

Duo de secundo Choro :



V. Ego te exaltávi magna virtú- te : et tu me sus-
pendísti in pa- tíbulo crucis. **P**ópule meus.

Deinde cantatur communiter :

Ant.

IV.




Crucem tu-am * adorámus, Dó-mine : et sanc-
tam resurrecti-ónem tu-am laudámus et glori- ficá-
mus : ecce enim propter lignum ve- nit gáudi- um
in uni-vérso mundo. **Ps.** De- us mi-sere-á-tur nostri,



et bene-dí-cat nobis : * illúminet vultum su-um su-
per nos, et mi-sere-á-tur nostri.

Et repetitur immediate Ant. Crucem tuam.

Postea cantatur **V.** Crux fidélis, cum Hymno Pange, lingua,
gloriósi, et post quemlibet ejus versum repetitur Crux fidélis, vel
Dulce lignum, eo modo quo inferius notatur.




I.
Cru- x fidé- lis, inter omnes Arbor una nó- bi- lis :
Nulla silva talem profert, Fronde, flo- re, gé- mi- ne :
* Dulce lignum dulces clavos, Dulce pondus sústi- net.


Hymnus



I.
Pange, lingua, glo- ri- ó- si Láure- am certámi- nis,
Et su- per Cru- cis trophæ- o Dic tri- úm- phum nóbi-



*Repetitur Crux fidélis, usque ad Dulce lignum. Et sic fit quoties
repetitur Crux fidélis.*



Ipsé lignum tunc no-távit, Damna ligni ut sólveret.
* Dulce lignum.



Y. Hoc opus nostræ sa-lú-tis Ordo depo-pósce-rat ;



Multi-fórmis prodi-tó-ris Ars ut artem fálle-ret :



Et me-dé-lam ferret inde, Hostis unde læse-rat.
Crux fidélis.



Y. Quando venit ergo sacri Pleni-túdo témpo-ris,



Missus est ab arce Patris Natus, orbis Cóndi-tor ;



Atque ventre virgi-ná-li Carne amíctus pródi- it.

* Dulce lignum.



Y. Vagit infans inter arcta Cóndi-tus præ-sé-pi-a :




Membra pannis invo-lú-ta Virgo Ma-ter álli-gat :



Et De- i ma-nus, pe-désque Stricta cingit fás-ci-a.


Crux fidélis.



Y. Lustra sex qui jam peré-git, Tempus implens cór-



po-ris, Sponte lí-be-ra Red-émptor Passi-ó-ni dé-



A-men. * Dulce lignum.

Circa finem adorationis Crucis accenduntur candelæ super Altare : et Diaconus accipiens bursam Corporalium, extendit Corporale more solito, et juxta illud ponit Purificatorium : et finita adoratione, Crucem reverenter accipit, et reportat ad Altare. Postea ordinatur Processio ad locum, ubi pridie Sacramentum repositum fuerat. Præcedit Subdiaconus cum Cruce inter duos

Acolythos deferentes candelabra cum cereis accensis, et Clerus per ordinem, ultimus Sacerdos cum Ministris. Cum perventum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur intorticia, quæ non exstinguuntur nisi post sumptionem Sacramenti : et sacerdos genuflectit ante Sacramentum, orat aliquantulum : Diaconus interim aperit capsulam, in qua reconditum est Corpus Domini : postea Sacerdos surgens, absque benedictione imponit incensum in duobus thuribulis, Diacono naviculam ministrante, et genuflexus incensat Sacramentum : tum Diaconus extrahens Calicem cum Sacramento de capsula, dat ad manus Sacerdotis, et tegit extremitatibus Veli, quod humeros illius circumdat : et procedunt ordine quo venerunt : defertur baldachinum super Sacramentum : et duo Acolythi cum thuribulis continue Sacramentum incensant : interim cantatur Hymnus sequens :

I.
V exil-la Re-gis pró-de-unt : Fulget Crucis my-
stéri-um, Qua vi-ta mortem pértu-lit, Et mor-te vi-
tam prótu-lit. **2.** Quæ, vulnerá- ta lánce-æ Mucróné
di-ro, críminum Ut nos lavá-ret sórdibus, Ma-ná-
vit unda et sáanguine. **3.** Implé-ta sunt quæ cónci-nit
David fidé-li cármine, Dicéndo na-ti-ó-nibus : Re-

gná- vit a ligno De-us. **4.** Arbor decó-ra et fúlgi-
da, Orná-ta Re-gis púrpura, Elécta digno stí-
pi-te Tam sanc-ta membra tángere. **5.** Be-á-ta, cu-
jus bráchi-is Préti-um pepéndit sæculi, Staté-ra
facta córporis, Tu-lít-que prædam tártari. **6.** O Crux,
ave, spes ú-ni-ca, Hoc Passi-ó-nis témpore Pi-is
adáuge grá-ti-am, Re-ís-que de-le crímina. **7.** Te,
fons sa-lú-tis, Trí-ni-tas, Colláudet omnis spí-ritus :
Quibus Cru-cis victó-ri-am Largí-ris, adde præmi-



Cum venerit Sacerdos ad Altare, posito super illud Calice, genuflexus rursum incensat, et accedens deponit Hostiam ex Calice super Patenam, quam Diaconus tenet : et accipiens Patenam de manu Diaconi, Hostiam sacram ponit super Corporale, nihil dicens. Si tetigerit Sacramentum, digitos abluat in aliquo vase. Interim Diaconus imponit vinum in Calicem, et Subdiaconus aquam, quam Sacerdos non benedicit, nec dicit super eam Orationem consuetam : sed accipiens Calicem a Diacono, ponit super Altare, nihil dicens : et Diaconus illum cooperit Palla : deinde imponit incensum in thuribulo absque benedictione, et incensat Oblata, Crucem et Altare more solito, genuflectens ante et post, et quando-cumque transit ante Sacramentum.

Cum incensat Oblata, dicit :

Incensum istud a te benedictum, ascéndat ad te, Dómine : et descéndat super nos misericórdia tua.

Cum incensat Altare, dicit :

Psalmus 140, 2-4

Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incensum in conspéctu tuo : elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum. Pone, Dómine, custódiam ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis : ut non declínet cor meum in verba malítiæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Quando reddit thuribulum Diacono, dicit :

Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flammam æternæ caritátis. Amen.

Et ipse non incensatur.








Postea aliquantulum extra Altare in cornu Epistolæ lavat manus, nihil dicens : deinde in medio Altaris inclinatus, junctis manibus, dicit :

In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine : et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Deinde versus ad populum in cornu Evangelii, dicit more solito :

Oráte fratres, ut meum, ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Et per eandem viam revertitur, non perficiens circulum : et consequenter, omissis aliis, dicit :





R. Sed lí-bé-ra nos a ma-lo.

Sacerdos, sub silentio dicto Amen, eadem voce, qua dixit Pater noster, absolute sine Orémus, in tono Orationis Missæ feríaliter dicit :

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsentibus, et futuris : et intercedente beáta et gloriósa semper Virgine Dei Genitrice María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis (**non signat se Patena**), da propitiis pacem in diébus nostris : ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi, et ab omni perturbatióne secúri. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Tunc Celebrans, facta reverentia usque ad terram, supponit Patenam Sacramento, quod in dextera accipiens, elevat, ut videri possit a populo : et statim supra Calicem dividit in tres partes, quarum ultimam mittit in Calicem more solito, nihil dicens. Pax Dómini, non dicitur, nec Agnus Dei, neque pacis osculum datur. Postmodum prætermisiss duabus primis Orationibus, dicit tantum sequentem :

Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi provéniat in iudicium et condemnatióem : sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et cörperis, et ad medélam percipiéndam : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Tunc genuflectit, et accipit Patenam cum Corpore Christi : et maxima humilitate ac reverentia dicit :

Panem caléstem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Percutit pectus suum, ter dicens :

Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Postea signat se Sacramento, dicens :

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam atérnam. Amen.

Et sumit Corpus reverenter.

Deinde, omissis omnibus quæ dici solent ante sumptionem sanguinis, immediate particulam Hostiæ cum vino reverenter sumit de Calice. Et more solito facta ablutione digitorum, et sumpta purificatione, in medio Altaris inclinatus, manibus junctis, dicit :

Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus : et de múnere temporáli fiat nobis remédiúm sempitérnum.

Non dicitur Corpus tuum, Dómine, nec Postcommunio, nec Pláceat tibi, nec datur benedictio : sed facta reverentia Altari, Sacerdos cum Ministris discedit : et dicuntur Vesperæ sine cantu : et denudatur Altare.

Ad Vesperas, Antiphonæ et Psalmi præcedentis diei, 418

Ad Magnificat, Ant. Cum accepisset acétum * dixit : Consummátum est : et inclináto cápite, emisit spíritum.

Ant. Christus factus est, cum reliquis ut supra ad Laudes. 396

Completorium, dicitur ut in Cæna Domini, 431



SABBATO SANCTO


Duplex I classis

AD MATUTINUM

Pater noster, Ave, María et Credo.

IN I NOCTURNO

1. Ant.
VIII. G



Psalmus 4

Cum invocárem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatióne dilatasti mihi.

Miserére mei, * et exáudi orationem meam.

Filii hóminum, úsquequo gravi corde ? * ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendácium ?

Et scitote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare : * quæ dicitis in cor-

dibus vestris, in cubilibus vestris **compungimini**.

Sacrificáte sacrificium justitiæ, et speráte in Dómino.

* Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona ?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, et ólei sui * multiplicátí sunt.


In pace in idípsum * dórmiam, et requiéscam ;

Quóniam tu, Dómine, singulariter in **spe** * constituísti me.

AD MATUTINUM

547

Anti-
phona



2. Ant.
IV. E



Psalmus 14

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo ? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo ?

Qui ingreditur sine mácula, * et operatur justitiam :

Qui lóquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non


accépit advérsus próximos suos.


Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : * timéntes autem Dóminum glorificat :

Qui jurat próximo suo, et non decipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocentem non accépit.

Qui facit hæc, * non móvébitur in ætérnum.

Anti-
phona



3. Ant.
VII. c

E u o u a e.

Psalmus 15

Consérva me, Dómine, quóniam speravi in te : * Dixi Dómino : Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitates eorum : * póstea acceleraverunt.

Non congregábo conventicula eórum de sanguinibus, * nec memor ero nóminum eórum per labia mea.

Dóminus pars hereditátis meæ et calicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris : * etenim heredi-

tas mea præclara est mihi. Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpúerunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : * quóniam a dextris est mihi, ne commovear.


Propter hoc lætátum est cor meum, et exultávit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelinques ánimam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum vidére corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, † adimplébis me lætítia cum vultu tuo : * delectatiónes in dextera tua usque in finem.


Anti-
phona

Caro mea a requiescet in spe.



Y. In pace in id-ípsum. R. Dórmi- am et requi-escam.

Vel :



Y. In pace in id-ípsum. R. Dórmi- am et requi-escam. Pater noster secreto.


Lectio I

Cap. 3, 22-30

De Lamenta-ti-óne Jeremi-æ Prophé-tæ.



Heth. Mi-se-ricórdi-æ Dómi-ni qui-a non sumus



consúpti : qui-a non de-fe-cérunt mi-se-ra-ti-ónes



e-jus. Heth. Novi dilú-cu-lo, multa est fides



tu-a. Heth. Pars me-a Dóminus, dixit ánim



me-a : proptére-a exspectábo e- um. Teth. Bonus



est Dóminus sperántibus in e-um, ánimæ quærénti

il-lum. **Teth.** Bonum est præsto-lári cum silénti-
o sa-lutáre De- i. **Teth.** Bonum est viro, cum
portáverit jugum ab adolescénti-a su-a. **Jod.**
Sedébit so-li-tári-us, et tacébit : qui-a levávit super
se. **Jod.** Ponet in púlve-re os su-um, si forte
sit spes. **Jod.** Dabit percu-ti-énti se maxíllam,
saturábi-tur oppróbri-is. Jerú-salem, Je-rú-salem,
convértere ad Dóminum De-um tu-um.

Responsorium I

IV.
Sicut ovis * ad occi-si-ó-nem duc- tus

est, et dum male tracta-ré- tur, non apé-ru-it
os su- um : trádi-tus est ad mor- tem,
* Ut vivi- ficá- ret pó- pu- lum su- um.
Y. Trádi-dit in mortem á-nimam su- am,
et inter sce-le-rá-tos re- pu-tá- tus est.
* Ut vi-vi- fi-cá- ret.

Lectio II

Cap. 4, 1-6

A-leph. Quómodo obscurátum est aurum,
mutátus est color óptimus, dispérsi sunt lápidés sanc-
tu-á-ri-i in cápi-te ómni-um pla-te-á-rum? **Beth.**



Fí-li-i Si-on ínclyti, et amícti auro primo: quómo-
do reputá-ti sunt in vasa téste-a, opus mánu-um
fí-gu-li? **G**himel. Sed et lámi-æ nuda-vérunt
mammam, lactavérunt cáculos su-os: fí-li-a pópu-li
me-i crudé-lis, quasi strúthi-o in desérto.
Da-leth. Adhæsit lingua lacténtis ad pa-lá-tum
ejus in si-ti: párvu-li pe-ti-érunt panem, et non
erat qui frángeret e- is. **H**e. Qui vescebántur
voluptu-ose, inter-i-érunt in vi-is: qui nutri-ebán-



tur in cróce-is, amplexá-ti sunt stérco-ra. **V**au.
Et major effécta est in-íquitas fí-li-æ pópu-li me-i
peccáto Sodomórum, quæ subvérta est in moménto,
et non cepérunt in e-a ma-nus. Jerú-salem, Je-
rúsa-lem, convértere ad Dóminum De-um tu-um.
Responsorium II
V. **J**e-rúsa-lem, * sur-ge, et éxu-e te vé-sti-
bus jucun-di-tá-tis: indú-ere cíne-re et
cí-li-ci-o, * Qui-a in te oc-cí-sus est
Salvá-tor Isra-él. **V.** Deduc quasi torrén-

tem lácrimas per di-em et noc-tem, et non tá-
ce-at pupílla ó-cu-li tu- i. ★ Qui-a.

Lectio III

Cap. 5, 1-11

In-cipit Orá-ti-o Jeremí-æ Prophé-tæ. Recor-
dâre, Dómine, quid accíde-rít nobis: intu-ére, et
réspi-ce oppróbri-um nostrum. Herédi-tas nostra ver-
sa est ad a-li-énos: domus nostræ ad extráne-os.
Pupílli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi
vídu-æ. Aquam nostram pecú-ni-a bíbimus: ligna
nostra pré-ti-o comparávimus. Cerví-ci-bus nostris

minabámur, lassís non dabátur réqui-es. Ægypto
dédimus manum, et Assy-ri-is, ut saturarémur pa-
ne. Patres nostri peccavérunt, et non sunt: et nos
in-iqui-tâtes e-órum portávimus. Servi dominá-ti
sunt nostri: non fu-it qui redímeret de manu e-
órum. In animábus nostris affe-rebámus panem no-
bis, a fá-ci-e gládi-i in desérto. Pellis nostra,
quasi clíbanus exústa est a fá-ci-e tempestátum fa-
mis. Mu-lí-eres in Si-on humi-li-avérunt, et vírgi-



nes in civi-tá-tibus Ju-da. Jerú-salem, Je-rú-salem,

convérte-re ad Dóminum De-um tu-um.

Alter tonus, ad libitum.



inci-pit O-rá-ti-o Je-remí-æ Prophé-tæ.



Recordáre, Dómine, quid accide-rit no-bis : intu-é-



re, et réspi-ce oppró-bri-um nostrum. He-ré-ditas



nostra versa est ad a-li-é-nos : domus no-stræ



ad extrá-ne-os. Pupílli facti sumus absque pa-tre,



matres nostræ qua-si ví-du-æ. Aquam nostram



pecúni-a bí-bi-mus : ligna no-stræ pré-ti-o compa-



rá-vimus. Cervi-cibus nostris mina-bá-mur, lassis



non da-bá-tur ré-qui-es. Ægypto dédimus ma-num,



et Assy-ri-is, ut satura-rémur pane. Patres



nostri peccavérunt, et non sunt : et nos in-iqui-tátes



e-órum portá-vimus. Servi dominá-ti sunt nostri :



non fu-it qui redímeret de ma-nu e-órum.



In animábus nostris afferebámus panem no-bis,



a fá-ci-e gládi-i in de-sérto. Pel-lis nostra,



quasi cíbanus exústa est a fá-ci-e tempe-



stá-tum famis. Mu-lí-eres in Si-on humi-li-a-vé-runt,



et virgi-nes in civi-tá-ti-bus Juda. Je-rú-salem,



Jerú-sa-lem, convér-te-re ad Dóminum De-um



tu-um.

Responsorium III

P^{v.} lange * qua-si virgo, plebs me-a :



u-lu-lá-te, pa-stó-res, in cí-nere et ci-



lí-ci-o : * Qui-a ve-nit di-es Dó-mi-ni



ma-gna, et amá-ra val-de. **N.** Ac-



cíngite vos, sacerdótes, et plángi-te, mi-nistri



altá-ris, aspér-gi-te vos cí-ne-re. * Qui-a.





R. Plange.

IN II NOCTURNO

1. Ant.
V. a

E - levámini, * portæ æter-náles, et intro-í-bit Rex gló-ri-æ. E u o u a e.

Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et universi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparavit eum.

Quis ascéndet in montem Domini ? * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Domino : * et misericórdiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit Rex gloriæ.


Quis est iste Rex gloriæ ? * Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit Rex gloriæ.


Quis est iste Rex gloriæ ? * Dóminus virtútum ipse est Rex gloriæ.

Anti-
phona

E-levámi-ni, portæ æterná-les, et intro-í-



bit Rex gló-ri-æ.

2. Ant.
IV. E

redo vidé-re * bona Dómi-ni in terra vivén-



ti-um. E u o u a e.

Psalms 26

Dóminus illuminatio mea,
et salus mea, * — quem
timébo?

Dóminus protéctor vitæ
meæ, * a quo trepidábo?

Dum apprópíant super me
nocéntes, * ut edant carnes
meas :

Qui tríbulant me inimici
mei, * ipsi infirmáti sunt, et
cecidérunt.

Si consistant advérsus
me castra, * non timebit
cor meum.

Si exsúrgat advérsus me
prælium, * in hoc ego spe-
rábo.

Unam pétii a Dómino,
hanc requíram, * ut inhábi-
tem in domo Dómini omni-
bus diébus vitæ meæ :

Ut vídeam voluptatem Dó-
mini, * et visitem templum
ejus.

Quóniam abscondit me in
tabernáculo suo : * in die
malórum protéxit me in abs-
condito tabernaculi sui.

In petra exaltávit me : *
et nunc exaltávit caput me-
um super inimicos meos.

Circuivi, et immolávi in
tabernáculo ejus hóstiam vo-
ciferatiónis : * cantábo, et
psalmum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem
meam, qua clamávi ad
te : * miserére mei, et exáu-
di me.

Tibi dixit cor meum, ex-
quisivit te fácies mea : *
fácíem tuam, Dómine, re-
quíram.

Ne avértas faciém tuam a
me : * ne declínes in ira a
servo tuo.

Adjútor meus esto : * ne
derelínquas me, neque des-
picias me, Deus, salutáris
meus.

Quóniam pater meus, et
mater mea dereliquerunt
me : * Dóminus autem as-
súpsit me.

Legem pone mihi, Dómi-
ne, in via tua : * et dirige

me in sémitam rectam prop-
ter inimicos meos.

Ne tradideris me in áni-
mas tribulántium me : *
quóniam insurrexérunt in
me testes iníqui, et mentita
est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómi-
ni * in terra vivéntium.


Exspécta Dóminum, viri-
liter age : * et confortétur
cor tuum, et sustine Dómi-
num.

Anti-
phona

Credo vidé-re bona Dómini in terra vivén-ti-um.

3. Ant.
VIII. G

ómi-ne, * abstraxísti ab ínfe-ris ánimam



me-am. E u o u a e.

Psalms 29

Exaltábo te, Dómine, quó-
niam suscepísti me : *
nec delectásti inimicos me-
os super me.

Dómine, Deus meus, cla-
mávi ad te, * et sanásti
me.

Dómine, eduxísti ab infér-
no ánimam meam : * salvásti
me a descendéntibus in la-
cum.

Psállite Dómino, sancti

ejus : * et confitémini me-
móriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indigna-
tióne ejus : * et vita in vo-
luntate ejus.

Ad vésperum demorábitur
fletus : * et ad matutínium
lætítia.

Ego autem dixi in abun-
dántia mea : * Non movébor
in ætérnum.

Dómine, in voluntáte tua,
* prastitísti decóri meo vir-
tutem.

Avertísti faciē tuam a
me, * et factus sum con-
turbátus.

Ad te, Dómine, clamabo :
* et ad Deum meum depre-
cabor.

Quæ utilitas in ságuine
meo, * dum descēdo in
corruptiónem ?

Numquid confitébitur tibi
pulvis, * aut annuntiábit
veritatem tuam ?

Audívit Dóminus, et mi-
sértus est mei : * Dóminus
factus est adjutor meus.

Convertísti planctum me-
um in gáudium mihi : *
conscidísti saccum meum,
et circumdedísti me læti-
tia :

Ut cantet tibi glória mea,
et non compungar : * Dó-
mine, Deus meus, in ætér-
num confitebor tibi.

Anti-
phona

Dómi-ne, abstra-xísti ab infé-ris ánimam

me-am.

℣. Tu autem, Dómine, mise-rére me-i.

℟. Et resúsci-ta me, et retribú-am e-is.

Vel :

℣. Tu autem, Dómine, mise-rére me-i.

℟. Et resúsci-ta me, et retribú-am e-is.

Pater noster **secreto.**

Ex Tractátu sancti Augustíni Episcopi super Psalmos.

Lectio IV

In Ps. 63, vers. 7

Accēdet homo ad cor altum, et exaltábitur Deus. Illi
dixerunt : Quis nos vidébit ? Defecerunt scrutántes
scrutatónes, consilia mala. Accessit homo ad ipsa con-
silia, passus est se tenéri ut homo. Non enim tenerétur
nisi homo, aut viderétur nisi homo, aut caderétur nisi
homo, aut crucifigerétur aut morerétur nisi homo. Ac-
cessit ergo homo ad illas omnes passiónes, quæ in illo
nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille non esset
homo, non liberarétur homo. Accessit homo ad cor altum,
id est, cor secrétum, objiēciens aspéctibus humanis hó-
minem, servans intus Deum : celans formam Dei, in qua
aqualis est Patri, et offerens formam servi, qua minor
est Patre.

Responsorium IV

VII.

R

ecēssit * pastor no- ster, fons a-

quæ vi- vā, ad cu- jus tránsitum sol ob-

scu-rá- tus est : * Nam et il- le captus

est, qui captívum tenébat pri- mum hó-

mi- nem : hó-di- e por- tas mor- tis




et se-ras pá-ri-ter Salvátor no-ster dis-
rú-pit. *N.* Destrú-xit quidem claustra infér-
ni, et subvértit poténti-as di-á-bo-
li. *★* Nam et il-le.

Lectio V

Quo perduxerunt illas scrutationes suas, quas perscrutantes defecerunt, ut etiam mortuo Domino et sepulto, custodes ponerent ad sepulcrum? Dixérunt enim Piláto: Seductor ille: hoc appellabatur nómine Dóminus Jesus Christus, ad solátium servórum suórum, quando dicuntur seductóres: ergo illi Piláto: Seductor ille, inquit, dixit adhuc vivens: Post tres dies resúrgam. Jube itaque custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte véniant discipuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi, Surréxit a mórtuis: et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus: Habétis custódiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepulcrum, signántes lápidem cum custódiibus.

Responsorium V

VIII. **O**



vos omnes, *★* qui transí-tis per vi-am,




atténdi-te, et vi-dé-te *★* Si est do-lor sí-
mi-lis sic-ut do-lor me-us. *N.* Atténdi-
te, uni-vér-si pópu-li, et vi-dé-te do-
ló-rem me-um. *★* Si est.

Lectio VI

Posuerunt custódes milites ad sepulcrum. Concússa terra Dóminus resurréxit: mirácula facta sunt tália circa sepulcrum, ut et ipsi milites, qui custódes advénierant, testes fierent, si vellent vera nuntiáre. Sed avarítia illa, quæ captivávit discipulum cómitem Christi, captivávit et militem custódem sepulcri. Damus, inquit, vobis pecúniam: et dícite quia vobis dormiéntibus venérunt discipuli ejus, et abstulérunt eum. Vere defecerunt scrutántes scrutatiónes. Quid est quod dixísti, o infélix astútia? Tantúmne déseris lucem consílii pietátis, et in profúnda versútiae demérgeris, ut hoc dicas: Dícite quia vobis dormiéntibus venérunt discipuli ejus, et abstulérunt eum? Dormiéntes testes ádhíbes: vere tu ipse obdormísti, qui scrutándo tália defecísti.

Responsorium VI

IV. **E**



ce *★* quómo-do mó-ri-tur ju-stus, et



ne-mo pér-ci-pit cor-de : et vi-ri justí tollún-



tur, et ne-mo con-sí-de-rat : a fá-ci-e



in-iqui-tá-tis sublá-tus est ju-stus :



* Et e-rit in pa-ce memó-ri-a e-jus.



V. Tamquam agnus coram tondente se obmú-



tu-it, et non apéru-it os su-um ; de angústi-a




et de judí-ci-o sublá-tus est. * Et e-rit.




R. Ec-ce.

IN III NOCTURNO

1. Ant.
VIII. G


De-us ádjuvat me, * et Dóminus suscéptor est



ánimæ me-æ. E u o u a e.

Psalmus 53

Deus, in nómine tuo sal-
vum me fac : * et in
virtúte tua judica me.

Deus, exáudi oratióem
meam : * áuribus pércipe
verba oris mei.


Quóniam aliéni insurrexé-
runt advérsus me, † et for-
tes quásiérunt ánimam me-
am : * et non proposuérunt
Deum ante conspectum
suum.

Ecce enim Deus ádjuvat
me : * et Dóminus suscéptor
est ánimæ meæ.


Avértemala inimícis meis :
* et in veritáte tua disperde
illos.

Voluntárie sacrificábo ti-
bi, * et confitébor nómini
tuo, Dómine : quóniam bo-
num est :


Quóniam ex omni tribula-
tióne eripuísti me : * et su-
per inimicos meos despéxit
óculus meus.

Anti-
phona


De-us ádjuvat me, et Dóminus suscéptor est



ánimæ me-æ.

2. Ant.
VII. a


In pace factus est * lo-cus e-jus, et in Si-



on habi-tá-ti-o e-jus. E u o u a e.

Psalmus 75

Notus in Judaea Deus : * in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit potentias arcuum, * scutum, gládium, et bellum.

Illúminans tu mirabiliter a montibus æternis : * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormiérunt somnum suum : * et nihil invenérunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua, Deus Jacob, * dormitavérunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis resistet tibi ? * ex tunc ira tua.

De caelo audítum fecisti judicium : * terra trémuit et quievit.

Cum exsúrgeret in judicium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuetos terræ.

Quóniam cogitatio hominis confitebitur tibi : * et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.


Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro : * omnes, qui in circúitu ejus affertis munera.

Terribili et ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terræ.

Anti-
phona



In pace factus est locus e-jus, et in Si-



on habi-tá-ti-o e-jus.

3. Ant.
IV. d.

F

actus sum * sicut homo sine adjutó-ri-o,



inter mórtu-os liber. E u o u a e.

Psalmus 87

Dómine, Deus salutis meae : * in die clamávi, et nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad preces meas :

Quia repléta est malis anima mea : * et vita mea in inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mortuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámplius : * et ipsi de manu tua repúlsí sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri : * in tenebrósis, et in umbra mortis.

Super me confirmátus es furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuérunt me abominatióne sibi.

Tráditus sum, et non egrediébar : * óculi mei languérunt prae inópia.

Clamávi ad te, Dómine, tota die : * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabilia : * aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi ?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in perditione ?

Numquid cognoscéntur in tenebris mirabilia tua, * et justitia tua in terra obliviónis ?

Et ego ad te, Dómine, clamávi : * et mane oratio mea praeveniet te.


Ut quid, Dómine, repéllis orationem meam : * avértis faciém tuam a me ?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ : * et terróres tui conturbavérunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdederunt me simul.

Elongásti a me amicum et próximum : * et notos meos a miséria.

Anti-
phona

Factus sum sic-ut homo sine adjutó-ri-o,



inter mórtu-os liber.



V. In pace factus est locus ejus.



R. Et in Si-on habi-tá-ti-o ejus.

Vel :



V. In pace factus est locus ejus.



R. Et in Si-on habi-tá-ti-o ejus.

Pater noster secreto.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Lectio VII

Cap. 9, 11-22

Christus assistens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufactum, id est, non hujus creatiónis : neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introiit semel in Sancta, æterna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum, et taurórum, et cinis vitulæ aspérsus inquinátos sanctificat ad emundatióem carnis : quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum

semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivéti ?

Responsorium VII

VIII.

A



-sti-té-runt * reges terræ, et prín-



cipes conve-né- runt in u- num, * Ad-vér-sus




Dó-mi- num, et advér-sus Chri- stum



e- jus. V. Qua-re fremu- é-runt Gen- tes,



et pópu-li medi-tá-ti sunt in- á-ni- a ?



* Ad-vér-sus.

Lectio VIII

Et ideo novi testaménti mediátor est : ut, morte intercedénte, in redemptiόem eárum prævaticatiόnum, quæ erant sub prióri testaméto, repromissiόem accípiant, qui vocáti sunt æternæ hereditátis. Ubi enim testaméntum est : mors necesse est intercedat testatóriis. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est : alióquin nondum valet, dum vivit qui testátus est. Unde nec primum quidem sine ságuine dedicátum est.

Responsorium VIII

IV.
Æ -stimá-tus sum * cum de-scendén-tibus
in la- cum : * Fac-tus sum sic- ut ho- mo
sine ad-ju-tó-ri- o, inter mór-tu- os
li- ber. **℣.** Posu-érunt me in lacu infe-ri-
ó- ri, in tenebrósis, et in umbra mor- tis.

* Fac- tus.

Lectio IX

Lecto enim omni mandáto legis a Móyse universo pópulo : accípiens sánguinem vitulórum, et hircórum, cum aqua et lana coccínea, et hyssópo : ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit dicens : Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam tabernáculum, et ómnia vasa ministérii ságuine simíliter aspérsit : et ómnia pene in ságuine secúndum legem mundaúntur : et sine ságuinis effusióne non fit remissio.

Responsorium IX

II.
S epúl-to * Dó-mino, signátum est monu-
mén- tum, volvén- tes lá-pi- dem ad ósti-um
monumén- ti : * Ponén- tes mí-li- tes, qui
custo-dí- rent il- lum. **℣.** Accedén-tes principes
sacerdótum ad Pi-lá- tum, pe-ti- é-runt il-
lum. * Ponén- tes. **℞.** Sepúl- to.

AD LAUDES

1. Ant.
IV. c
O mors, * ero mors tu-a, morsus tu-us
ero, inférne. E. u o u a e.

Psalmus 50

Miserere mei, Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim, veritatem dilexisti : * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam : * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docedo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutaris meus : * et exultabit lingua mea iustitiam tuam.




Domine, labia mea aperies : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum, et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion : * ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, et holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.



Psalmus 91

Bonum est confiteri Domino : * et psallere nomini tuo, Altissime.

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam : * et veritatem tuam per noctem.

In decachordo, psalterio : * cum canticis, in cithara.

Quia delectasti me, Domine, in factura tua : * et in operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua, Domine ! * nimis profundae factae sunt cogitationes tuae.

Vir insipiens non cognoscet : * et stultus non intelliget haec.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum : * et apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem :

Ut intereant in saeculum saeculi : * tu autem Altissi-

mus in aeternum, Domine.

Quoniam ecce, inimici tui, Domine, † quoniam, ecce, inimici tui peribunt : * et dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum : * et senectus mea in misericordia uberi.

Et despexit oculus meus inimicos meos : * et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Justus, ut palma florebit : * sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plantati in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri florebit.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi : * et bene patientes erunt, ut annuntient :

Quoniam rectus Dominus, Deus noster : * et non est iniquitas in eo.

Antiphona



O mors, ero mors tu-a, morsus tu-us

Anti-
phona

Plangent e-um qua-si uni-gé-ni-tum, qui-a



innocens Dóminus occísus est.

3. Ant.
VII. b

A

ttén-di-te, * univérsi pópuli, et vidé-te



dolórem me-um. E u o u a e.

Psalms 63

Exáudi, Deus, oratióem
meam cum deprecor : *
a timóre inimíci éripe ani-
mam meam.

Protexisti me a convéntu
malignantium : * a multítu-
dine operántium iniquita-
tem.

Quia exacuérunt ut glá-
dium linguas suas : * inten-
dérunt arcum rem amáram,
ut sagittent in occúltis im-
maculatum.

Súbito sagittábunt eum, et
non timebunt : * firmavé-
runt sibi sermonem nequam.

Narravérunt ut abscon-
derent laqueos : * dixerunt :
Quis videbit eos ?

Scrutáti sunt iniquitates :
* defecerunt scrútantes scru-
tinio.

Accédet homo ad cor
altum : * et exaltabitur
Deus.

Sagittæ parvulórum factæ
sunt plagæ eorum : * et in-
firmatæ sunt contra eos lin-
guæ eorum.


Conturbáti sunt omnes qui
videbant eos : * et timuit
omnis homo.

Et annuntiavérunt opera
Dei, * et facta ejus intelle-
xerunt.

Lætábitur justus in Dómi-
no, et sperabit in eo, * et
laudabúntur omnes recti
corde.

Anti-
phona

Attén-dite, univérsi pópuli, et vidé-te




dolórem me-um.

4. Ant.
II. D

A

porta ínfé-ri * éru-e, Dómine, ánimam



me-am. E u o u a e.

Canticum Ezechiae

Is. 38, 10-20

Ego dixi : In dimidio dié-
rum meorum * vadam ad
portas ínferi.

Quæsi vi resídiu annó-
rum meorum. * Dixi : Non
videbo Dóminu Deum in
terra vivéntium.

Non aspiciam hóminem
ultra, * et habitatórem qui-
étis.

Generátio mea abláta est,
et convoluta est a me, *
quasi tabernáculu pastó-
rum.

Præcisa est velut a texén-
te víta mea : † dum adhuc
ordirer, succidit me : * de
mane usque ad vésperam
finies me.

Sperábam usque ad ma-
ne, * quasi leo sic contrivit
ómnia ossa mea :

De mane usque ad véspe-
ram finies me : * sicut pul-
lus hirúndinis sic clamábo,
meditábor ut colúmba :

Attenuáti sunt oculi mei,
* suspiciéntes in excélsu :

Dómine, vim pátiór, re-
spónde pro me, * Quid di-
cam, aut quid respondébit
mihi, cum ipse fécerit ?

Recogitábo tibi omnes an-
nos meos * in amaritúdine
ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur et
in talibus víta spíritus mei,
† corripies me et vivificabis
me. * Ecce, in pace amari-
túdo mea amaríssima :

Tu autem eruisti ánimam meam ut non periret : * projecísti post tergum tuum omnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te : * non expectábunt qui descéndunt in lacum veritatē tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hodie : * pater filiis notam fáciat veritatē tuam.

Dómine, salvum me fac, * et psalmos nostros cantávimus cunctis diēbus vitæ nostræ in domo Dómini.

Anti-
phona

A porta ínfe-ri éru-e, Dómine, ánimam

me-am.

5. Ant.
VIII. c

O

vos omnes, * qui transí-tis per vi-am,

attēdi-te, et vidē-te si est do-lor sic-ut do-

lor me-us. E u o u a e.

Psalmus 150

Laudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmamēto virtutis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tu-

bæ : * laudáte eum in psalterio, et cithara.

Laudáte eum in tympano, et choro : * laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus : † laudáte eum in cymbalis jubilationis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Anti-
phona

O vos omnes, qui transí-tis per vi-am, at-

tēdi-te, et vidē-te si est do-lor sic-ut do-lor

me-us.

Y. Caro me-a requi-éscet in spe.

R. Et non dabis Sanctum tu-um vidēre corrupti-ónem.

Vel :

Y. Caro me-a requi-éscet in spe.


R. Et non dabis Sanctum tu-um vidēre corrupti-ónem.

Ad Benedictus, Antiphona

I. g

M

u-lí-e-res * sedéntes ad monuméntum



lamentabántur, flentes Dóminum. E u o u a e.

Canticum Zachariæ : Benedictus. 395

Deinde *Ÿ*. Christus factus est, cum reliquis. 396

Dictis Horis, ut supra in Cœna Domini 398, celebratur Missa.

Statio ad Sanctum Joannem in Laterano

Hora competenti tobaleis cooperiuntur Altaria, sed candelæ extinctæ manent usque ad principium Missæ. Interim excutitur ignis de lapide foris ecclesiam, et ex eo accenduntur carbones. Dieta Nona in Choro, Sacerdos indutus Amictu, Alba, Cingulo, Stola, et pluviali violaceo, vel sine Casula, astantibus sibi Ministris cum Cruce, aqua benedicta, et incenso, ante portam ecclesiæ, si commode potest, vel in ipso aditu ecclesiæ benedicit novum ignem, dicens :

Ÿ. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, qui per Fílium tuum, angulárem scilicet lápidem, claritátis tuæ ignem fidélibus contulísti : productum e sílice, nostris profutúrum úsibus, novum hunc ignem sancti *✠* fica : et concéde nobis, ita per hæc festa paschália cælestibus desidériis inflammári ; ut ad perpétuæ claritátis, puris méntibus, valeámus festa pertingere. Per eúdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, lumen indeficiens, qui es conditor ómnium lúminum : béne *✠* dic hoc lumen, quod a te sanctificátum, atque benedictum est, qui illuminásti omnem mundum : ut ab eo lúmine accendámur, atque illuminémur igne claritátis tuæ : et sicut illuminásti Móysen exeúntem de Ægypto, ita illúmines corda, et sensus nostros : ut ad vitam, et lucem ætérnam pervenire mereámur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

Dómine sancte Pater omnípotens, ætérne Deus : benedicéntibus nobis hunc ignem in nómine tuo, et unigéniti Fílii tui Dei ac Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti, cooperári dignéris : et ádjuva nos contra ignita tela inimíci, et illústra grátia cælesti : Qui vivis et regnas cum eódem Unigénito tuo, et Spíritu Sancto, Deus : per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in Cereo, dicens absolute hanc Orationem.

Véniat, quæsumus, omnípotens Deus, super hoc incensum larga tuæ bene *✠* dictiónis infusio : et hunc noctúrnum splendórem invisibilis regenerátor accénde ; ut non solum sacrificium, quod hac nocte litátum est, arcána lúminis tui admixtióné refúlgeat ; sed in quocúmque loco ex hujus sanctificatiónis mystério áliquíd fúerit deportátum, expúlsa diabólica fraudis nequítia, virtus tuæ majestátis assistat. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

¶ Dum benedicit grana incensi, Acolythus assumens de carbonibus benedictis ponit in thuribulo : et finita Oratione supradicta, Sacerdos de navicula ponit incensum in thuribulo, benedicens illud more solito : deinde prædicta grana incensi et ignem ter aspergit aqua benedicta, dicens : Asperges me, Dómine, sine cantu et sine Psalmo, et ter adolet incenso.

Interim omnia luminaria ecclesiæ exstinguuntur, ut de igne benedicto postmodum accendantur. Tum Diaconus indutus Dalmatica albi coloris, accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius, triangulo distinctis. Præcedit Thuriferarius cum Acolytho deferente in vase quinque grana incensi : sequitur Subdiaconus cum Cruce, et Clerus per ordinem : deinde Diaconus cum arundine, post eum Celebrans. Cum Diaconus ingressus est ecclesiam, inclinat arundinem, et Acolythus deferens candelam accensam de novo igne, accendit unam ex illis tribus candelis desuper positis : et Diaconus elevans arundinem genuflectit, similiter et omnes alii cum eo, præter Subdiaconum Crucem ferentem, et cantat solus :



Lumen Christi. *R*. De-o grá-ti-as.

Et procedens ad medium ecclesiae, ibi accenditur alia candelā : et iterum genuflexus, ut supra, altius cantat :

Lumen Christi. R. Deo grātias.

Tertio procedit ante Altare, ubi accenditur tertia candelā : et rursum genuflexus, ut prius, adhuc altius cantat :

Lumen Christi. R. Deo grātias.

Deinde Celebrans ascendit ad Altare in cornu Epistolae, et Diaconus dat arundinem uni Acolythis : et accipiens librum, petit a Celebrante benedictionem, ut sit ad Evangelium, Sacerdote dicente :

Dóminus sit in corde tuo, et in lábiis tuis : ut digne, et competenter annúnties suum paschále præcónium : In nómine Patris, et Filii, ✠ et Spiritus Sancti. Amen.

Postea vadit ad pulpitem, et ponit super eo librum, et incensat. A dextris Diaconi stent Subdiaconus cum Cruce, et Thuriferarius : a sinistris duo Acolythis, ille qui tenet arundinem, et alius tenens in vase quinque grana incensi benedicti figenda in Cereo. Tunc, surgentibus omnibus, et stantibus, ut sit ad Evangelium, Diaconus cantat :

Exsúltet jam Angé-lica turba cælórum : exsúlt-

tent di-vína mysté-ri-a : et pro tanti Regis victó-ri-

a, tuba ínsonet salutá- ris. Gáude-at et tellus

tantis irra-di-á-ta fulgóribus : et atérni Regis splen-

dóre illustráta, to-tí-us orbis se sénti-at ami-sísse

ca-lígi- nem. Lætétur et mater Ecclé-si-a, tanti lú-

minis adornáta fulgóribus : et magnis populórum vó-

cibus hæc aula resúl- tet. Quaprópter adstántes vos,

fratres ca-ríssimi, ad tam miram hujus sancti lú-

minis cla-ri-tátem, una mecum, quæso, De-i omnipó-

téntis mi-sericórdi-am invocá- te. Ut qui me non


me-is mé-ritis intra Levi-tárum númerum dignátus

est aggregáre : lúminis su-i clari-tátem infúndens,

Cé-re-i hujus laudem implé-re perfí-ci-at. Per
 Dóminum nostrum Jesum Christum Fí-li-um su-um :
 qui cum e-o vivit et regnat in uni-táte Spí-ritus
 Sancti De-us.

Per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.
V. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o. *V.* Sur-
 sum corda. *R.* Habémus ad Dóminum. *V.* Grá-ti-as
 agámus Dómino De-o nostro. *R.* Dignum et justum
 est. Vere dignum et justum est, invi-sí-bilem De-um

Patrem omnipo-téntem, Fi-li-úmque ejus unigé-ni-
 tum, Dóminum nostrum Jesum Christum, toto cordis,
 ac mentis af-féctu, et vocis ministéri-o personá-re.
 Qui pro nobis ætérno Patri, Adæ débitum solvit :
 et véte-ris pi-ácu-li cauti-ónem pi-o cru-ó-re de-
 térsit. Hæc sunt enim festa paschá-li-a, in quibus
 verus ille Agnus occí-ditur, cujus sáanguine postes
 fidé-li-um consecrántur. Hæc nox est, in qua primum
 patres nostros fí-li-os Isra-ël edúctos de Ægypto,



ma-re Rubrum sicco vestí-gi-o transí-re fecísti.

Hæc í-gitur nox est, quæ peccatórum ténebras, colúm-
næ illumina-ti-ó-ne purgávit. Hæc nox est, quæ hódie
per univérsum mundum, in Christo cre-déntes, a
ví-ti-is sæculi, et ca-lí-gine peccatórum segre-gátos,
red-dit gráti-æ, sóci-at sancti-tá-ti. Hæc nox est,
in qua destrúctis víncu-lis mortis, Christus ab ínferis
victor ascéndit. Nihil enim nobis nasci prófu-it,
ni-si rédimi profu-ísset. O mira cir-ca nos tu-æ



pi-e-tá-tis digná-ti-o ! O inæstimábi-lis di-lécti-o
ca-ri-tátis : ut servum redímeres, Fí-li-um tradidisti !

O certe necessá-ri-um Adæ peccátum, quod Christi
morte de-létum est ! O fe-lix culpa, quæ talem ac
tantum méru-it habére Redemptórem ! O vere
be-á-ta nox, quæ sola méru-it scire tempus et ho-
ram, in qua Christus ab ínferis resurréxit ! Hæc nox
est, de qua scriptum est : Et nox sicut di-ès illu-
mi-ná-bitur : Et nox illumina-ti-o me-a in de-lí-ci-is

me-is. Hujus ígi-tur sancti-ficá-ti-o noctis fu-gat

scé-lera, culpas lavat: et reddit innocé-ti-am lapsis,

et mœstis læ-ti-ti-am. Fu-gat ódi-a, concórdi-am

parat, et curvat impé-ri-a.

Hic Diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in Cereo in modum Crucis hoc ordine:

1
4 2 5
3

In hujus í-gitur noctis grá-ti-a, súscipe, sancte Pa-

ter, incénsi hujus sacri-fi-ci-um vesper-tinum: quod

tibi in hac Cé-re-i obla-ti-óne solémni, per mini-

strórum manus de opé-ribus apum, sacrosáncta reddit

Ecclé-si-a. Sed jam co-lúm-næ hujus præcóni-a nóvi-

mus, quam in honórem De-i rú-ti-lans ignis accéndit.

Hic Diaconus accendit Cereum cum una ex tribus candelis in arundine positis.

Qui lí-cet sit di-vísus in partes, mutu-á-ti tamen lú-

minis detriménta non novit. Ali-tur enim liquánti-

bus ceris, quas in substánti-am pre-ti-ósæ hujus

lámpadis, apis ma-ter edúxit.

Hic accenduntur lampades.

O vere be-á-ta nox, quæ exspo-li-á-vit Ægypti-os,

di-tá-vit Hebræ-os! Nox, in qua terrénis cæ-lésti-a,

humánis di-ví-na jungúntur. Orámus ergo te, Dómine :
 ut Cére-us iste in honórem tu-i nóminis conse-
 crátus, ad noctis hujus ca-lígi-nem destru-éndam,
 inde-fí-ci-ens perseverét. Et in odórem su-a-vitá-tis
 accéptus, supérnis luminá-ribus misce-á-tur. Flammas
 ejus lúci-fer matu-tí-nus invéni-at. Ille, inquam,
 lúci-fer, qui nescit occásum. Ille, qui regréssus ab
 infe-ris, humano géne-ri seré-nus illúxit. Precámur
 ergo te, Dómi-ne : ut nos fámulos tu-os, omnémque

clerum, et devo-tíssimum pópulum : una cum be-a-tís-
 simo Papa nostro **N.** et Antísti-te nostro **N.**
 qui-éte témporum concéssa, in his paschá-libus gáu-
 di-is, assídu-a protecti-óne régere, gubernáre, et
 conservá-re dignéris. Réspi-ce é-ti-am ad devotís-si-
 mum * Impera-tórem nostrum **N.** cujus tu,
 * *Si non est coronatus dicatur : eléctum.*
 De-us, de-sidé-ri-i vota prænóscens, ineffábi-li pi-e-
 tá-tis, et mise-ricórdi-æ tu-æ múnere, tranquillum
 perpétu-æ pacis accómmoda : et caléstem victó-ri-am



cum omni pópu-lo su-o. Per e-úndem Dóminum no-
strum Jesum Christum Fí-li- um tu-um : Qui tecum
vivit et regnat in uni-táte Spí-ritus Sancti De- us :
per ómni-a sæcu-la sæculórum. **R.** Amen.

Completa benedictione Cerei, Diaconus, depositis albis, sumit violacea paramenta, et vadit ad Celebrantem : qui exiit Pluviali, et sumit Manipulum et Casulam violacei coloris. Postea leguntur Prophetiæ sine titulo, nec in earum fine respondetur Deo grátias, et Celebrans legit eas submissa voce ad Altare in cornu Epistolæ. In fine Prophetiarum dicuntur Orationes modo subscripto. Ante, vel interim dum Prophetiæ leguntur, Presbyteri catechizent catechumenos baptizandos, et præparent ad baptismum.

Prophetia I

Gen. 1, 1-31 et 2, 1-2

In principio creávit Deus cælum, et terram. Terra autem erat inánis, et vácuá, et ténebræ erant super faciém abyssi : et Spíritus Dei ferebátur super aquas. Dixitque Deus : Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divisit lucem a ténebris. Appellávitque lucem Diem, et ténebras Noctem : factúmque est vespere, et mane, dies unus. Dixit quoque Deus : Fiat firmaméntum in médio aquárum : et dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntum, divisitque aquas, quæ erant sub firmaménto, ab his, quæ erant super firmaméntum. Et factum est ita. Vocávitque Deus firmaméntum Cælum : et factum est vespere, et mane, dies secúndus. Dixit vero Deus : Congregéntur aquæ, quæ sub cælo

sunt, in locum unum : et appáreat árida. Et factum est ita. Et vocávit Deus áridam, Terram : congregationésque aquárum appellávit Mária. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait : Gérminet terra herbam viréntem, et faciéntem semen, et lignum pomíferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetípso sit super terram. Et factum est ita. Et prótulit terra herbam viréntem, et faciéntem semen juxta genus suum, lignúmque faciens fructum, et habens unumquódque seméntem secúndum spéciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere, et mane, dies tértius. Dixit autem Deus : Fiant luminária in firmaménto cæli, et dívidant diem, ac noctem, et sint in signa, et témpora, et dies, et annos : ut lúceant in firmaménto cæli, et illúminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminária magna : lumináre majus, ut præéssent diéi : et lumináre minus, ut præéssent nocti : et stellas. Et pósuit eas in firmaménto cæli, ut lucérent super terram, et præéssent diéi ac nocti, et dividerent lucem, ac ténebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere, et mane, dies quartus. Dixit étiam Deus : Prodúcant aquæ réptile ánimæ vivéntis, et volátile super terram sub firmaménto cæli. Creávitque Deus cete grándia, et omnem ánimam vivéntem atque motábilem, quam prodúxerant aquæ in spécies suas, et omne volátile secúndum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. Benedixitque eis, dicens : Créscite, et multiplicámini, et repléte aquas maris : avésque multiplicéntur super terram. Et factum est vespere, et mane, dies quintus. Dixit quoque Deus : Prodúcat terra ánimam vivéntem in génere suo : juménta et reptília, et béstias terræ secúndum spécies suas. Factúmque est ita. Et fecit Deus béstias terræ juxta spécies suas, et juménta, et omne réptile terræ in génere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, et ait : Faciámus hóminem ad imáginem, et similitúdinem nostram : et præsit piscibus maris, et volatilibus cæli, et béstii, universæque terræ, omnique réptili, quod movétur in terra. Et creávit Deus hóminem ad imáginem suam : ad imáginem Dei creávit illum, másculum et féminam creávit eos. Benedixitque illis Deus, et ait : Créscite, et multiplicámini, et repléte terram, et subjícite eam, et dominámini piscibus maris, et volatilibus cæli, et univér-


sis animántibus, quæ movéntur super terram. Dixitque Deus : Ecce, dedi vobis omnem herbam afferéntem semen super terram, et univérſa ligna, quæ habent in semetípsis seméntem géneris sui, ut sint vobis in escam : et cunctis animántibus terræ, omnique vólucris cæli, et univérſis, quæ movéntur in terra, et in quibus est ánima vivens, ut hábeant ad vescéndum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta, quæ fécerat : et erant valde bona. Et factum est vespere, et mane, dies sextus. Igitur perfécti sunt cæli, et terra, et omnis ornátus eórum. Complevitque Deus de séptimo opus suum, quod fécerat : et requiévít die séptimo ab univérſo ópere quod patrárat.

Et non respondetur Deo grátias, ne ad ceteras quidem Prophe-
tias.

Qua completa, Sacerdos dicit.

Diaconus :

Subdiaconus :



Orémus. Flectámus génu-a. Leváte. De-us, ...

Oratio

Deus, qui mirabíliter creásti hóminem, et mirabílius redemísti : da nobis, quæsumus, contra oblectaménta peccáti, mentis ratióne persístere ; ut mereámur ad ætérna gáudia perveníre. Per Dóminum.

Prophetia II

Gen. 5 ; 6 ; 7 et 8

Noë vero cum quingentórum esset annórum, genuít Sem, Cham, et Japheth. Cumque cœpíssent hómines multiplicári super terram, et filias procreássent, vidéntes filii Dei filias hóminum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxóres ex ómnibus, quas elégerant. Dixitque Deus : Non permanébit spíritus meus in hómine in ætérnum, quia caro est : erúntque dies illius centum viginti annórum. Gigántes autem erant super terram in diébus illis. Postquam enim ingrési sunt filii Dei ad filias hóminum, illæque genuérunt, isti sunt poténtes a sæculo viri famósi. Videns autem Deus, quod multa malítia hóminum esset

in terra, et cuncta cogitátio cordis inténta esset ad malum omni témpore, pœnituit eum, quod hóminem fecísset in terra. Et tactus dolóre cordis intrínsecus : Delébo, inquit, hóminem, quem creávi, a fácie terræ, ab hómine usque ad animántia, a réptili usque ad vólucres cæli : pœnitet enim me fecísse eos. Noë vero invénit grátiam coram Dómino. Hæ sunt generatiónes Noë : Noë vir justus atque perféctus fuit in generatióibus suis, cum Deo ambulávit. Et genuít tres filios, Sem, Cham, et Japheth. Corrupta est autem terra coram Deo, et repléta est iniquitáte. Cumque vidísset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corrúperat viam suam super terram), dixit ad Noë : Finis univérſæ carnis venit coram me : repléta est terra iniquitáte a fácie eórum, et ego dispérdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lævigátis : mansiúnculas in arca fácies, et bitúmine línies intrínsecus et extrínsecus. Et sic fácies eam : Trecentórum cubitórum erit longitúdo arcæ, quinquaginta cubitórum latitúdo, et triginta cubitórum altitúdo illius. Fenéstram in arca fácies, et in cúbito consummábis summitátem ejus : óstium autem arcæ pones ex látere : deórsum cœnácula, et tristega fácies in ea. Ecce ego addúcam aquas dilúvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spíritus vitæ est subter cælum. Univérſa quæ in terra sunt, consuméntur. Ponámque fœdus meum tecum : et ingrediéris arcam tu, et filii tui, uxor tua, et uxóres filiórum tuórum tecum. Et ex cunctis animántibus univérſæ carnis bina indúces in arcam, ut vivant tecum : masculíni sexus, et feminíni. De volúcribus juxta genus suum, et de juméntis in géneré suo, et ex omni réptili terræ secúndum genus suum : bina de ómnibus ingrediéntur tecum, ut possint vívere. Tolles igitur tecum ex ómnibus escis, quæ mandi possunt, et comportábis apud te : et erunt tam tibi, quam illis in cibum. Fecit igitur Noë ómnia, quæ præcéperat illi Deus. Erátque sexcentórum annórum, quando dilúvii aquæ inundavérunt super terram. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataráctæ cæli apértæ sunt : et facta est plúvia super terram quadraginta diébus, et quadraginta nóctibus. In artículo diéi illius ingrèssus est Noë, et Sem, et Cham, et Japheth, filii ejus, uxor

illius, et tres uxóres filiórum ejus cum eis in arcam : ipsi, et omne ánimál secúndum genus suum, univérſaque juménta in génere suo, et omne, quod movétur super terram in génere suo, cunctúmque volátile secúndum genus suum. Porro arca ferebátur super aquas. Et aquæ prævaluérunt nimis super terram : opertique sunt omnes montes excélsi sub univérſo cælo. Quindecim cúbitis áltior fuit aqua super montes, quos operúerat. Consúmp-taque est ómnis caro, quæ movebátur super terram, volúcrum, animántium, bestiárum, omniúmque reptílium, quæ reptant super terram. Remánsit autem solus Noë, et qui cum eo erant in arca. Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diébus. Recordátus autem Deus Noë, cunctorúmque animántium, et ómnium jumentórum, quæ erant cum eo in arca, addúxit spíritum super terram, et imminútæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi, et cataráctæ cæli : et prohibítæ sunt plúviæ de cælo. Reversæque sunt aquæ de terra eúntes, et redeúntes : et cœpérunt minui post centum quinquaginta dies. Cumque transíssent quadraginta dies, apériens Noë fenéstram arcæ, quam fécerat, dimisit corvum, qui egrediebátur, et non revertebátur, donec siccaréntur aquæ super terram. Emísit quoque colúmbam post eum, ut vidéret si jam cessássent aquæ super fáciem terræ. Quæ cum non invenísset ubi requiésceret pes ejus, revérſa est ad eum in arcam : aquæ enim erant super univérſam terram : extendítque manum, et apprehénsam íntulit in arcam. Exspectátis autem ultra septem diébus áliis, rursum dimísit colúmbam ex arca. At illa venit ad eum ad vésperam, portans ramum olivæ viréntibus fólíis in ore suo. Intel-léxit ergo Noë, quod cessássent aquæ super terram. Exspectavítque nihilóminus septem álios dies : et emísit colúmbam, quæ non est revérſa ultra ad eum. Locútus est autem Deus ad Noë, dicens : Egrédere de arca, tu, et uxor tua, filii tui, et uxóres filiórum tuórum tecum. Cuncta animántia, quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatílibus, quam in béstiis, et univérſis reptílibus, quæ reptant super terram, educ tecum, et ingredimini super terram : crésce, et multiplicámini super eam. Egréssus est ergo Noë, et filii ejus, uxor illius et uxóres

filiórum ejus cum eo. Sed et ómnia animántia, juménta, et reptília, quæ reptant super terram, secúndum genus suum, egréſſa sunt de arca. Ædificávit autem Noë altáre Dómino : et tollens de cunctis pecóribus, et volúcris mundis, obtulit holocáusta super altáre. Odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis.

Orémus. **I**nlectámus gœna.

R. Leváte.

Oratio

Deus, incommutábilis virtus, et lumen ætérnum : réſpice propítius ad totius Ecclésiæ tuæ mirábile sacramén-tum, et opus salutis humanæ, perpétuæ dispositiónis effectú tranquillius operáre : totúsque mundus experiátur et vídeat, dejécta érigi, inveteráta renovári, et per ipsum redire ómnia in íntegrum, a quo sumpsére princípium : Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum.

Prophetia III

Gen. 22, 1-19

In diébus illis : Tentávit Deus Abraham, et dixit ad eum : Abraham, Abraham. At ille respóndit : Adsum. Ait illi : Tolle filium tuum unigénitum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visiónis : atque ibi offeres eum in holocáustum super unum móntium, quem monstrávero tibi. Igitur Abraham de nocte consúrgens, stravit ásinum suum : ducens secum duos júvenes, et Isaac filium suum. Cumque concidísset ligna in holocáustum, ábiit ad locum, quem præcéperat ei Deus. Die autem tértio, elevátis óculis, vidit locum procul : dixítque ad púeros suos : Exspectáte hic cum ásino : ego, et puer illuc usque properántes, postquam adoravérimus, rever-témur ad vos. Tulit quoque ligna holocáusti, et impósuit super Isaac filium suum : ipse vero portábat in mánibus ignem, et gládium. Cumque duo pérgerent simul, dixit Isaac patri suo : Pater mi. At ille respóndit : Quid vis, fili ? Ecce, inquit, ignis, et ligna : ubi est víctima holo-cáusti ? Dixit autem Abraham : Deus providébit sibi victimam holocáusti, fili mi. Pergébant ergo páriter : et venérunt ad locum, quem osténderat ei Deus, in quo

ædificavit altare, et desuper ligna composuit : cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, et arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de celo clamavit, dicens : Abraham, Abraham. Qui respondit : Adsum. Dixitque ei : Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam : nunc cognovi, quod times Deum, et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Unde usque hodie dicitur : In monte Dominus videbit. Vocavit autem Angelus Domini Abraham secundo de celo, dicens : Per memetipsum iuravi, dicit Dominus : quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me : benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, et velut arenam, quæ est in littore maris : possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Reversus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabée simul, et habitavit ibi.

Orémus. **R**ectamus genua.

R. Levate.

Oratio

Deus, fideliū Pater summe, qui in toto orbe terrarum, promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas : et per paschale sacramentum, Abraham puerum tuum universarum, sicut iurasti, gentium efficias patrem ; da populis tuis digne ad gratiam tuæ vocationis introire. Per Dominum.

Prophetia IV

Exodi 14, 24-31 ; 15, 1

In diebus illis : Factum est in vigilia matutina, et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, et nubes, interfecit exercitum eorum : et subvertit rotas currum, ferebanturque in profundum. Dixérunt ergo Ægyptii : Fugiamus Israël : Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad

Móysen : Extende manum tuam super mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currus, et equites eorum. Cumque extendisset Móyses manum contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum : fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, et involvit eos Dominus in mediis fluctibus. Reversæque sunt aquæ, et operuerunt currus, et equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare : nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem Israël perrexerunt per medium sicci maris, et aquæ eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris : liberavitque Dominus in die illa Israël de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, et manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos : timuitque populus Dominum, et crediderunt Domino, et Móysi servo ejus. Tunc cecinit Móyses, et filii Israël carmen hoc Domino, et dixerunt :

Tract.
VIII.

C



anté-mus * Dó-mino : glo-ri-óse e-




nim honori-fi-cá-tus est : equum et ascen-



só-rem pro-jé-cit in ma-re :



adjutor, et protector factus est mi-hi in sa-lú-



tem. **Y**. Hic De-us me-us, et hono-rábo



Orémus. Flectámus gēnuā.

R. Leváte.

Oratio

Deus, cujus antiqua mirácula étiam nostris sæculis coruscáre sentimus : dum quod uni pópulo, a persecutióne Ægyptiaca liberádo, dextera tuæ poténtia contulisti, id in salutem géntium per aquam regeneratiónis operáris : præsta ; ut in Abrahæ filios, et in Israëliticam dignitatem, totius mundi tránseat plenitúdo. Per Dóminum.

Prophetia V

Isai. 54, 17 ; 55, 1-11

Hæc est heréditas servórum Dómini : et justítia eórum apud me, dicit Dóminus. Omnes sitiéntes, veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite, et comédite : veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne, vinum, et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus, et labórem vestrum non in saturitatē ? Audíte audientes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitudíne ánima vestra. Inclínate aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra, et fériam

vobíscum pactum sempitérnum, misericórdias David fidéles. Ecce, testem pópulis dedi eum, ducem, ac præceptórem géntibus. Ecce, gentem, quam nesciébas, vocábis : et gentes, quæ te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, et sanctum Israël, quia gloriificávit te. Quærite Dóminum, dum inveniri potest : invocáte eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, et ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitatiónes meæ, cogitatiónes vestræ : neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur cæli a terra, sic exaltátæ sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitatiónes meæ a cogitatióibus vestris. Et quómodo descendit imber, et nix de cælo, et illuc ultra non revértitur, sed inébriat terram, et infúndit eam, et germináre eam facit, et dat semen serénti, et panem comedénti ; sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo : non revertétur ad me vácuum, sed faciet quæcúmque vólui, et prosperábitur in his ad quæ misi illud : dicit Dóminus omnipotens.

Orémus. Flectámus gēnuā.

R. Leváte.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, multiplica in honórem nóminis tui, quod patrum fidei spondidisti : et promissiónis filios sacra adoptiõe diláta ; ut, quod prióres sancti non dubitavérunt futúrum, Ecclesiá tua magna jam ex parte cognóscat implétum. Per Dóminum.

Prophetia VI

Baruch 3, 9-38

Audi, Israël, mandata vitæ : áuribus pécipe, ut scias prudéntiam. Quid est, Israël, quod in terra inimicórum es ? Inveterásti in terra aliéna, coínquinátus es cum mórtuis : deputátus es cum descendéntibus in inférnum. Dereliquisti fontem sapiéntiæ. Nam si in via Dei ambulásses, habitásses útique in pace sempitérna. Disce ubi sit prudéntia, ubi sit virtus, ubi sit intelléctus : ut scias simul ubi sit longitúrnitas vitæ, et victus, ubi sit lumen oculórum, et pax. Quis invénit locum ejus ? et quis intrá-

vit in thesauros ejus? Ubi sunt principes gentium, et qui dominantur super bestias, quae sunt super terram? qui in avibus caeli ludunt, qui argentum thesaurizant, et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, et solliciti sunt, nec est inventio operum illorum? Exterminati sunt, et ad inferos descendērunt, et alii loco eorum surrexerunt. Juvenes viderunt lumen, et habitaverunt super terram: viam autem disciplinae ignoraverunt, neque intellexerunt semitas ejus, neque filii eorum suscepērunt eam, a facie ipsorum longe facta est: non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman. Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quae de terra est, negotiatores Merhæ, et Theman, et fabulatores, et exquisitores prudentiae, et intelligentiae: viam autem sapientiae nescierunt, neque commemorati sunt semitas ejus. O Israël, quam magna est domus Dei, et ingens locus possessionis ejus! Magnus est, et non habet finem: excelsus, et immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statūra magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinae invenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in caelum, et accepit eam, et eduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, et invenit illam? et attulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias ejus, neque qui exquirat semitas ejus: sed qui scit universa, novit eam, et adinvenit eam prudentia sua: qui praeparavit terram in aeterno tempore, et replavit eam pecudibus, et quadrupedibus: qui emittit lumen, et vadit: et vocavit illud, et obedit illi in tremore. Stellae autem dederunt lumen in custodiis suis, et laetatae sunt: vocatae sunt, et dixerunt: Adsumus: et luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, et non aestimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinae, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israël dilecto suo. Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.

Orémus. Flectamus genua.

R. Leváte.

Oratio

Deus, qui Ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas: concede propitius; ut, quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum.

Prophetia VII

Ezech. 37, 1-14

In diebus illis: Facta est super me manus Domini, et eduxit me in spiritu Domini: et dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus: et circumduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne vivent ossa ista? Et dixi: Domine Deus, tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis: et dices eis: Ossa arida, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce, ego intromittam in vos spiritum, et vivetis. Et dabo super vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et superextendam in vobis cutem: et dabo vobis spiritum, et vivetis, et sciatis quia ego Dominus. Et prophetavi sicut præceperat mihi: factus est autem sonitus prophetante me, et ecce commotio: et accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad juncturam suam. Et vidi, et ecce, super ea nervi et carnes ascenderunt: et extenta est in eis cutis desuper, et spiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare, fili hominis, et dices ad spiritum: Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni, spiritus, et insuffla super interfectos istos, et reviviscant. Et prophetavi sicut præceperat mihi: et ingressus est in ea spiritus, et vixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc universa, domus Israël est: ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, et periit spes nostra, et abscissi sumus. Propterea vaticinare, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestris, populus meus: et inducam vos in terram Israël. Et sciatis, quia ego Dominus, cum aperuero sepulcra vestra, et eduxero vos de tumulis vestris, popule meus: et dederō spiritum meum in vobis et vixeritis, et requiescere vos faciam super humum vestram: dicit Dominus omnipotens.

Orémus. Flectámus gēnua.

R. Leváte.

Oratio

Deus, qui nos ad celebrándum paschále sacraméntum, utriusque testaménti páginis instruis : da nobis intelligere misericórdiam tuam ; ut ex perceptióne præséntium múnierum, firma sit exspectátio futurórum. Per Dóminum.

Prophetia VIII

Isai 4, 1-6

Apprehéndent septem mulieres virum unum in die illa dicéntes : Panem nostrum comedémus, et vestiméntis nostris operiémur : tantúmmodo invocétur nomen tuum super nos, aufer oppróbrium nostrum. In die illa erit germen Dómini in magnificéntia, et glória, et fructus terræ sublimis, et exsultátio his, qui salváti fúerint de Israël. Et erit : Omnis qui relictus fúerit in Sion, et resíduus in Jerúsalem, sanctus vocabítur, omnis qui scriptus est in vita in Jerúsalem. Si ablúerit Dóminus sordes filiárum Sion, et ságuinem Jerúsalem láverit de médio ejus, in spíritu judicii, et spíritu ardóris. Et creábit Dóminus super omnem locum montis Sion, et ubi invocátus est, nubem per diem, et fumum, et splendórem ignis flammántis in nocte : super omnem enim glóriam protéctio. Et tabernáculum erit in umbráculum diéi ab æstu, et in securitátem, et absconsiónem a túrbine, et a plúvia.

Tract.
VIII.

V

íne- a * fac-ta est di- léc-to

in cornu, in loco ú- be-ri.

Y. Et ma-cé-ri-am circúmdedit, et circumfó-

dit : et plantávit víne- am So- rec :

et ædi-fi- cá- vit turrim in médi-o e- jus.

Y. Et tórcular fodit in e- a : víne- a

e- nim Dómi-ni Sá- ba- oth, do- mus * Is-

ra-ël est.

Orémus. Flectámus gēnua.

R. Leváte.

Oratio

Deus, qui in ómnibus Ecclésiæ tuæ filiis, sanctórum prophetárum voce manifestásti, in omni loco dominationis tuæ, satórem te bonórum séminum, et electórum pálmitem esse cultórem : tribue pópulis tuis, qui et vineárum apud te nómine censéntur, et ségetum ; ut, spinárum, et tribulórum squalóre resecáto, digna efficiántur fruge fœcúndi. Per Dóminum.

Prophetia IX

Exodi 12, 1-11

In diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen, et Aaron in terra Ægypti : Mensis iste, vobis principium ménsium : primus erit in ménsibus anni. Loquímur ad univérsum cœtum filiórum Israël, et dicite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per famílias

et domos suas. Sin autem minor est númerus, ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui junctus est domui suæ, juxta númerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus : juxta quem ritum tollētis et hœdum. Et servābitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus : immolābitque eum univērsa multitudo filiōrum Israël ad vesperam. Et sument de sāguine ejus, ac ponent super utrūque postem, et in superlimināribus domōrum, in quibus cōmedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et āzymos panes cum lactūcis agrēstibus. Non comedētis ex eo crudum quid, nec cocctum aqua, sed tantum assum igni : caput cum pedibus ejus, et intestinis vorābitis. Nec remanēbit quidquam ex eo usque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburētis. Sic autem comedētis illum : Renes vestros accingētis, et calceamēta habēbitis in pedibus, tenētes bāculos in mānibus, et comedētis festināter : est enim Phase (id est trānsitus) Dōmini.

Orémus. Flectāmus gēnua.

R. Levāte.

Oratio

Omnipotens sempitērne Deus, qui in omnium ōperum tuōrum dispensatiōne mirābilis es : intēlligant redēpti tui, non fuisse excellētius quondam initio factus est mundus, quam quod in fine sēculōrum Pascha nostrum immolātus est Christus : Qui tecum.

Prophetia X

Jonæ 3, 1-10

In diēbus illis : Factum est verbum Dōmini ad Jonam prophētā secūdo, dicens : Surge, et vade in Niniven civitātem magnam : et prædica in ea prædicatiōnem, quam ego loquor ad te. Et surrēxit Jonas, et ābiit in Niniven juxta verbum Dōmini. Et Nīnive erat civitas magna itinere trium diērum. Et cœpit Jonas introire in civitātem itinere diēi unius : et clamāvit, et dixit : Adhuc quadraginta dies, et Nīnive subvertētur. Et crediderunt viri Nīnivitæ in Deum : et prædicāverunt jejūnium, et vestiti sunt saccis a majore usque ad minorem. Et pervēnit

verbum ad regem Nīnive : et surrēxit de sōlio suo, et abjēcit vestimentum suum a se, et indūtus est sacco, et sedit in cinere. Et clamāvit, et dixit in Nīnive ex ore regis, et principum ejus, dicens : Hōmines, et jumēta, et boves, et pēcora non gustent quidquam : nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiāntur saccis hōmines et jumēta, et clament ad Dōminum in fortitūdine, et convertātur vir a via sua mala, et ab iniquitāte, quæ est in mānibus eōrum. Quis scit, si convertātur, et ignōscat Deus : et revertātur a furōre iræ suæ, et non peribimus ? Et vidit Deus ōpera eōrum, quia convērsi sunt de via sua mala : et misērtus est pōpulo suo, Dōminus Deus noster.

Orémus. Flectāmus gēnua.

R. Levāte.

Oratio

Deus, qui diversitatē gēntium in confessiōne tui nōminis adunāsti : da nobis, et velle, et posse quæ præcipis ; ut pōpulo ad æternitatem vocāto, una sit fides mēntium, et pietas actiōnum. Per Dōminum.

Prophetia XI

Deut. 31, 22-30

In diēbus illis : Scripsit Mōyses cānticum, et docuit filios Israël. Præcepitque Dōminus Jósue filio Nun, et ait : Confortāre, et esto robustus : tu enim introdūces filios Israël in terram, quam pollicitus sum, et ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Mōyses verba legis hujus in volumine, atque complēvit : præcepit Levitis, qui portābant arcam fœderis Dōmini, dicens : Tōllite librum istum, et pōnite eum in latere arcæ fœderis Dōmini Dei vestri : ut sit ibi contra te in testimōnium. Ego enim scio contentiōnem tuam, et cervicem tuam durissimam. Adhuc vivēnte me, et ingrediente vobiscum, semper contentiōse egistis contra Dōminum : quanto magis cum mōrtuus fuero ? Congregāte ad me omnes majōres natu per tribus vestras, atque doctōres, et loquar audientibus eis sermōnes istos, et invocābo contra eos cælum, et terram. Novi enim quod post mortem meam inique agētis, et declinābitis cito de via, quam præcēpi vobis : et oc-

cúrent vobis mala in extrémó témpore, quando fecéritis malum in conspéctu Dómini, ut irritétis eum per ópera mánuum vestrárum. Locútus est ergo Móyses, audiente univérso coetu Israël, verba cárminis hujus, et ad finem usque complévit.

Tract.
VIII.

A

t-tén-de * cæ-lum, et lo- quar :

et áudi- at terra verba ex ore me-

o. **Y.** Exspecté- tur sicut plúvi- a elóqui-um

me- um : et descéndant sicut ros verba

me- a, sicut imber su-per gramen.

Y. Et sicut nix super fœ- num :

qui-a nomen Dó-mi-ni invo- cá- bo. **Y.** Da- te

magni-túdinem De-o no- stro : De- us, vera

ópera e- jus, et omnes vi- æ ejus

ju-dí- ci- a. **Y.** De- us fidé-lis, in quo non

est iníqui- tas : ju- stus, et sanctus * Dómi-

nus.

Orémus. **F**lectámus génua.

R. Leváte.

Oratio

Deus, celsitúdo humílium, et fortitúdo rectórum, qui per sanctum Móysen púerum tuum, ita erudire pópulum tuum sacri cárminis tui decantatióne voluísti, ut illa legis iterátio fieret étiam nostra diréctio : éxcita in omnem justificátarum géntium plenitúdinem poténtiam tuam, et da lætítiam, mitigándo terrórem ; ut ómnium peccátis tua remissióne delétis, quod denuntiátum est in ultiónem, tránseat in salútem. Per Dóminum.

Prophetia XII

Dan. 3, 1-24

In diébus illis : Nabuchodónosor rex fecit státuam áuream, altitúdi-ne cubitórum sexaginta, latitúdi-ne cubitórum sex, et státuit eam in campo Dura provinciæ Babylónis. Itaque Nabuchodónosor rex misit ad congregándos sátrapas, magistrátus, et júdices, duces, et tyránnos, et præfectos, omnesque príncipes regiónum, ut convenirent ad dedicatió-nem státuæ, quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Tunc congregáti sunt sátrapæ, magistrátus, et júdices, duces, et tyránni, et optimátes, qui

erant in potestátibus constitúti, et univérſi príncipes regiónum, ut convenírent ad dedicatióem státuæ, quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Stabant autem in conspéctu státuæ, quam posúerat Nabuchodónosor rex, et præco clamábat valénter : Vobis dicitur pópulis, tribubus, et linguis : In hora, qua audiéritis sónitum tubæ, et fistulæ, et citharæ, sambúcæ, et psalterii, et symphóniæ, et univérſi géneris musicórum, cadéntes adoráte státuam áuream, quam constituit Nabuchodónosor rex. Si quis autem non prostrátus adoráverit, eádem hora mittétur in fornácem ignis ardéntis. Post hæc igitur statim ut audiérunt omnes pópuli sónitum tubæ, fistulæ, et citharæ, sambúcæ, et psalterii, et symphóniæ, et omnis géneris musicórum, cadéntes omnes pópuli, tribus, et linguae adoráverunt státuam áuream, quam constituérat Nabuchodónosor rex. Statimque in ipso témpore accedéntes viri Chaldæi accusavérunt Judæos, dixerúntque Nabuchodónosor regi : Rex in ætérnum vive : tu rex posuisti decretum, ut omnis homo, qui audierit sónitum tubæ, fistulæ, et citharæ, sambúcæ, et psalterii, et symphóniæ, et univérſi géneris musicórum, prostérnat se, et adóret státuam áuream : si quis autem non prócidens adoráverit, mittátur in fornácem ignis ardéntis. Sunt ergo viri Judæi, quos constituísti super ópera regiónis Babylónis, Sidrach, Misach, et Abdénago : viri isti contempsérunt, rex, decretum tuum : deos tuos non colunt, et státuam áuream, quam erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodónosor in furóre et in ira præcépit ut adduceréntur Sidrach, Misach, et Abdénago : qui conféstim addúcti sunt in conspéctu regis. Pronuntiánsque Nabuchodónosor rex, ait eis : Veréne Sidrach, Misach, et Abdénago deos meos non cólitis, et státuam áuream, quam constitui, non adorátis ? Nunc ergo si estis paráti, quacúmque hora audiéritis sónitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambúcæ, et psalterii, et symphóniæ, omnisque géneris musicórum, prostérnite vos, et adoráte státuam quam feci : quod si non adoráveritis, eádem hora mittémini in fornácem ignis ardéntis ; et quis est Deus, qui erípiet vos de manu mea ? Respondéntes Sidrach, Misach, et Abdénago, dixerunt regi Nabuchodónosor : Non opórtet nos de hac re re-

spondére tibi. Ecce enim, Deus noster quem cólimus, potest eripere nos de camíno ignis ardéntis, et de máni-bus tuis, o rex, liberáre. Quod si nolúerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non cólimus, et státuam áuream, quam erexisti, non adorámus. Tunc Nabuchodónosor replétus est furóre, et aspéctus faciéi illius immutátus est super Sidrach, Misach, et Abdénago, et præcépit, ut succenderétur fornax séptuplum, quam succendi consuérat. Et viris fortissimis de exércitu suo jussit, ut ligátis pédibus Sidrach, Misach, et Abdénago, mitterent eos in fornácem ignis ardéntis. Et conféstim viri illi vincti, cum braccis suis, et tiáris, et calceaméntis, et véstibus, missi sunt in médium fornacis ignis ardéntis : nam jússio regis urgébat : fornax autem succénsa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, et Abdénago, interfécit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, et Abdénago, cecidérunt in médio camíno ignis ardéntis colligáti. Et ambulábant in médio flammæ laudántes Deum, et benedicéntes Dómino.

Hic non dicitur Flectámus génua, sed tantum :

O rémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, spes única mundi, qui prophetárum tuórum præcónio, præsentium témpo-
rum declarásti mystéria : auge pópuli tui vota placátus ;
quia in nullo fidélium, nisi ex tua inspiratióne, provéniunt
quarúmlibet incrementa virtútum. Per Dóminum.

His expletis, si ecclesia habuerit Fontem baptismalem, Sacerdos benedicturus Fontem, accipit Pluviale violaceum, et præcedente Cruce, cum candelabris, et Cereo benedicto accenso, descendit cum Clero, et Ministris paratis ad Fontem : et interim cantatur sequens :

Tract.

VIII.

S

icut cer- vus * de-sí-de-rat ad fontes
aquá- rum : i- ta de- síderat ánima

me-a ad te, De- us. *℣.* Si-ti- vit ánima

me- a ad De-um vi- vum;

quando vé-ni- am, et appa- ré- bo ante

fá- ci- em De- i me- i?

℣. Fu- é- runt mihi lácrimæ me- æ panes

di- e ac noc- te, dum dí- ci- tur mihi

per síngu- los di- es : U- bi est * De-

us tu- us?

Deinde Sacerdos antequam intret ad benedictionem Fontis, dicit hanc Orationem juxta Fontem :

℣. Dóminus vobiscum.
℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, réspice propítius ad devotíonem pópuli renascéntis, qui sicut cervus, aquárum tuárum expetit fontem : et concéde propítius ; ut fidei ipsius sitis, baptismatis mystério ánimam, corpúsque sanctificet. Per Dóminum.

℞. Amen.

Postea procedit ad benedictionem Fontis, dicens :

℣. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.


Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, adésto magnæ pietátis tuæ mystériis, adésto sacraméntis : et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons baptismatis párturit, spíritum adoptiónis emítte ; ut, quod nostræ humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur effectú. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.


Elevans vocem in modum Præfationis, prosequitur junctis manibus :

Per ómni- a sæcu- la sæculó- rum. *℞.* Amen.

℣. Dóminus vobiscum. *℞.* Et cum spí- ri- tu tu- o. *℣.* Sur-
 sum corda. *℞.* Habémus ad Dóminum. *℣.* Grá- ti- as
 agámus Dómino De- o nostro. *℞.* Dignum et justum





est. Vere dignum et justum est, æquum et salutäre,
 nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómi-
 ne sancte, Pater omnipotens, ætérne De-us. Qui
 invi-sí-bi-li poténti-a, sacramentórum tu-órum mira-
 bí-li-ter operá-ris efféctum: Et licet nós tantis my-
 sté-ri-is exsequéndis simus indígni: Tu tamen grá-
 ti-æ tu-æ dona non déserens, é-ti-am ad nostras
 preces, aures tu-æ pi-e-tátis inclínas. De-us, cujus
 Spí-ritus super aquas, inter ipsa mundi primórdi-a




ferebátur: ut jam tunc virtútem sancti-fi-cati-ónis,
 aquárum natúra concíperet. De-us, qui nocéntis
 mundi crimina per aquas áblu-ens, regenera-ti-ónis
 spé-ci-em in ipsa dí-lúvi-i effu-si-óne signásti: ut
 uní-us ejusdémque e-leménti mysté-ri-o, et finis
 esset ví-ti-is, et orígo virtú-tibus. Réspice, Dómine,
 in fá-ci-em Ecclési-æ tu-æ, et multiplíca in e-a
 regene-rati-ónes tu-as, qui grá-ti-æ tu-æ afflu-éntis
 ímpetu læ-tí-ficas civi-tátem tu-am: fontémque




*Hic Sacerdos in modum Crucis aquam dividit manu extensa,
quam statim linteo extergit, dicens :*







purgáta discéssu. Sit fons vivus, aqua régénerans,



unda pu-rí-ficans : ut omnes hoc lavácro salu-tí-fero




di-lu-éndi, operánte in e-is Spí-ritu Sancto, per-




féctæ purga-ti-ónis indulgénti-am consequántur.


Facit tres cruces super Fontem, dicens :




Unde benedíco te, cre-a-túra aquæ, per De-um ✠



vivum, per De-um ✠ verum, per De-um ✠ sanctum :




per De-um, qui te in princípí-o, verbo separávit




ab á-rida : cujus Spí-ritus super te fe-rebátur.


Hic manu aquam dividit, et effundit eam versus quatuor mundi partes, dicens :




Qui te de paradí-si fonte manáre fecit, et in quá-




tu-or flumínibus totam terram rigáre præcépit. Qui




te in desérto amáram, su-a-vi-táte índi-ta fecit




esse potá-bilem, et si-ti-énti pópulo de petra pro-




dúxit. Be ✠ ne-díco te et per Jesum Christum Fí-



li-um ejus únicum, Dóminum nostrum : qui te in




Cana Ga-li-læ-æ signo admirá-bi-li, su-a poténti-a



convértit in vinum. Qui pédibus super te ambulá-




vit : et a Jo-ánne in Jordáne in te baptizátus est.




Qui te una cum sángine de látere su-o produxit :



et discipulis su-is jussit, ut credéntes baptizaréntur



in te, dicens : Ite, docéte omnes gentes, baptizántes



e-os in nómine Patris, et Fí-li-i, et Spíritus Sancti.


Mutat vocem, et prosequitur in tono Lectionis.

Hæc nobis præcépta servántibus, tu Deus omnipotens clemens adésto : tu benígnus aspíra.


Halat ter in aquam in modum crucis, dicens :

Tu has simplices aquas tuo ore benedícto : ut præter naturálem emundatiónem, quam lavándis possunt adhibere corpóribus, sint étiam purificándis méntibus eficáces.

Hic Sacerdos paululum demittit Cereum in aquam : et resumens tonum Præfationis, dicit :




Descéndat in hanc pleni-túdinem fontis, virtus Spí-



ritus Sancti.

Deinde extractum Cereum de aqua, iterum profundius mergit aliquanto altius repetens : Descéndat in hanc. Postea Cereum rursus de aqua extractum, tertio immergens usque ad fundum, altiori adhuc voce repetit : Descéndat, ut supra. Et deinde sufflans ter in aquam, secundum hanc figuram Ψ prosequitur :



Totámque hujus aquæ substánti-am, regenerándi fœ-



cúndet efféctu.


Hic tollitur Cereus de aqua, et prosequitur :



Hic ómni-um peccatórum máculæ de-le-ántur : hic na-




túra ad imáginem tu-am cóndi-ta, et ad honórem




su-i re-formáta princí-pi-i, cunctis vetustá-tis squa-



ló-ribus emundétur : ut omnis homo sacraméntum



hoc regenera-ti-ónis ingræssus, in veræ innocénti-æ



novam infánti-am renascátur.

Sequentia dicit legendo :

Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum :
Qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum
per ignem. **R.** Amen.

Deinde per assistentes Sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Et interim unus ex ministris ecclesiæ accipit in vase aliquo de eadem aqua ad aspergendum in domibus, et aliis locis. His peractis, Sacerdos qui benedicit Fontem, infundit de Oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, intelligibili voce dicens :

Sanctificétur, et fœcundétur fons iste Oleo salutis renascéntibus ex eo, in vitam ætérnam. **R.** Amen.

Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicens :

Infusio Chrismatis Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti Parácliti, fiat in nómine sanctæ Trinitátis. **R.** Amen.

Postea accipit ambas ampullas dicti Olei sancti, et Chrismatis, et de utroque simul in modum crucis infundendo, dicit :

Commixtio Chrismatis sanctificatiónis, et Olei uncti-
onis, et aquæ baptismatis, páriter fiat in nómine Pa-
tris, et Fílii, et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

Tunc miscet ipsum Oleum cum aqua, et spargit manu sua per omnem Fontem. Si aderunt baptizandi, eos baptizet more consueto. Deinde revertentibus Sacerdote, et Ministris ad Altare, cantantur Litanie a duobus Cantoribus, et Chorus idem simul repetit, ut dicitur infra.

¶ Ubi vero non est Fons baptismalis, finita ultima Prophetia cum sua Oratione, Celebrans Casulam deponit, et cum Ministris ante Altare procumbit : et aliis omnibus genuflexis, cantantur Litanie in medio Chori a duobus Cantoribus, utroque Choro idem simul respondente. Cum autem perventum fuerit ad **Y.** Peccatóres, Te rogámus, Sacerdos, et Ministri surgunt, et accedentes ad sacramentum, induuntur paramentis albi coloris pro Missa solemniter celebranda : et interim accenduntur luminaria in Altari. In fine Litaniarum cantantur solemniter Kyrie, eléison, et repetuntur, ut in Missa moris est.

Ky-ri-e, e-lé-i-son. Christe, e-lé-i-son. Kyri-e,

e-lé-i-son. Christe, audi nos. Christe, exáudi nos.


Pater de cæ-lis, De-us, mise-rére nobis.
Fili, Redémptor mundi, De-us, mise-rére nobis.
Spí-ri-tus Sancte, De-us, mise-rére nobis.
Sancta Trínitas, unus De-us, mise-rére nobis.

Sancta Ma-rí-a, ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo Vírginum, ora pro nobis.


Sancte Mícha-el, ora pro nobis. **vel** : Sancte Mícha-el, ..

Sancte Gábri-el, ora pro nobis. **vel** : Sancte Gábri-el, ..

Sancte Rápha-el, ora pro nobis. **vel** : Sancte Rápha-el, ..



Omnes sancti Ange-li et Archánge-li, orá-te pro
 Omnes sancti beatórum Spirítuum órdenes, orá-te pro
 Sancte Joánnes Baptísta, o-ra pro
 Sancte Joseph, o-ra pro
 Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, ora-te pro




nobis.



Sancte Petre, ora pro nobis.

Sancte Paule,	ora.	Omnes sancti Doctóres,	oráte.
Sancte Andréa,	ora.	Sancte Antóni,	ora.
Sancte Joánnes,	ora.	Sancte Benedíote,	ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ,	oráte.	Sancte Dominice,	ora.
Omnes sancti Discípuli Dómini,	oráte.	Sancte Francisce,	ora.
Sancte Stéphane,	ora.	Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ,	oráte.
Sancte Laurénti,	ora.	Omnes sancti Mónachi et Eremitæ,	oráte.
Sancte Vincénti,	ora.	Sancta María Magdaléna,	ora.
Omnes sancti Mártires,	oráte.	Sancta Agnes,	ora.
Sancte Silvéster,	ora.	Sancta Cæcília,	ora.
Sancte Gregóri,	ora.	Sancta Agatha,	ora.
Sancte Augustine,	ora.	Sancta Anastásia,	ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres,	oráte.	Omnes sanctæ Virgines et Víduæ,	oráte.



Omnes Sancti et Sanctæ De-i, intercédi-te pro nobis.



Propí-ti-us esto, parce no-bis, Dómine.
 Propí-ti-us esto, ex-áu-di nos, Dómine.

Ab omni ma-lo, lí-be-ra nos, Dómine.
 Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
 A morte perpétua, líbera nos, Dómine.
 Per mystérium sanctæ incarnationis tuæ, líbera nos, Dómine.
 Per adventum tuum, líbera nos, Dómine.
 Per nativitatē tuam, líbera nos, Dómine.
 Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera nos, Dómine.
 Per crucē et passionē tuam, líbera nos, Dómine.
 Per mortē et sepulturam tuam, líbera nos, Dómine.
 Per sanctam resurrectionē tuam, líbera nos, Dómine.
 Per admirábilem ascensionē tuam, líbera nos, Dómine.
 Per advéntum Spiritus Sancti Parácliti, líbera nos, Dómine.
 In die júdicii, líbera nos, Dómine.



Peccatóres, te rogámus, audi nos.
 Ut nobis parcas, te rogámus, audi nos.
 Ut Ecclesiā tuam sanctam † régere et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.
 Ut domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdenes † in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.
 Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ † humiliáre dignéris, te rogámus, audi nos.
 Ut régibus et princípibus christiánis † pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.
 Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio † confortáre et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.
 Ut ómnibus benefactóribus nostris † sempitérna bona retribuas, te rogámus, audi nos.


Ut fructus terræ dare et conservare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis † requiem æternam donare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos.



Agnus De-i, qui tollis peccata mundi, parce nobis,



Dómine. Agnus De-i, qui tollis peccata mundi,



exaudi nos, Dómine. Agnus De-i, qui tollis pec-




cata mundi, mise-rere nobis.



Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.

Hic Cantores solemniter incipiunt :



VIII. **K** y-ri-e, * e- lé-i-son. *ijj.* Chri- ste,



e- lé-i-son. *ijj.* Ky- ri-e, e- lé- i-son. *ij.*



Ky-ri-e, * e- lé-i-son.

Interim Sacerdos cum Ministris in paramentis albis accedit ad Altare : et dicto Psalmo Júdice me, Deus, cum Glória Patri, facit Confessionem, ut moris est, in loco consueto : deinde ascendens, osculatur Altare, incensat more solito, et finitis a Choro Kyrie, eléison, incipit solemniter Glória in excelsis, et pulsantur campanæ.

IV.

G


ló-ri-a in excelsis De-o. Et in ter-ra pax




ho-mínibus bonæ voluntá-tis. Laudámus te. Bene-



dí-ci-mus te. Adorámus te. Glo-ri-fi-cámus te.



Grá-ti-as ágimus ti-bi propter magnam gló-ri-am




tu-am. Dó-mine De-us, Rex cæ-léstis, De- us Pa-ter



omní-potens. Dó-mine Fi-li unigéni-te, Je-su Chri-



ste. Dó-mine De-us, Agnus De-i, Fí-li-us Pa-



A- men.

Postea Sacerdos dicit :

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, qui hanc sacratíssimam noctem glória Dominicæ Resurrecciónis illútras : † consérva in nova familiæ tuæ progénie adoptiónis spíritum, quem dedisti ; * ut, còrpore et mente renováti, puram tibi exhíbeant servitútem.

Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Colossénses.

Coloss. 3, 1-4

Fratres : Si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens : quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Mórtui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparúerit, vita vestra : tunc et vos apparebitis cum ipso in glória.

Finita Epístola, Celebrans incipit :

VIII.

A

1-le- lú- ja.

Et totum decantat ter, elevando vocem gradatim : et Chorus post quamlibet vicem, in eodem tono repetit illud idem.

Postea Chorus proseguitur :

V.

C

onfi-témi-ni Dó- mī-no, quó- ni-

am bonus : quó- ni-am in sæcu-lum

mi-se-ricórdi- a * e- jus.

Non-repetitur Allelúja.

Deinde dicitur :

Tract.
VIII.

L audá- te * Dó-minum, omnes gentes :

et collau-dá- te e- um,

om-nes pó- pu-li. *¶* Quóni- am

confirmá- ta est su- per nos mi-se- ri-cór-

di- a e- jus : et véri- tas Dó-mi-ni

ma- net * in æ-tér- num.

Ad Evangelium non portantur luminaria, sed tantum incensum :
petitur benedictio, et alia fiunt de more.

✠ Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Matthæum.

Matth. 28, 1-7

Véspere autem sábbati, quæ lucéscit in prima sábbati,
venit María Magdaléne, et áltera María vidére sep-
púlcrum. Et ecce terramótus factus est magnus. Angelus
enim Dómini descendit de cælo : et accedens revólvit
lápídem, et sedébat super eum : erat autem aspéctus
ejus sicut fulgur : et vestiméntum ejus sicut nix. Præ-

timóre autem ejus extérriti sunt custódes, et facti sunt
velut mórtui. Respóndens autem Angelus, dixit muliéri-
bus : Nolíte timére vos : scio enim, quod Jesum, qui cru-
cifíxus est, quæritis : non est hic : surréxit enim, sicut
dixit. Venite, et vidéte locum ubi pósitus erat Dóminus.
Et cito eúntes, dícite discipulis ejus, quia surréxit : et
ecce præcédit vos in Galilæam : ibi eum vidébitis. Ecce
prædixi vobis.

Non dicitur Credo, sed finito Evangelio Sacerdos dicit : Dó-
minus vobíscum. Postea : Orémus. Non dicitur Offertorium. Ad
Lavábo dicitur Glória Patri.

Secreta

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces pópuli tui, cum
oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta my-
stériis, ad æternitátis nobis medélam, te operánte, pro-
ficiant. Per Dóminum.

Præfatio

Per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

¶ Dóminus vobíscum.

R. Et cum spiritu tuo.

¶ Sursum corda.

R. Habémus ad Dóminum.

¶ Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te
quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum
nocte, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immo-
látus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit
peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit,
et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Angelis et
Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque
omni militía cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cá-
nimus, sine fine dicéntes :

IV.

S

anctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De-us



Infra Actionem

Communicantes, et noctem sacratissimam celebrantes Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi secundum carnem : sed et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi : sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi : Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornélii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiáni : et omnium Sanctorum tuorum ; quorum méritis, precibusque concédas, ut in omnibus protectiōnis tuæ muniāmur auxilio. **Jungit manus.** Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super oblata, dicit :



Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, et Spiritu Sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quæsumus, Domine, ut placatus accipias : diēsque nostros in tua pace dispōnas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari. **Jungit manus.** Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem, etc. ut in Canone, 11.

Dicitur Pax Domini sit semper vobiscum, sed pacis osculum non datur.

Agnus Dei non dicitur, nec Postcommunio : dicuntur tamen tres consuetæ Orationes ante Communionem.

Post sumptionem Sacramenti, pro Vesperis in Choro cantatur :



e-um, omnes pópu-li :

Quóniam confirmata est super nos misericórdia ejus :
* et veritas Domini manet in ætérnum.
Glória Patri.

Et repetitur Antiphona Allelúja.

Capitulum, Hymnus et Versus non dicuntur, sed statim Celebrans in cantu incipit Antiphonam ad Magnificat, quam Chorus prosequitur.

Ad Magnificat, Antiphona



Canticum B. Mariæ Virginis

Luc. I, 46-55

M

agní- ficat * ánima me-a Dóminum :

Et exsultávit spi-ri-tus me-us * in De-o, saluta-

ri me-o.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ : * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progenies * tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in brachio suo : * dispérsit superbos mente cordis sui.

Depósuit potentes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israél, puerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri.

Et fit incensatio, ut alias in Vesperis.

Repétita Antiphona Véspere autem, Celebrans dicit :

V. Dóminus vobíscum.**R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio

Spírítum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde : † ut quos sacraméntis paschálibus satiásti, * tua fácias pietáte concordes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejús-dem Spírítus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Deinde dicit :

V. Dóminus vobíscum.**R.** Et cum spírítu tuo.

Et Diaconus vertens se ad populum, cantat :

I

- te, Missa est, allelú-ja, alle- lú-ja.

R. De-o grá-ti-as, allelú-ja, alle- lú-ja.

Et Sacerdos dicto Pláceat tibi, sancta Trínitas, dat benedictio- nem more solito.

Extra Chorum, dictis Pater noster et Ave, Mariá, Vesperæ inchoantur absolute ab Antiphona Allelúja, cum reliquis ut supra : et loco Ite, Missa est, allelúja, allelúja, dicitur :

V. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja.**R.** Deo grátias, allelúja, allelúja.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiészant in pace.

R. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster et nihil aliud.

AD COMPLETORIUM

Ante Completorium non dicitur Pater noster et Ave, Mariá, sicut in aliis Horis, sed absolute Lector incipit :

V. Jube, domne, benedí-cere.

Benedictio

Noctem qui-é-tam et finem perféctum concédát nobis

Dóminus omnipotens. **R.** Amen.

Lectio brevis

I Petr. 5, 8-9

Fratres : Sóbri-i estóte, et vigi-láte : qui-a

adversári-us vester di-ábolus tamquam le-o rúgi-

ens círcu-it, quærens quem dévoret : cu-i re-sí-

sti-te fortes in fide. **T**u autem, Dómine, mise-rére

nobis. **R.** De-o grá-ti-as.

V. Adjutó-ri-um nostrum in nómine Dómi-ni.

R. Qui fecit cælum et terram.

Pater noster, **quod dicitur totum secreto.**

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem, quæ tota dicitur cum XV. seq. voce recta et paulisper depressa.

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatíone, verbo et

ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereátur tui omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

R. Amen.

Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur : vobis, fratres, et vos, fratres, dicat : tibi, pater, et te, pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereátur vestri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

R. Amen.

Indulgéntiam, absolutíonem, et remissíonem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

Extra Chorum, si unus vel duo tantum recitent Officium, et in Choro Monialium, semel tantum ac simul ab omnibus ita fit Confessio :

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis cogitatíone, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur :


Misereátur nostri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam.

R. Amen.


Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.


Facta Absolutione dicitur :



V. Convérte nos, De-us salu-táris noster.




R. Et avérte iram tu-am a nobis.



V.
De-us, in adjutó-ri-um me-um inténde.



R. Dómine, ad adjuvándum me festína. Gló-ri-a



Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut erat in



príncipi-o, et nunc, et semper, et in sæcula sæcu-



lórum. Amen. Allelú-ja.

Et amplius non dicitur Laus, tibi, Dómine, Rex aetérnæ glóriæ, sed ejus loco deinceps dicitur Allelúja.

Deinde sine Antiphona dicuntur Psalmi de Dominica in tono sequenti.

Psalmus 4

II.

Cum invocárem, exaudivit me De-us justí-tiae



me-æ : * in tribu-la-ti-óne di-latasti mihi.

Miserére mei, * et exáudi orationem meam.

Filii hóminum, úsquequo gravi corde ? * ut quid dilígitis vanitátem et quæritis mendácium ?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascimini, et nolíte peccáre : * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justitiae, et speráte in Dómino. * Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona ?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, et olei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam, et requiescam ;

Quóniam tu, Dómine, sin-

guláriter in spe * constituísti me.

Glória Patri.

Psalmus 90

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicit Dómino : Suscéptor meus es tu, et refúgium meum : * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi : * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis a timóre noctúrno,

A sagitta volánte in die, a negótio perambulánte in ténébris : * ab incursu, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, et decem millia a dextris

tuis : * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis : * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea : * Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : * et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te : * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, et basiliscum ambulabis : * et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum : * protegam

eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum : * cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : * et ostendam illi salutare meum.

Glória Patri.

Psalmus 133

Ecce, nunc benedicite Dominum, * omnes servi Domini :

Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, * et benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit caelum et terram.

Glória Patri.

Hymnus, Capitulum et Responsorium breve non dicuntur :

Ad Nunc dimittis, Antiphona

VIII. G

V

espere autem sabbati.

Canticum Simeonis

Luc. 2, 29-32

N

unc dimittis servum tuum, Domine, * secun-

dum verbum tuum in pace.


Quia viderunt oculi mei * salutare tuum,
— Quod parasti * ante faciem omnium populorum,

Lumen ad revelationem gentium, * et gloriam plebis tuae Israël.
Glória Patri.


**Anti-
phona**



Vespere autem sabbati, quæ lucescit in pri-



ma sabbati, venit Maria Magdalenæ, et altera



Mariæ, videre sepulcrum, allelûja.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Visita, quæsumus, Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle : † Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant ; * et benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : † Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, * per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.



V. Benedicamus Domino. **R.** De-o grâ-ti-as.

Benedictio (recta sed gravi et protracta voce)

Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors Dominus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus.

R. Amen.

Et non dicitur V. Fidélium animæ, sed immediate subjungitur :

Ant.
VI.

R

egína cæli, * lætá- re, alle-lú-ja :

Qui-a quem me-ru-ísti por- tá-

re, alle- lú-ja. Resurré- xit, sicut dixit, alle-

lú-ja : O-ra pro no-bis De- um, alle- *

** lú- ja.

V. Gaude et lætare, Virgo María, allelúja.

R. Quia surrexit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

Oratio

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignátus es : † præsta, quæsumus ; ut per ejus Genitricem Virginem Mariam, * perpétuæ capiamus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

V. Divinum auxílium máneat semper nobiscum.

R. Amen.

Deinde dicuntur secreto Pater noster, Ave, María et Credo.

Et non flectuntur genua toto Tempore Paschali.

Si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc bis dicitur Pater noster, Ave, María et Credo pro fine videlicet Officii præcedentis et pro initio Officii diei sequentis.

DOMINICA RESURRECTIONIS

Duplex I classis cum Octava privilegiata I ordinis

AD MATUTINUM

Pater noster, Ave, María et Credo.

V. Dómine, lábia mea.

V. Deus, in adjutórium.

Invitatorium

VI.

S

urré-xit Dómi-nus ve-re, * Alle- lú- ja.

Chorus repetit : Surréxit Dóminus vere, * Allelúja.

Psalmus 94

V

éni-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus De-o,

salu-tári nostro : præ-occupémus fáci-em ejus in con-

fessi-ó-ne, et in psalmis jubi-lémus e-i.

Chorus : Surréxit.

Quóni-am De-us magnus Dóminus, et Rex magnus super
omnes de- os : quóni-am non repéllet Dóminus plebem
su-am : qui-a in manu ejus sunt omnes fines ter-
ræ, et alti-túdines mónti-um ipse cónspi-cit.

Chorus : * Allelúja.

In sequenti Psalmi versu, ad verba : veníte, adorémus, et proci-
dámus ante Deum, *genuflectitur.*

Quóni-am ipsí-us est mare, et ipse fecit illud, et á-
ridam fundavérunt manus e- jus : vení-te, adorémus,
et procidámus ante De-um : plorémus coram Dómino,
qui fecit nos, qui-a ipse est Dóminus De-us no-ster ;

nos autem pópulus ejus, et oves páscu-æ e-jus.

Chorus : Surréxit.

Hódi-e, si vocem ejus audi-é-ri-tis, nolí-te obduráre
corda vestra, sicut in exacerbati-óne secúndum di-em
tenta-ti-ónis in desérto : ubi tentavérunt me patres
vestri, probavérunt et vidérunt ópera me-a.


Chorus : * Allelúja.

Quadragínta annis próxímus fu-i genera-ti-ó-ni hu-ic,
et dixi : Semper hi errant corde ; ipsi vero non
cognovérunt vi-as me-as : quibus jurá-vi in i-ra



me- a : Si intro-íbunt in réqui-em me- am.

Chorus : Surréxit.



Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.



Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in



sæcu-la sæculórum. Amen.


Chorus : * Allelúja.

Cantores : Surréxit Dóminus. **Chorus** : * Allelúja.

Alter tonus recentior ad libitum.

V

ení-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus De-o,



sa-lu-tá-ri nostro : præ-occupémus fá-ci-em e-jus in




confessi-ó-ne, et in psalmis jubi-lémus e- i.


Chorus : Surréxit.



Quóni-am De-us magnus Dóminus, et Rex magnus



super omnes de- os : quóni-am non repéllet Dóminus




plebem su-am : qui-a in manu ejus sunt omnes fi-nes



terræ, et alti-túdines mónti-um ipse conspi-cit.

Chorus : * Allelúja.


In sequenti Psalmi versu, ad verba veníte, adorémus, et proci-dámus ante Deum, **genuflectitur**.



Quóni-am ipsi-us est mare, et ipse fe-cit illud, et á-




ridam fundavérunt ma-nus e- jus : vení-te, adorémus,



et procidámus ante De-um : plorémus coram Dómi-





no, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus De-us



Chorus : Surréxit.



Chorus : * Allelúja.



Chorus : Surréxit.




Chorus : * Allelúja.

Cantores : Surréxit Dóminus. **Chorus :** * Allelúja.

Hymni et Capitula non dicuntur in aliqua Horarum, nec Versiculi, nisi in Nocturno.


I. Ant.
II. D.

E





non est cum ímpi-is, sed in lege Dómini volúntas



me-a est, alle-lúja. E u o u a e.

Psalmus 1

Beátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, † et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestiléntiæ **non** sedit :

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die **ac** nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus **aquarum**, * quod fructum suum dabit in tēpore suo :

Et fólium ejus non defluet : * et ómnia quæcúm-que fáciat prosperabúntur.

Non sic ímpii, non **sic** : * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in iudicio : * neque peccátore in concílio **justórum**.

Quóniam novit Dóminus viam **justórum** : * et iter impiórum **peribit**.

Glória Patri.


Anti-
phona



Ego sum qui sum, et consí-li-um me-um



non est cum ímpi-is, sed in lege Dómini volúntas



me-a est, alle-lúja.


2. Ant.
1. g

P

ostu-lávi Patrem me-um, * alle-lú-ja : dedit



mihi Gen-tes, alle-lú-ja, in heredi-tátem, al-le-lúja.



E u o u a e.

Psalmus 2

Quare fremuerunt Gen-tes, * et pópuli meditáti sunt inánia ?

Astitérunt reges terræ, et principes convenerunt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus **Christum** ejus.

Dirumpámus víncula eor-um : * et projiciámus a nobis **jugum** ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irri-debit eos : * et Dóminus subsannabit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbabit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem **sanctum** ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me : *

Fílius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam tér-minos terræ.

Reges eos in **virga ferrea**, * et tamquam vas figuli con-fringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudímini, qui iudicatis terram.

Servite Dómino in timo-re : * et exsultáte ei **cum** tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascatur **Dóminus**, * et pereátis de **via** justa.

Cum exárce-rit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confi-dunt in eo.

Glória Patri.



Postulávi Patrem me-um, alle-lú-ja : dedit



mihi Gen-tes, alle-lú-ja, in heredi-tátem, al-le-lúja.

3. Ant.
VIII. c

E-go dormí- vi, * et somnum ce-pi : et ex-
surréxi, quóni-am Dóminus suscepit me, alle-lúja,
alle-lú-ja. E u o u a e.

Psalmus 3

Dómine, quid multiplicati
sunt qui tribulant me?
* multi insúrgunt advérsus
me.

Multi dicunt animæ meæ :
* Non est salus ipsi in Deo
ejus.

Tu autem, Dómine, sus-
céptor meus es, * glória mea,
et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum
clamavi : * et exaudivit me
de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus
sum : * et exsurréxi, quia
Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli
circumdántis me : * exsúrge,
Dómine, salvum me fac,
Deus meus.

Quóniam tu percussísti
omnes adversántes mihi sine
causa : * dentes peccatórum
contrivísti.

Dómini est salus : * et su-
per pópulum tuum benedic-
tio tua.

Glória Patri.

Anti-
phona

Ego dormí- vi, et somnum ce-pi : et ex-
surré-xi, quóni-am Dóminus suscepit me, alle-lúja,
alle-lú-ja.

V. Surréxit Dóminus de sepúlcro, alle-lú-ja.

R. Qui pro nobis pepéndit in ligno, alle-lú-ja.

Vel juxta recentiorem usum :

V. Surréxit Dóminus de sepúlcro, alle-lú-ja.

R. Qui pro nobis pepéndit in ligno, alle-lú-ja.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem.

R. Sed libera nos a ma-lo.

Absolutio

Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum,
† et miserére nobis : * Qui cum Patre et Spíritu
Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio I

Cap. 16, 1-7

In illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et
Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum.
Et réliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Hom. 21, in Evang.

Audistis, fratres carissimi, quod sanctæ mulieres, quæ Dñm fuerant secutæ, cum aromatibus ad monumētum venērunt, et ei, quem vivētem dilēxerant, etiā mōrtuo, stūdio humanitātis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclēsia signat gerēdum. Sic quippe necesse est ut audiāmus quæ facta sunt, quātenus cogitemus etiā quæ nobis sint ex eōrum imitatione faciēda. Et nos ergo in eum, qui est mōrtuus, credētes, si odōre virtūtum refēti, cum opiniōne bonōrum ōperum Dñm quærimus, ad monumētum profecto illius cum aromatibus venimus. Illæ autem mulieres Angelos vident, quæ cum aromatibus venērunt : quia videlicet illæ mentes supēnos cives aspiciunt, quæ cum virtūtum odōribus ad Dñm per sancta desidēria proficiscuntur. **Tu** autem, Dñe, miserere nobis.

R. Deo grātiās.

Responsorium I

III.

A

n-ge-lus Dó-mi-ni * descén-dit de

cæ-lo, et accé-dens re-vól-vit lá-pi-dem,

et super e-um sedit, et di-xit mu-li-é-

ri-bus : * No-lí-te timé-re : sci-o e-

nim qui-a cru-ci-fixum quæri-tis : jam surré-

xit : veni-te, et vidéte lo-cum, ubi pōsi-tus

erat Dñus, al-le-lú-ja. **Y.** Et intro-e-ún-

tes in monumētum, vidērunt júvenem sedētem


in dextris, co-opértum stola cándida, et obstupu-

é-runt : qui di-xit il-lis. * No-lí-te.

Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-

tu-i Sanc-to.

Et repetitur R. Angelus Dñi usque ad **Y.****Y.** Jube, domne, benedicere.**Bened.** Divinū auxilium * máneat semper nobiscum.**R.** Amen.



TESTIMONIALS • Re: Brébeuf Hymnal

“...hands down, the best Catholic hymnal ever published. [...] It is such a fantastic hymnal that it deserves to be in the pews of every Catholic church.”

— *New Liturgical Movement website* (10 June 2019)

“The *Saint Jean de Brébeuf Hymnal* will undoubtedly enrich liturgical life at the parish level by making accessible these ancient, noble, and theologically-rich Catholic hymns, translated into English in quite a beautiful way.”

— *Rev'd Fr John Berg* (Superior General Emeritus, FSSP)

“The editors of the *Brébeuf Hymnal* have done a great service to the profession [in this] extensively researched volume [which is] worthy of careful study by liturgical musicians. [...] This detailed exploration of classic Latin hymnody and its English translations is not only a labor of love, but an original contribution to research, and I hope that the results of this research project are shared more widely for the use of musicologists and liturgical historians.”

— *Journal of the Society for Catholic Liturgy* (Volume 23.2, 2019)

“Its copious selection of hundreds of tunes and texts, including favorites, forgotten gems, and new commissions, all beautifully formatted and presented in a surprisingly compact hardcover volume, is not only unparalleled by any other current hymnal, but well exceeds that of any hymnal I have seen from any period.”

— *New Liturgical Movement website* (10 June 2019)

“This hymnal is a work of incredible scholarship which puts the fruit of that scholarship to work in a practical vehicle for opening the treasures of Catholic hymnody to the people.”

— *Rev'd Fr Chris Smith* (Pastor, Prince of Peace Catholic Church)

CCWATERSHED.ORG/HYMN



Lectio II

Notandum vero nobis est, quidnam sit quod in dextris sedere Angelus cernitur. Quid namque per sinistram, nisi vita præsens : quid vero per dexteram, nisi perpétua vita designatur ? Unde in Canticis canticorum scriptum est : *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* Quia ergo Redemptor noster jam præséntis vitæ corruptionem transierat, recte Angelus, qui nuntiare perennem ejus vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola cándida coopértus apparuit : quia festivitátis nostræ gaudia nuntiávit. Candor etenim vestis, splendorem nostræ denúnciat solemnitatís. Nostræ dicámus, an suæ ? Sed ut fateámur vérius, et suæ dicámus, et nostræ. Illa quippe Redemptóris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem redúxit : et Angelórum festivitas éxstitit, quia nos revocándo ad cælestia, eórum número implévit. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II

IV.

Cum transisset * sá-ba-tum, Ma-rí-a

Mag-da-lé-ne, et Ma-rí-a Jacóbi, et Saló-me

emé-runt aró-ma-ta, * ut veni-én-tes

únge-rent Je-sum, allelú-ja, alle-

lú-ja. **V.** Et valde mane una sabbatórum,

veni-unt ad monumén-tum, or-to jam so-le.

* Ut veni-én-tes. Glóri-a Patri, et Fí-li-o,

et Spi-rí-tu-i San-cto. * Ut ve-ni-én-tes.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Ad societátem civium supernórum * perdúcat nos Rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio III

In sua ergo ac nostra festivitáte Angelus in albis vés-tibus apparuit : quia dum nos per resurrectiónem Domi-nicam ad supérna reducimur, cælestis pátriæ damna reparántur. Sed quid adveniéntes féminas affátur, audiá-mus : Nolite expavescere. Ac si apérte dicat : Páveant illi, qui non amant advéntum supernórum civium : per-timéscant, qui carnálibus desidériis pressi, ad eórum se societátem pertingere posse despérant. Vos autem cur pertiméscitis, quæ vestros concives vidétis ? Unde et Matthæus Angelum apparuisse describens, ait : Erat aspéctus ejus sicut fulgur, et vestiménta ejus sicut nix. In fúlgure etenim terror timóris est, in nive autem blandiméntum candóris. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Te Deum

(Cantum vide : 659)

Te Deum laudamus : * te
Dóminum confitémur.
Te ætérnum Patrem * om-
nis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi
Cæli, et univérse Potestátes :
Tibi Chérubim et Séraphim
* incessábili voce proclá-
mant :

Sanctus,
Sanctus,
Sanctus * Dóminus, Deus
Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra *
majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostoló-
rum chorus,

Te Prophetárum * laudá-
bilis númerus,

Te Mártyrum candidátus
* laudat exércitus.

Te per orbem terrárum *
sancta confitétur Ecclésia,
Patrem * imménsæ maje-
státis ;

Venerándum tuum verum
* et únicum Fílium ;

Sanctum quoque * Pará-
clitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus
es Fílius.

Tu, ad liberándum suscep-
túrus hómīnem, * non hor-
ruisti Vírginis úterum.

Tu, devicto mortis acúleo,
* aperuisti credéntibus re-
gna cælórum.

Tu ad dexteram Dei sedes,
* in glória Patris.

Judex créderis * esse ven-
túrus.

¶ *Sequens versus dicitur flexis
genibus.*

Te ergo quæsumus, tuis
fámulis súbveni, * quos preti-
óso ságuine redemisti.

Ætérna fac cum Sanctis
tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum,
Dómine, * et benedic here-
ditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle
illos usque in ætérnum.

Per singulos dies * bene-
dicimus te ;

Et laudámus nomen tuum
in sæculum, * et in sæculum
sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto
* sine peccáto nos custo-
dīre.

Miserére nostri, Dómine,
* miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dó-
mine, super nos, * quem-
admodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi :
* non confúndar in ætér-
num.

Te Deum, juxta morem Romanum

III.
T

e De-um laudamus : * te Dóminum confité-
mur. Te ætérnum Pa-trem omnis terra venerá-tur.

Tibi omnes Ange-li, tibi cæli et univérse pote-


stá-tes : Tibi Chérubim et Séraphim incessábi-li

voce proclámant : Sanc- tus, Sanc- tus, Sanctus

Dóminus De-us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæli et ter-

ra majestátis glóri-æ tu-æ. Te glo-ri-ó-sus


Apostolórum cho-rus : Te Prophetá- rum laudábi-



lis númerus : Te Mártyrum candi-dá-tus laudat
 exérci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-
 tétur Ecclé-si-a : Patrem imménsæ majestá-tis :
 Venerándum tu-um ve-rum, et únicum Fí-li-um :
 Sanctum quoque Pará-cli-tum Spí-ritum. Tu Rex
 gló-ri-æ, Chri-ste. Tu Patris sempitérnus es Fí-
 li-us. Tu ad liberándum susceptúrus hómí-nem,
 non horru-ísti Vírginis ú-terum. Tu devicto mortis
 acú-le-o, aperu-ísti credéntibus regna cæló-rum.



Tu ad délixeram De-i se-des, in gló-ri-a Pa-tris.
 Judex créde-ris esse ventúrus. Te ergo quæsumus,
 tu-is fámu-lis súbveni, quos pre-ti-óso sánguine
 redemísti. Ætérna fac cum sanctis tu-is in
 gló-ri-a numerá-ri. Salvum fac pópulum tu-um,
 Dómi-ne, et bédedic here-di-tá-ti tu-æ. Et
 re-ge e-os, et extól-le illos usque in ætér-num.
 Per síngu-los di-es, bene-dí-cimus te. Et laudá-
 mus nomen tu-um in sæculum, et in sæ-culum



sæcu-li. Dignáre, Dómine, di-e i-sto sine pec-
 cá-to nos custodi-re. Mi-se-rére nostri, Dómine,
 mi-se-rére nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a,
 Dómine, super nos, quemádmódum sperá-vimus in
 te. In te, Dómine, sperá- vi: non confúndar in
 ætér- num.

Dicto Te Deum, statim incipiuntur Laudes a V. Deus, in ad-
 jutórium, ut infra.

In publica recitatione Matutinum in Choro a Laudibus separari
 non potest.

In privata vero recitatione Matutinum a Laudibus separari po-
 test; quo in casu, post Hymnum Te Deum, dicitur:

V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

¶ Hic Versus Dóminus vobíscum non dicitur ab eo, qui non
 est saltem in ordine Diaconatus; sed ejus loco substituitur, etiam
 in aliis Horis:

V. Dómine, exáudi oratióem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 Orémus.

Et dicitur Oratio ut ad Laudes.

Post Orationem additur:

V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.
 V. Benedicámus Dómino.
 R. Deo grátias.
 V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant
 in pace.
 R. Amen.


Deinde dicitur Pater noster, totum secreto.

AD LAUDES

Si Laudes extra Chorum separentur a Matutino, ante eas dici-
 tur secreto Pater noster et Ave, María; secus absolute incipiuntur
 ut sequitur:


V. Deus, in adjutórium.

1. Ant. VIII. G



Angelus autem Dó-mini * descéndit de cæ-lo,

et accé-dens revólvit lápidem, et sedébat super



e-um, allelú-ja, allelú-ja. E u o u a e.

Psalmus 92

Dóminus regnávít, decó-
rem indútus est : * in-
dútus est Dóminus fortitú-
dinem, et præcínxit se.

Etenim firmávit orbem
terræ, * qui non commové-
bitur.

Paráta sedes tua ex **tunc** :
* a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina, **Do**-
mine : * elevavérunt flúmina
vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluc-
tus suos, * a vóci bus aquá-
rum multárum.

Mirábiles elatiónes **ma**-
ris : * mirábilis in altis Dó-
minus.

Testimónia tua credibília
facta sunt **nimis** : * domum
tuam decet sanctitúdo, Dó-
mine, in longitúdinem dié-
rum.

Glória Patri.

Anti-
phona

Angelus autem Dómini descéndit de cæ-lo,



et accé-dens revólvit lápidem, et sedébat super



e-um, allelú-ja, allelú-ja.


2. Ant.
VII. c

E

t, ecce, terramótus * factus est magnus : An-



ge-lus enim Dómi-ni descéndit de cælo, alle-lúja.



E u o u a e.

Psalmus 99

Jubiláte Deo, **omnis ter**-
ra : * servíte Dómino in
lætítia.

Introíte in conspectu ejus,
* in exsultatione.

Scitóte quóniam Dóminus
ipse est Deus : * ipse fecit
nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves pa-

scuæ ejus : * introíte portas
ejus in confessiône, átria
ejus in hymnis : confitemini
illi.

Laudáte nomen ejus : quón-
iam suávis est Dóminus, †
in ætérnum misericórdia
ejus, * et usque in genera-
tió nem et generatió nem ve-
ritas ejus.

Glória Patri.


Anti-
phona



Et ecce, terramótus factus est magnus : An-




ge-lus enim Dómi-ni descéndit de cæ-lo, allelú-ja.




3. Ant.
VIII. c

E

-rat au-tem * aspéctus ejus sic-ut ful-gur :



vestiménta e-jus sicut nix, allelú-ja, allelú-ja.



E u o u a e.

Psalmus 62

Deus, Deus meus, * ad te de luce vigilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquosa : * sic in sancto apparui tibi, ut vidérem virtutem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhæsit ánima mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introibunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

Glória Patri.

Anti-
phona

Erat autem apéctus ejus sic-ut fúl-gur :

vestiménta e-jus sicut nix, allelú-ja, allelú-ja.

4. Ant.
VII. a

Præ timóre autem ejus * extérri-ti sunt custó-

des, et facti sunt velut mórtu-i, allelú-ja.

E u o u a e.

Canticum trium Puerorum.
Danielis 3, 57-88 et 56

Benedicite, ómnia ópera Domini, Domino : * laudáte et superexaltáte eum in saecula.

Benedicite, Angeli Domini, Domino : * benedicite, caeli, Domino.

Benedicite, aquæ omnes, quæ super caelos sunt, Domino : * benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.

Benedicite, sol et luna, Domino : * benedicite, stellæ caeli, Domino.

Benedicite, omnis imber et ros, Domino : * benedicite, omnes spíritus Dei, Domino.

Benedicite, ignis et aestus, Domino : * benedicite, frigus et aestus, Domino.

Benedicite, rores et pruina, Domino : * benedicite, gelu et frigus, Domino.

Benedicite, glacies et nives, Domino : * benedicite, noctes et dies, Domino.

Benedicite, lux et tenebræ, Domino : * benedicite, fúlgura et nubes, Domino.

Benedicat terra Domini : * laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite, montes et colles, Domino : * benedicite,

universa germinántia in terra, Domino.

Benedicite, fontes, Domino : * benedicite, mária et flumina, Domino.

Benedicite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Domino : * benedicite, omnes volúcris caeli, Domino.

Benedicite, omnes béstiae et pecora, Domino : * benedicite, filii hominum, Domino.

Benedicat Israël Dominum : * laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite, sacerdotes Domini, Domino : * benedicite, servi Domini, Domino.

Benedicite, spíritus, et ánima justorum, Domino : * benedicite, sancti, et húmiles corde, Domino.

Benedicite, Ananía, Azaría, Misaël, Domino : * laudáte et superexaltáte eum in saecula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in saecula.

Benedíctus es, Dómine, in firmamento caeli : * et laudábilis et gloriósus et superexaltatus in saecula.

Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen.

Anti-
phona

Præ timóre autem ejus extérri-ti sunt custó-

des, et facti sunt velut mórtu-i, allelú-ja.

5. Ant.
VIII. G

R

espóndens autem Ange-lus * di-xit mu-li-é-

ribus : No-li-te timé-re : sci-o enim quod Jesum

quæri-tis, allelú-ja. E u o u a e.

Psalmus 148

Laudáte Dóminum de cae-
lis : * laudáte eum in
excélsis.Laudáte eum, omnes An-
geli ejus : * laudáte eum, om-
nes virtutes ejus.Laudáte eum, sol et luna :
* laudáte eum, omnes stel-
lae, et lumen.Laudáte eum, cæli cælo-
rum : * et aquæ omnes, quæ
super cælos sunt, laudent
nómen Dómini :Quia ipse dixit, et facta
sunt : * ipse mandávit, et
creáta sunt,Státuit ea in ætérnum, et
in sæculum sæculi : * præ-
céptum pósuit, et non præ-
teribit.Laudáte Dóminum de ter-
ra, * dracones, et omnes
abyssi.Ignis, grando, nix, glacies,
spíritus procellarum : * quæ
fáciunt verbum ejus :Montes et omnes colles :
* ligna fructífera, et omnes
cedri :Béstia, et univérsa peco-
ra : * serpéntes, et volúcris
pennátæ :

Reges terræ, et omnes

populi, * príncipes, et omnes
júdices terræ.Júvenes et vírgines : † se-
nes cum junióribus laudent
nómen Dómini : * quia ex-
altátum est nómen ejus so-
lius.Conféssio ejus super cæ-
lum et terram : * et exaltá-
vit cornu pópulí sui.Hymnus ómnibus sanctis
ejus : * filiis Israël, pópulo
appropinquanti sibi.

Glória Patri.

Anti-
phona

Respóndens autem Ange-lus di-xit mu-li-éri-

bus : No-li-te timé-re : sci-o enim quod Jesum

quæri-tis, allelú-ja.

Capitulum, Hymnus et Versus non dicuntur, sed eorum loco :

Ant.

II.

H


æc di-es, * quam fe-cit

Dó-mi-nus : ex-sul-té-

mus, et læ-té-mur in e-a.

Ad Benedictus, Antiphona


VIII. G.



ad monuméntum, or-to jam so-le, allelú-ja.

Canticum Zachariae

Luc. 1, 68-79



vi-si-távit, et fecit redempti-ónem plebis su-æ :

Et erexit cornu **salútis** no-bis : * in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est **per** os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus :

Salútem ex inimicis **no**-stris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos :

Ad faciendam misericór-diam cum **patribus** nostris : * et memorári testaménti **sui** sancti.

Jusjurándum, quod jurá-vit ad **Abraham**, patrem **no**-strum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum **libe**-rati, * serviamus illi,

In sanctitáte, et justítia coram **ipso**, * ómnibus die-bus nostris.

Et tu, puer, prophéta Al-tíssimi vocaberis : * præibis enim ante faciém Dómini paráre **vias** ejus :


Ad dandam sciéntiam **salútis** plebi ejus : * in re-missionem peccatórum eó-rum :

Per viscera misericórdiae Dei **nostri** : * in quibus visitávit nos, **óriens** ex alto :

Illumináre his, qui in té-nebris, et in **umbra** mortis **sedent** : * ad dirigéndos pe-des nostros in **viam** pacis.

Glória Patri.

Anti-phona



ad monuméntum, or-to jam so-le, allelú-ja.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitá-tis nobis áditum devicta morte reserásti : † vota nostra, quæ præveniéndò aspiras, * étiam adjuvándò proséquere. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Chri-stum Filium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.



V. Bene-dicámus Dómino, allelú-ja, alle-lú-ja.

R. De-o grá-ti-as, allelú-ja, alle-lú-ja.

Sic dicitur in Laudibus et Vesperis tantum.

V. Fidélium animæ per misericórdiam Dei requiáscant in pace. **R.** Amen.

Deinde in publica Officii recitatione, si discedendum sit a Cho-ro, itemque in recitatione privata, si tunc terminetur Officium ; alioquin, in fine ultimæ Horæ dicitur Pater noster, totum secretó : eoque recitato subjungitur :

V. Dóminus det nobis suam pacem.

R. Et vitam ætérnam. Amen.

Et immediate dicitur, cum suis Versu et Oratione, Antiphona Regina cæli, ut supra. 642

Postea concluditur :

V. Divínium auxílium máneat semper nobíscum.

R. Amen.

AD PRIMAM

Pater noster, Ave, María et Credo.

Y. Deus, in adiutorium.

Deinde absolute inchoatur a Psalmis :

Psalmus 53

D

e-us, in nómine tu-o salvum me fac : * et in

virtute tu-a judi-ca me.

Deus, exaudi orationem meam : * áuribus percipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsus me, † et fortes quásiérunt animam meam : * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est animæ meæ.

Avérte mala inimicis meis : * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo, Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatione eripuisti me : * et super inimicos meos despexit óculus meus.

Glória Patri.

Psalmus 118, j

Beáti immaculáti in viá : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur testimónia ejus : * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodiri nimis.

Utinam dirigántur viae meæ, * ad custodiéndas justificationes tuas !

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandatis tuis.

Confítebor tibi in directi-one cordis : * in eo quod díci judícia justitiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam : * non me derelinquas usquequaque.

In quo córrigit adolescén-tior viam suam ? * in custo-diéndo sermones tuos.

In toto corde meo exqui-sívi te : * ne repéllas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi-elóquia tua : * ut non pec-cem tibi.

Benedictus es, Dómine : * doce me justificationes tuas.

In lábiis meis, * pronun-tiávi ómnia júdicia oris tui.

In via testimoniórum tuó-rum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercé-bor : * et considerábo vias tuas.

In justificatióibus tuis meditábor : * non obliviscar sermones tuos.

Glória Patri.

Psalmus 118, ij

Retribue servo tuo, viví-fica me : * et custódiam sermones tuos.

Revéla óculos meos : * et considerábo mirabília de-le-gé tua.

Incola ego sum in terra : * non abscondas a me man-dáta tua.

Concupívit ánima mea de-sideráre justificatiónes tuas, * in omni témpore.

Incepásti supérbos : *

maledicti qui declínant a mandatis tuis.

Aufer a me oppróbrium, et contéptum : * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt prínci-pes, et advérsus me loque-bántur : * servus autem tuus exercebátur in justificatióni-bus tuis.

Nam et testimónia tua me-ditátio mea est : * et consí-lium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavíménto ani-ma mea : * vivífica me se-cúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudisti me : * doce me justificationes tuas.

Viam justificatiónum tuá-rum instrue me : * et exer-cébor in mirabilibus tuis.

Dormitávit ánima mea prae tædio : * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me : * et de lege tua mise-rere mei.

Viam veritátis elégi : * júdicia tua non sum oblí-tus.

Adhæsi testimoniis tuis, Dómine : * noli me confún-dere.

Viam mandatórum tuó-rum cucúrri, * cum dilatásti cor meum.

Glória Patri.

Expletis Psalmis dicitur Ant. Hæc dies, ut supra, 669

22 Offic. Maj. Hebdom.

Deinde subjungitur recto tono :

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecísti : tua nos hódie salva virtúte ; ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatíones et ópera. Per Dóminum nostrum.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.



V. Benedicámus Dómino. **R.** De-o grá-ti-as.

Deinde in Choro legitur Martyrologium, quod laudabiliter fit etiam extra Chorum.

Postea Hebdomadarius dicit :

V. Pretiósá in conspéctu Dómini.

R. Mors Sanctórum ejus.

Et absolute sine Orémus :

Oratio

Sancta María, et omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, † ut nos mereámur ab eo adjuvári et salvári, * qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Deus, in adjutórium meum inténde.

R. Dómine, ad adjuvándum me festína.

Et dicitur ter ; ultimo additur :

V. Glória Patri, et Filio, * et Spírítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Réspice in servos tuos, Dómine, et in ópera tua, * et dirige filios eórum.

R. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dirige super nos, * et opus mánuum nostrárum dirige.

V. Glória Patri, et Filio, * et Spírítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Oratio

O

-rémus. Di-rigere et sancti-ficáre, régere



et gubernáre dignáre, Dómine De-us, Rex cæ-li et



terræ, hódie corda, et córpora nostra, sensus, ser-




mónes et actus nostros in lege tu-a, et in opéribus




mandatórum tu-órum : ut hic, et in ætérnum, te



auxi-li-ánte, salvi et líberi esse mere-ámur, Sal-




vátor mundi: Qui vivis et regnas in sæcula sæcu-




lórur. *R.* Amen.

Lector


Benedictio



V. Jube, domne, benedí-cere. Di-es et actus nostros



in su-a pace dispónat Dóminus omnípotens.



R. Amen.

Lectio brevis

Col. 3, 1-2




Si consurrexístis cum Christo, † quæ sursum sunt



quæ-rite, ubi Christus est in délixtera De-i sedens:



* quæ sursum sunt sá-pite, non quæ super terram. Tu



autem, Dómine, mi-serére nobis. *R.* De-o gráti-as.



V. Adjutóri-um nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui




fecit cælum et terram. *V.* Benedí-ci-te. *R.* De-us.




Bened. Dóminus nos benedícat, et ab omni malo



deféndat: et ad vitam perdúcat ætérnam. Et fidé-



li-um ánimæ per mise-ricórdi-am De-i requi-éscant



in pace. *R.* Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster, *secreto*; nisi sequatur alia Hora.

AD TERTIAM

Pater noster et Ave, María.

V. Deus, in adjutórium.

Deinde absolute inchoatur a Psalmis:

Psalmus 118, iij



Legem pone mihi, Dómine, vi-am justí-fica-



ti-ónum **tu**-árum : * et exquíram **e**-am semper.

Da mihi intelléctum, et scrutábor **legem** tuam : * et custódiám illam in toto **cor**-de meo.

Deduc me in sémitam mandatórum **tuórum** : * quia **ipsam** volui.

Inclína cor meum in testimónia tua : * et non in **avar**-ritiam.

Avérte óculos meos ne vídeant **vanitatem** : * in via tua **vivifica** me.

Státue servo tuo **elóquium** tuum, * in **timore** tuo.

Amputa oppróbrium meum quod **suspiciátus** sum : * quia **judicia tua** jucúnda.

Ecce, concupívi **mandáta** tua : * in **æquitáte** tua **vivifica** me.

Et véniat super me **miser**-icórdia tua, Dómine : * **salutáre** tuum secúndum **elóquium tuum**.

Et respondébo exprobrántibus **mihi** verbum : * quia **sperávi** in **sermónibus** tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum **veritátis** us**quequá**-que : * quia in **judiciis** tuis **supersperávi**.

Et custódiám **legem tuam** semper : * in **sæculum** et in **sæculum** **sæculi**.

Et ambulábam in **latitú**-dine : * quia **mandáta** tua **exquisívi**.

Et loquébar in testimoniis tuis in **conspéctu** regum : * et non **confundébar**.

Et meditábar in **mandátis** tuis, * **quæ** **diléxi**.

Et levávi manus meas ad **mandáta** tua, **quæ** **diléxi** : * et exercébar in **justificatió**-nibus tuis.

Glória Patri.

Psalmus 118, iv

Memor esto verbi tui ser-vo tuo, * in quo mihi **spem** dedísti.

Hæc me consoláta est in **humilitáte** mea : * quia **elóquium tuum** **vivificávit** me.

Supérbi inique agébant us-**quequá**que : * a lege autem tua non **declinávi**.

Memor fui **judiciórum** tuórum a **sæculo**, Dómine : * et **consolátus** sum.

Deféctio **ténuit** me, * pro peccatóribus **derelinquéntibus** **legem** tuam.

Cantábiles mihi erant **justificatió**-nes tuæ, * in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte **nóminis** tui, Dómine : * et custodívi **legem** tuam.

Hæc facta **est** mihi : * quia **justificatió**-nes tuas **exquisívi**.

Pórtio mea, Dómine, * **di**-xi custodíre **legem** tuam.

Deprecátus sum **faciem** tuam in toto **corde** meo : * **miserére** mei secúndum **elóquium** tuum.

Cogitávi **vias** meas : * et **convérti** pedes meos in testi-mónia tua.

Parátus sum, et non sum **turbátus** : * ut custódiám **mandata** tua.

Funes peccatórum circum-pléxi sunt me : * et **legem** tuam non **sum** oblitus.

Média nocte surgébam ad **confiténdum** tibi, * super **judicia** **justificationis** tuæ.

Párticeps ego sum óm-nium **timéntium** te : * et **custodiéntium** **mandata** tua.

Misericórdia tua, Dómine, plena **est** terra : * **justifica**-tiónes tuas doce me.

Glória Patri.

Psalmus 118, v

Bonitatem fecisti cum ser-vo tuo, Dómine, * secúndum **verbum** tuum.

Bonitatem, et disciplinam, et sciéntiam doce me : * quia **mandátis** tuis **crédidi**.

Príusquam humiliárer ego **delíqui** : * proptérea **elóquium tuum** **custodívi**.

Bonus es tu : * et in **boni**-táte tua doce me **justificatió**-nes tuas.

Multiplicáta est super me iniquitas **superbórum** : * **ego** autem in toto **corde** meo scrutábor **mandata** tua.

Coagulátum est sicut lac **cor eórum** : * **ego** vero **legem** tuam **meditátus** sum.

Bonum mihi quia **humiliá**-sti me : * ut discam **justifi**-cationes tuas.

Bonum mihi **lex oris** tui, * super **míllia auri** et **argén**-ti.

Manus tuæ fecerunt me, et **plasmavérunt** me : * da mihi intelléctum, et discam **mandata** tua.

Qui **timent** te vidébunt me, et **lætábuntur** : * quia in ver-ba tua **supersperávi**.

Cognóvi, Dómine, quia **æquitas** **judicia** tua : * et in **veritáte** tua **humiliásti** me.

Fiat **miser**icórdia tua ut **consolétur** me, * secúndum **elóquium tuum** **servo** tuo.

Véniant mihi **miseratió**-nes tuæ, et **vivam** : * quia **lex** tua **meditatio** mea est.

Confundántur **supérbi**, quia **injúste** iniquitatem **fecérunt** in me : * **ego** autem exercébor in **mandatis** tuis.

Convertántur mihi **timén**-tes te : * et qui novérunt **testimónia** tua.

Fiat cor meum **immaculá**-tum in **justificatió**nibus tuis, * ut **non** **confúndar**.

Glória Patri.

Ant. Hæc dies, *ut supra*. 669

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum devicta morte reserásti : † vota nostra, quæ præveniéndó aspiras, * étiam adjuvándó proséquere. Per Dóminum.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.



V. Bene-dicámus Dóminó. *R.* De-o grá-ti-as.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiészant in pace.

R. Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster, secreto, nisi sequatur alia Hora.

In Missa Pontificali *V.* Benedicámus Dómino canitur sub hoc tono :



V. Bene- di- cá- mus Dó- mi- no.



R. De-o grá- ti- as.

Et non dicitur *V.* Fidélium ánimæ, neque additur Pater noster, sed statim incipitur Missa.

Ad Asperionem Aquæ benedictæ

† Aspersio aquæ benedictæ omittitur si Episcopus solemniter celebret.

Ant.
VIII.

V

i-di aquam * egre- di- éntem de tem-



plo, a lá- te-re dex- tro, alle- lú- ja : et



omnes, ad quos pervénit a- qua i-sta,



sal- vi fac- ti sunt, et di- cent, alle-lú-ja, al-



le- lú- ja. **Ps. 117** Confi-témini Dómino quó-ni-am



bonus : * quó-ni-am in sæculum mise-ri-cór-di-a



ejus. **Gló-ri-a** Patri, et Fí-li-o, et Spi-ri- tu-i



Sancto. * Sic-ut erat in princi-pi-o, et nunc, et sem-



per, et in sæcula sæcu- lorum. Amen.

Repetitur Ant. Vidi aquam.

V. Ostende nobis, Dómine, misericórdiam tuam, alle-
lúja.

R. Et salutáre tuum da nobis, allelúja.

V. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne
Deus : et mittere dignéris sanctum Angelum tuum
de cælis : qui custódiat, fóveat, prótegat, visitet, atque
deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chri-
stum Dóminum nostrum.

R. Amen.

AD MISSAM

Statio ad Sanctam Mariam Majorem

Intr.
IV.

Resur-ré-xi, * et adhuc tecum sum,



al- le- lú- ja : po- su- í- sti su- per me ma-




num tu- am, al- le- lú- ja : mi- rá- bi- lis fac-



ta est sci- én- ti- a tu- a, alle- lú- ja,

AD MISSAM



al- le- lú- ja. *Ps.* Dó- mine, probásti me, et cogno-



vísti me : * tu cognovísti sessi- ónem me- am, et resur-



recti- ó- nem me- am. *Gló- ri- a Patri.* E u o u a e.

Kyrie, et Glória ut in Sabbato Sancto. 626

Oratio

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum, æterni-
tátis nobis áditum devicta morte reserásti : † vota
nostra, quæ præveniéndó aspiras, * étiam adjuvándó
proséquere. Per eúmdem Dóminum.


Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

1 Cor. 5, 7-8

Fratres : Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova
conspersio, sicut estis ázyimi. Etenim Pascha nostrum
immolátus est Christus. Itaque epulémur : non in fer-
ménto vétéri, neque in ferménto malítiæ, et nequitiae :
sed in ázyimis sinceritátis et veritátis.

Grad.
II.


Hæc di- es, * quam fe- cit



Dó- mi- nus : exsulté- mus,




et læ- té- mur in e- a.



Confitémini Dó- mi- no,
 quó- ni- am bo- nus :
 quó-ni- am in sæ- cu- lum
 mi-se-ri-cór- di- a * e- jus.

VII.



A l-le-lú- ja. * ij.
 y. Pascha nostrum immo-
 lá-
 tus est * Chri- stus.

Non repetitur Allelúja sed statim additur :

Seq.
I.**V**



íctimæ pascháli laudes * immo-lent Christi-á-
 ni. Agnus redémit oves : Christus innocens Patri
 reconci- li-á-vit peccatóres. Mors et vita du-élo
 conflíxere mirándo : dux vitæ mórtu-us, regnat vi-
 vus, Dic nobis, Ma-rí-a, quid vidísti in vi-a ?
 Sepúlcrum Christi vivéntis, et gló-ri-am vidi resur-
 géntis : Angé-licos testes, sudá-ri-um, et vestes.
 Surréxit Christus spes me- a : præcédet su-os in



Ga-li-læ-am. Scimus Christum surrexisse a mórtu-is



vere : tu nobis, victor Rex, mi-seré-re. Amen.



Alle-lúja.

Sequentia dicitur usque ad Sabbatum in Albis inclusive.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.

Marc. 16, 1-7

In illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salomé emérunt arómata ut venientes úngerent Jesum. Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Et dicébant ad invicem : Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti ? Et respiciéntes vidérunt revolútum lápidem. Erat quippe magnus valde. Et introcúntes in monuméntum viderunt júvenem sedéntem in dextris, coopértum stola cándida, et obstupuerunt. Qui dicit illis : Nolite expavéscere : Jesum quæritis Nazarénum, crucifíxum : surrêxit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis ejus, et Petro, quia præcédit vos in Galilæam : ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

Offert.

II.



er-ra * trému- it, et qui- é- vit,



dum resúrge-ret in judí- ci- o, De- us,



al- le- lú-ja.

Secreta

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta mystériis, ad æternitátis nobis medélam, te operánte, proficiant. Per Dóminum.



P er ómni-a sæcu-la sæculó-rum. R. Amen.



V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíri-tu tu- o. V. Sur-




sum corda. R. Habémus ad Dóminum. V. Grá-ti- as



agámus Dómino De-o nostro. R. Dignum et justum



est. Vere dignum et justum est, æquum et sa-lu-



tá-re : Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in



hac po-tíssimum di-e glo-ri-ó-si-us prædi-cáre, cum



Pascha nostrum immo-latus est Christus. Ipse enim
verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui
mortem nostram moriendo destruxit, et vitam re-
surgendo reparavit. Et ideo cum Ange-lis et Ar-
chánge-lis, cum Thronis et Domina-ti-ónibus cum-
que omni mi-lí-ti-a caeléstis ex-érci-tus, hymnum gló-
ri-æ tu-æ cánimus, si-ne fi-ne dicéntes :

Sanctus et Benedictus ut in Sabbato Sancto. 631

Infra Actionem

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes Resurrecciónis Dómini nostri Jesu Christi secúndum carnem : sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Virginis Mariæ, Genitricis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatórum Apostolórum, ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joán-

nis, Thomæ, Jacóbi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi : Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, et ómnium Sanctórum tuórum : quorum méritis precibúque concédas, ut in ómnibus protec-tiónis tuæ muniámur auxilio. **Jungit manus.** Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super oblata, dicit :

Hanc igitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua et Spíritu Sancto, tribuens eis remissionem ómnium peccatórum, quæsumus, Dómine, ut placátus accipias, diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. **Jungit manus.** Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblatiónem, etc., ut in Canone. 11

Et sic dicitur usque ad Sabbatum in Albis inclusive.

IV.



Agnus De-i, * qui tollis peccá-ta mun-di :
mi-seré- re no-bis. Agnus De-i, * qui tollis
peccá-ta mun-di : mi-seré- re no-bis. Agnus
De-i, * qui tollis peccá-ta mun-di : dona no-
bis pa-cem.

Comm.
VI.

Pascha nostrum * immo-látus est Chri-
stus, alle-lú-ja : í-ta- que e-pu-lé-mur
in á-zy-mis since-ri-tá-tis et ve-ri-tá-tis, alle-
lú-ja, alle- lú-ja, alle- lú-ja.

Postcommunio

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde : † ut
quos sacraméntis paschálibus satiásti, * tua fácias
pietátē concórdes. Per Dóminum... in unitátē ejúsdem.

VIII.

I-te, Missa est, alle-lúja, alle- lú-ja.
R. De-o grá-ti-as, alle-lúja, alle- lú-ja.

Et sic dicitur usque ad Sabbatum in Albis inclusive, juxta Ru-
bricas.

AD SEXTAM

Pater noster et Ave, María.

V. Deus, in adjutórium.

Deinde absolute inchoatur a Psalmis :

Psalmus 118, vj

D

e-fecit in salu-táre tu-um ánima me-a : *

et in verbum tu-um supersperávi.

Defecérunt óculi mei in
elóquium tuum, * dicétes :
Quando consolaberis me ?

Quia factus sum sicut uter
in **pruina** : * justificatiónes
tuas non **sum** oblítus.

Quot sunt dies **servi** tui ?
* quando fácies de perse-
quéntibus **me** judícium ?

Narravérunt mihi iniqui
fabulatiónes : * sed non ut
lex tua.

Omnia mandáta tua véritas :
* inique persecúti sunt
me, **adjuva** me.

Paulo minus consummavé-
runt me **in** terra : * ego autem
non dereliqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam
tuam vivífica me : * et cu-
stódiam testimónia oris tui.

In **ætérnum**, Dómine, *
verbum tuum pérmanet in
cælo.

In generatióem et gene-
ratióem **véritas** tua : * fun-
dásti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tua persever-
rat dies : * quóniam ómnia
sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditá-
tio mea est : * tunc forte
períssem in humilitate mea.

In **ætérnum** non oblivíscar
justificatiónes tuas : * quia
in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, **salvum** me
fac : * quóniam justificatió-
nes tuas **exquisivi**.

Me expectavérunt pecca-
tóres ut pérderent me : *
testimónia tua **intelléxi**.

Omnis consummationis vi-
di finem : * latum mandátum
tuum nimis.

Glória Patri.

Psalmus 118, vij

Quómodo diléxi legem
tuam, Dómine ? * tota
die meditatio mea est.

Super inimicos meos pru-
déntem me fecisti mandáto
tuo : * quia in **ætérnum**
mihi est.

Super omnes docétes me
intelléxi : * quia testimónia
tua meditatio mea est.

Super senes **intelléxi** : *
quia mandáta tua quæsi-
vi.

Ab omni via mala prohibui
pedes meos : * ut custódiam
verba tua.

A judiciis tuis non decli-
návi : * quia tu legem po-
suisti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis
elóquia tua, * super mel ori
meo !

A mandátis tuis **intelléxi** :
* proptérea odívi omnem
viam **iniquitátis**.

Lucérna pédibus meis verbum tuum, * et lumen sémitis meis.

Jurávi, et státui * custodire iudicia justitiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequaque, Dómine : * vivifica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei benelácita fac, Dómine : * et iudicia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper : * et legem tuam non sum oblítus.

Posuerunt peccátore lácqueum mihi : * et de mandátis tuis non errávi.

Hereditáte acquisivi testimónia tua in aetérnum : * quia exsultatio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in aetérnum, * propter retributiómem.

Glória Patri.

Psalmus 118, viij

Iniquos ódio hábui : * et legem tuam diléxi.

Adjútor et suscéptor meus es tu : * et in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me, maligni : * et scrutábor mandata Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam : * et non confundas me ab expectatione mea.

Adjuva me, et salvus ero : * et meditabor in justificatióibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedéntes a iudiciis tuis : * quia iníusta cogitatio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccátore terræ : * ideo diléxi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas : * a iudiciis enim tuis tímui.

Feci iudiciúm et justítiam : * non tradas me calumniatibus me.

Súscipe servum tuum in bonum : * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum : * et in elóquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam : * et justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine : * dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandata tua, * super aurum et topázion.

Proptérea ad ómnia mandata tua dirigébar : * omnem viam iníquam ódio hábui.

Glória Patri.

Ant. Hæc dies, 669 Oratio et reliqua ut supra ad Tertiam. 680

AD NONAM

Pater noster et Ave, María.

V. Deus, in adiutórium.

Deinde absolute inchoatur a Psalmis :

Psalmus 118, ix

Mi-rabí-li-a testi-móni-a tu-a : * íde-o scruta-ta est e-a anima me-a.



tá-ta est e-a anima me-a.

Declarátio sermónum tuórum illúminat : * et intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, et attráxi spíritum : * quia mandata tua desiderábam.

Aspice in me, et miserére mei, * secúndum iudiciúm diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dirige secúndum elóquium tuum : * et non dominétur mei omnis iniustitia.

Rédime me a calúmniis hóminum : * ut custódiam mandata tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum : * et doce me justificationes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei : * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine : * et rectum iudiciúm tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua : * et veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus : * quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter : * et servus tuus dilexit illud.

Adolescéntulus sum ego et contéptus : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justitia tua, justitia in aetérnum : * et lex tua veritas.

Tribulátio, et angústia invenerunt me : * mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimónia tua in aetérnum : * intelléctum da mihi et vivam.

Glória Patri.

Psalmus 118, x

Clamávi in toto corde meo, exáudi **me**, Dómine : * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac : * ut custódiám mandata tua.

Præveni in maturitatē, et clamávi : * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo : * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam, Dómine : * et secúndum iudícium tuum vivifica me.

Appropinquavérunt persecútes me iniquitatí : * a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Dómine : * et omnes viæ tuæ vèritas.

Initio cognóvi de testimoniis tuis : * quia in ætérnum fundasti ea.

Vide humilitátem meam, et éripe me : * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica iudícium meum, et rédime me : * propter elóquium tuum vivifica me.

Longe a peccatóribus salus : * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ, Dómine : * secúndum iudícium tuum vivifica me.

Multi qui persecúntur

me, et tribulant me : * a testimoniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, et tabescébam : * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandata tua diléxi, Dómine : * in misericórdia tua vivifica me.

Principium verbórum tuorum, vèritas : * in ætérnum ómnia iudicia justitiæ tuæ.

Gloría Patri.

Psalmus 118, xj

Príncipes persecúti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætabor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spóliam multa.

Iniquitátem ódio hábui, et abominátus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super iudicia justitiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * et non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum, Dómine : * et mandata tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua : * et diléxit ea veheménter.

Servávi mandata tua, et testimónia tua : * quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropínquet deprecátio

mea in conspéctu tuo, Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo : * secúndum elóquium tuum eripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum : * quia ómnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet

me : * quóniam mandata tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Dómine : * et lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, et laudábit te : * et iudicia tua adjuvábunt me.

Errávi, sicut ovis, quae périit : * quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblítus.

Gloría Patri.

Ant. Hæc dies, 669 Oratio et reliqua ut supra ad Tertiam. 680

AD VESPERAS

Pater noster et Ave, María.

Sequens tonus sollemnis adhiberi potest ad libitum in Vesperis, hodie et biduo sequenti.

V.
De-us, in adjutó-ri-um me-um inténde.

R. Dómine, ad adjuvándum me festi-na. **G**ló-ri-a

Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut erat

in princi-pi-o, et nunc, et semper, et in sæcula



sæculó-rum. Amen. Allelú-ja.

1. Ant.
VIII. G

A

nge-lus autem Dó-mi-ni * descéndit de cæ-



lo, et accé-dens revólvit lápidem, et sedébat



super e-um, allelú-ja, allelú-ja. E u o u a e.

Psalmus 109

Dixit Dóminus Dómino
meo : * Sede a dextris
meis.

Donec ponam inimícos
tuos, * scabéllum pedum
tuórum.

Virgam virtútis tuæ emít-
tet Dóminus ex Sion : * do-
mináre in médio inimicórum
tuórum.

Tecum princípium in die
virtútis tuæ in splendóribus
sanctorum : * ex útero ante
lucíferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non
pœnitebit eum : * Tu es sa-
cérdos in ætérnum secúndum
órdinem Melchisedech.


Dóminus a dextris tuis, *
confrégit in die iræ suæ re-
ges.

Judicábit in natió nibus,
implébit ruinas : * conuas-
sábit cápita in terra multó-
rum.

De torrén-te in via bi-
bet : * proptérea exaltabit
caput.

Glória Patri.


Anti-
phona



Angelus * autem Dó-mi-ni descéndit de cæ-



lo, et accé-dens revólvit lápidem, et sedébat




super e-um, allelú-ja, allelú-ja.


2. Ant.
VII. c

E

t ecce, terræmó-tus * factus est magnus :



Ange-lus enim Dó-mi-ni descéndit de cæ-lo, allelú-ja.



E u o u a e.

Psalmus 110

Confitebór tibi, Dómine,
in toto corde meo : * in
consílio justórum, et congre-
gatione.

Magna opera Domini : *
exquisita in omnes volunta-
tes ejus.

Confessio et magnificéntia
opus ejus : * et justitia ejus
manet in saeculum saeculi.

Memóriam fecit mirabi-
lium suórum, † miséricors et
miserátor Dominus : * escam
dedit timentibus se.

Memor erit in saeculum tes-
tamenti sui : * virtútem
óperum suórum annuntiábit
populo suo :

Ut det illis hereditatem
Gentium : * ópera mánuum
ejus véritas, et judicium.

Fidélia ómnia mandata
ejus : † confirmata in saecu-
lum saeculi, * facta in veri-
tate et aequitate.

Redemptiónem misit po-
pulo suo : * mandávit in
ætérnum testamentum su-
um.

Sanctum, et terríbile no-
men ejus : * initium sapién-
tiæ timor Domini.

Intelléctus bonus ómnibus
facientibus eum : * laudatio
ejus manet in saeculum sae-
culi.

Glória Patri.

Anti-
phona

Et ecce, terramótus factus est magnus : An-



gelus enim Dómi-ni descendit de cælo, allelú-ja.


3. Ant.
VIII. c

E

-rat au-tem * aspéctus ejus sic-ut ful-gur :



vestiménta e-jus sicut nix, allelú-ja, allelú-ja.



E u o u a e.

Psalmus 111

Beatús vir qui timet Dó-minum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectórum benedicétur.

Glória, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui mise-rétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in judi-cio : * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despiciat iní-micos suos.

Dispérsit, dedit paupé-ribus : † justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et ira-scétur, † déntibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatórum peribit.

Glória Patri.

Anti-
phona

Erat au-tem aspéctus ejus sic-ut ful-gur :



vestiménta e-jus sicut nix, allelú-ja, allelú-ja.


4. Ant.
VII. a

P

ræ timóre autem ejus * extérri-ti sunt custó-



des, et facti sunt velut mórtu-i, allelú-ja.



E u o u a e.

Psalmus 112

Laudáte, pueri, Domi-num : * laudáte nomen Domini.

Sit nomen Dómini bene-dictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad oc-casum, * laudábile nomen Domini.

Excélsus super omnes gen-tes Dominus, * et super cæ-los glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis habitat, * et humília respicit in cælo et in terra ?

Súscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pau-perem :

Ut cóllocet eum cum prin-cipibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Glória Patri.


Anti-
phona

Præ timóre autem ejus extérri-ti sunt custó-



des et facti sunt velut mórtu-i, allelú-ja.


5. Ant.
VIII. G



Respóndens autem Angelus * dixit mu-li-é-



ribus : No-lí-te timére : sci- o enim quod Jesum



quæri-tis, allelú-ja. E u o u a e.

Psalmus 113

In éxitu Israël de **Egypto**,
* domus Jacob de pópulo
bárbaro :

Facta est Judæa sanctifi-
cátio ejus, * Israël potestas
ejus.

Mare vidit, et **fugit** : *
Jordánis convérsus **est** re-
trórsum.

Montes exsultavérunt ut
arietes, * et colles sicut agni-
óvium.

Quid est tibi, mare, quod
fugisti ? * et tu, Jordánis,
quia convérsus **es** retrór-
sum ?

Montes, exsultástis sicut
arietes, * et colles, sicut agni-
óvium ?

A fácie Dómini mota est
terra, * a fácie Dei Jacob.

Qui convértit petram in
stagna **aquarum**, * et rupem
in **fontes** aquarum.

Non nobis, Dómine, non
nobis : * sed nómini tuo da
glóriam :

Super misericórdia tua et
veritaté **tua** : * nequándo di-
cant gentes : Ubi est Deus
eórum ?

Deus autem noster in **cae-**
lo : * ómnia quæcúmque vó-
luit, fecit.

Simulácrá géntium argén-
tum, et **aurum**, * ópera má-
nuum hóminum.

Os habent, et non **loquen-**
tur : * óculos habent, et **non**
vidébunt.

Aures habent, et non **au-**
dient : * nares habent, et non
odorábunt.

Manus habent, et non pal-
pábunt : † pedes habent, et
non ambulábunt : * non cla-
mábunt in gútture suo.

Similes illis fiant qui fá-
ciunt ea : * et omnes qui
confidunt in eis.

Domus Israël sperávit in
Domino : * adjútor eórum et
protéctor eórum est,

Domus Aaron sperávit in
Domino : * adjútor eórum et
protéctor eórum est,

Qui timent Dóminum, spe-
ravérunt in **Domino** : * ad-
jútor eórum et protéctor eó-
rum est.

Dóminus memor fuit **no-**
stri : * et **benedixit** nobis :

Benedixit dómui Israel :

* **benedixit dómui** Aaron.
Benedixit ómnibus, qui ti-
ment **Dominum**, * pusillis
cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super
vos : * super vos, et super
filios vestros.

Benedicti vos a **Domino**,
* qui fecit **cælum**, et ter-
ram.

Cælum cæli **Domino** : *
terram autem dedit filiis hó-
minum.

Non mórtui laudábunt te,
Domine : * neque omnes, qui
descéndunt in inférnum.


Sed nos qui vívimus, bene-
dicimus **Domino**, * ex hoc
nunc et **usque** in sæculum.

Glória Patri.


Anti-
phona



Respóndens autem Angelus dixit mu-li-é-



ribus : No-lí-te timére : sci- o enim quod Jesum



quæri-tis, allelú-ja.


Postea immediate subjungitur :

Ant.
II.

H



æc di- es * quam fe- cit



Ad Magnificat, Antiphona

III. a

Et respi-ci-én-tes * vidérunt revo-lú-tum lá-
pidem : erat quippe magnus valde, alle-lú-ja.

Canticum B. Mariæ Virginis

Luc. 1, 46-55

Magni-ficat * ánima me-a Dóminum :
2. Et exsultávit spí-ri-tus me-us * in De-o, salu-tá-ri
me-o.

3. Qui-a respéxit humi-li-tátem ancillæ su-æ : * ecce
enim ex hoc be-á-tam me dicent omnes genera-
ti-ónes.


4. Qui-a fecit mihi magna qui potens est : * et
sanctum nomen ejus.

5. Et mi-sericór-di-a ejus a progéni-e in progéni-
es * timéntibus e-um.


6. Fecit poténti-am in bráchi-o su-o : * dispérsit
superbos mente cordis su-i.



7. Depósu-it potén-tes de se-de, * et exaltávit húmiles.



8. Esu-ri-én-tes implévit bonis : * et dívi-tes dimísit



inánes.



9. Suscépit Isra-ël, pú-erum su-um, * recordátus



miseri-córdi-æ su-æ.



10. Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham,




et sémi-ni ejus in sæcula.



11. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, * et Spi-rí-tu-i Sancto.



12. Sicut erat in principi-o, et nunc, et semper, *



et in sæcula sæculórum. Amen.



Anti-
phona

Et respi-ci-én-tes vidérunt revolú-tum



lápídem : erat quippe magnus valde, alle-lú-ja.

Oratio et reliqua ut supra ad Laudes. 671


Ÿ. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja, ut supra ad Laudes,
vel (hodie et duobus diebus seq. tantum) ut sequitur :



Ÿ. Benedicámus Dó-mi-no, alle-lú-ja,



alle-lú-ja. R. De-o grá-ti-as, alle-




lú-ja, alle-lú-ja.

Si post Vesperas immediate sequatur Completorium, dicto Versu Fidélium animæ, statim incipitur Versus Jube, domne, benedicere, ut infra ad Completorium : secus autem, si tunc terminetur Officium, dicitur tantum Pater noster, secreto.

AD COMPLETORIUM

Dicto Jube, domne. Fratres : Sóbrii estóte. *Y.* Adjutórium nostrum. Pater noster, et facta Confessione et Absolutione, post *Y.* Convérte nos. *Y.* Deus, in adjutórium. Glória Patri. Allelúja, ut in Sabbato Sancto, 635, dicuntur Psalmi de Dominica, ut sequitur :

Psalmus 4



me-æ : * in tribu-la-ti-óne di-latásti mihi.

Miserére mei, * et exáudi orationem meam.

Filii hóminum, úsquequo gravi corde ? * ut quid dilígitis vanitátem, et quæritis mendácium ?

Et scítote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímmini, et nolíte peccare : * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungímmini.

Sacrificáte sacrificium justítiae, et speráte in Domino. * Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona ?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Domine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, et ólei sui * multiplicátí sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requièsca :

Quóniam tu, Dómine, singularíter in spe * constituísti me.

Glória Patri.

Psalmus 90

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino : Suscéptor meus es tu, et refúgium meum : * Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venantium, * et a verbo áspero.

Scápolis suis obumbrábit tibi : * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te veritas ejus : * non timébis a timóre noctúrno.

A sagítta volánte in die, † a negótio perambulánte in tenebris : * ab incúrso, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris tuis : * ad te autem non appropinquábit.

Verúntamen óculis tuis considerabis : * et retributióne peccatórum videbis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea : * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem, et basiliscum ambulabis : * et con-

culcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : * cum ipso sum in tribulatióne : erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * et osténdam illi salutare meum.

Glória Patri.

Psalmus 133

Ecce, nunc benedicite Dóminum, * omnes servi Dómini :

Qui statis in domo Domini, * in átriis domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedicite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.

Glória Patri.

Psalmi finitis, dicitur :




Ant. VII. G

Deinde

Canticum Simeonis

Luc. 2, 29-32




unc dimíttis servum tu-um, Dómine, * se-



cundum verbum tuum in pace.




2. Qui-a vidérunt ócu-li me- i * sa-lutare tu-um,




3. Quod parásti * ante fáci-em ómni-um populórum,




4. Lumen ad reve-lati-ónem Génti-um, * et glóri-am




plebis tu-æ Isra-ël.



5. Glóri-a Patri, et Fi-li-o, * et Spirí-tu-i Sancto.



6. Sicut erat in princí-pi-o, et nunc, et semper, *



et in sæcula sæculórum. Amen.

Postea Ant. Hæc dies, ut supra, 669, et Oratio Visita, quæsumus, cum reliquis, ut in Sabbato Sancto. 641

Sic recitatur divinum Officium ad singulas Horas usque ad Nonam Sabbati in Albis inclusive, exceptis iis quæ singulis diebus habentur propria.

FERIA II INFRA OCTAVAM PASCHÆ

Duplex I classis

AD MATUTINUM

V. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja.

R. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

E xáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum,
† et miserére nobis : * Qui cum Patre et Spíritu
Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedícere.

Bened. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio I

Cap. 24, 13-35

In illo témpore : Duo ex discipulis Jesu ibant ipsa die
in castéllum, quod erat in spátio stadiórum sexaginta
ab Jerúsalem, nómine Emmaus. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homília 23 in Evangelia

A udístis, fratres caríssimi, quia duóbus discipulis ambulántibus in vía, non quidem credéntibus, sed tamen de se loquéntibus, Dóminus appáruit : sed eis spéciem, quam recognóscerent, non osténdit. Hoc ergo egit foris Dóminus in óculis córporis, quod apud ipsos

agebátur intus in óculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus et amábant, et dubitábant : eis autem Dóminus foris et præsens áderat, et quis esset non ostendébat. De se ergo loquéntibus præséntiam exhibuit : sed de se dubitántibus cognitiónis suæ spéciem abscondit. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I

VIII.

M

a-rí-a * Magda-léne, et ál-tera Ma-
rí-a ibant di-lúculo ad monumén- tum. * Je-
sum quem quæ-ri- tis, non est hic, surré-
xit sic-ut lo-cú- tus est, præcédet vos in
Ga-li-læ- am, i-bi e-um vidébi- tis, al- le-lúja, al-
le- lú- ja. **V.** Et valde mane una
sabba-tórum véni-unt ad monuméntum, orto jam

so- le : et intro- e-úntes vidérunt júvenem sedéntem
in dextris, qui di- xit il- lis. * Jesum.

Bened. Divínium auxílium * máneat semper nobíscum.
R. Amen.

Lectio II

Verba quidem cóntulit, durítiam intelléctus increpávit, sacrae Scripturæ mystéria, quæ de seípso erant, apérui : et tamen quia adhuc in eórum córdibus peregrínus erat a fide, se ire lóngius finxit. Fíngere namque, compónere dicimus : unde et compositóres luti, figulos vocámus. Nihil ergo simplex Véritas per duplicitétem fecit : sed talem se eis exhibuit in córpore, qualis apud illos erit in mente. Probánda autem erant, si hi qui eum etsi necdum ut Deum diligerent, saltem ut peregrínus amáre potuissent. Tu autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II

I.

S


urré-xit * pastor bo- nus, qui ánimam su-am
pósu- it pro óvi-bus su- is, et pro grege
su- o mori digná- tus est : * Alle- lú- ja,



alle-lú-ja, al-le-lú-ja. *V.* Etenim



Pascha nostrum immo-lá-tus est Chri-stus.



* Alle-lú-ja. Glóri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et



Spi-rí-tu-i Sanc-to. * Alle-lú-ja.

Bened. Ad societatem civium supernorum * perducát nos Rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio III

Sed quia esse extranei a caritate non poterant hi, cum quibus Veritas gradiebatur : eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus, vocant, cum illic scriptum sit : Et coegerunt eum ? Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non solum invitandi sunt, sed etiam trahendi. Mensam igitur ponunt, panes cibosque offerunt : et Deum, quem in Scripturæ sacra expositione non cognoverant, in panis fractione cognoscunt. Audiendo ergo præcepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt : quia scriptum est : Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea, quæ jam audire potuit, opere implere. Ecce Dominus non est cognitus, dum loqueretur, et dignatus est cognosci dum pascitur. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Te Deum laudamus. 658


AD LAUDES

Ad Benedictus, Antiphona


VIII. G



Je-sus junxit se * discipu-lis su-is in vi-



a, et ibat cum illis : ócu-li e-ó-rum tene-




bántur, ne e-um agnóscerent : et increpávit e-os,



di-cens : O stulti et tardi corde ad credéndum



in his quæ locúti sunt prophé-tæ ! alle-lú-ja.



E u o u a e.

Oratio

Deus, qui solemnitate paschali, mundo remédia contulisti : † populum tuum, quæsumus, cælesti dono proséquere ; * ut et perfectam libertatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat sempiternam. Per Dóminum.

AD MISSAM

Statio ad Sanctum Petrum

Intr.
VIII.

I

ntrodú-xit vos Dómi- nus * in ter-ram flu-én-
tem lac et mel, al-le- lú-ja : et ut lex Dó-
mi- ni sem-per sit in o-re ve-stro, alle-lú- ja,
alle- lú- ja. *Ps.* Confi-témini Dómino, et invocáte
nomen ejus : * annunti-áte inter gentes ó- pe-ra
ejus. Glóri- a Patri. E u o u a e.

Kyrie et Glória. 626

Oratio Deus, qui solemnitate paschali, ut supra ad Laudes. 713

Lectio Actuum Apostolorum.

Act. 10, 37-43

In diébus illis : Stans Petrus in médio plebis, dixit : Viri
fratres, vos scitis quod factum est verbum per univér-
sam Judæam : incipiens enim a Galilæa post baptismum,
quod prædicávit Joánnes, Jesum a Názareth : quomodo

unxit eum Deus Spíritu Sancto, et virtute, qui pertránsiit
benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo,
quóniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus óm-
nium, quæ fecit in regione Judæorum, et Jerúsalem,
quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus
suscitávit tertia die, et dedit eum manifestum fieri, non
omni pópulo, sed testibus præordinátis a Deo : nobis, qui
manducávimus, et bibimus cum illo, postquam resurrexit
a mórtuis. Et præcépit nobis prædicare pópulo, et testi-
ficári quia ipse est, qui constitútus est a Deo iudex vivó-
rum, et mortuórum. Huic omnes prophætæ testimónium
pérhibent, remissionem peccatórum accipere per nomen
ejus omnes, qui credunt in eum.

Grad.
II.

H

æc di- es, * etc., 683. *Y.* Dicat
nunc Isra- ël, quó-
ni- am bo- nus : quó-ni- am in sæ-
culum mi-se- ri-cór- di- a * e-
jus.

VIII.

A

l-le lú-ja. * ij. *Y.* An-



Sequentia Victimæ paschali, cum Allelúja in fine, ut supra. 685

✠ *Sequentia* sancti Evangélii secúndum Lucam.

Luc. 24, 13-35


In illo témpore : Duo ex discipulis Jesu ibant ipsa die in castéllum, quod erat in spátio stadiórum sexaginta ab Jerúsalem, nómine Emmaus. Et ipsi loquebántur ad ínvicem de his ómnibus, quæ acciderant. Et factum est, dum fabularéntur, et secum quærerent : et ipse Jesus appropínquans ibat cum illis : óculi autem illórum tenebántur, ne eum agnóscerent. Et ait ad illos : Qui sunt hi sermónes, quos confértis ad ínvicem ambulántes, et estis tristes ? Et respóndens unus, cui nomen Cléophas, dixit ei : Tu solus peregrinus es in Jerúsalem, et non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diébus ? Quibus ille dixit : Quæ ? Et dixerunt : De Jesu Nazaréno, qui fuit vir prophéta, potens in ópere et sermóne, coram Deo, et omni pópulo : et quómodo eum tradidérunt summi sacerdótes, et príncipes nostri in damnatióem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabámus quia ipse esset redemptúrus Israël : et nunc super hæc ómnia, tértia dies est hódie, quod hæc facta sunt. Sed et mulieres quædam ex nostris terruérunt nos, quæ ante lucem fuérunt ad monuméntum, et, non invénto corpore ejus, venérunt, dicéntes se étiam visiónem Angelórum vidisse,

qui dicunt eum vívere. Et abiérunt quidam ex nostris ad monuméntum : et ita invenérunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenérunt. Et ipse dixit ad eos : O stulti, et tardi corde ad credéndum in ómnibus, quæ locúti sunt prophéta ! Nonne hæc opórtuit pati Christum, et ita intráre in glóriam suam ? Et incípiens a Móyse, et ómnibus prophétis, interpretabátur illis in ómnibus Scriptúris, quæ de ipso erant. Et appropinquavérunt castéllum, quo ibant : et ipse se finxit lóngius ire. Et coëgérunt illum, dicéntes : Mane nobíscum, quóniam advesperáscit, et inclináta est jam dies. Et intrávit cum illis. Et factum est, dum recúberet cum eis, accépit panem, et benedíxit, ac fregit, et porrigébat illis. Et apérti sunt óculi eórum, et cognovérunt eum : et ipse evánuít ex óculis eórum. Et dixerunt ad ínvicem : Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquerétur in via, et aperíret nobis Scriptúras ? Et surgéntes eádem hora regréssi sunt in Jerúsalem : et invenérunt congregátos undecim, et eos, qui cum illis erant, dicéntes : Quod surréxit Dóminus vere, et apparuít Simóni. Et ipsi narrábant quæ gesta erant in via : et quómodo cognovérunt eum in fractiône panis.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

**Offert.
VIII.**



**Secreta**

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta mystériis, ad æternitátis nobis medélam, te operánte, proficiant. Per Dóminum.

Præfatio, Communicátes et Hanc igitur, ut in die Paschæ. 687

Sanctus, Benedíctus. 631

Agnus Dei. 689

Comm.



VI.

**Postcommunio**

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde : † ut, quos sacraméntis paschálibus satiásti, * tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

AD VESPERAS**Ad Magnificat, Antiphona**

VIII. G.



Oratio ut supra ad Laudes. 713

FERIA III INFRA OCTAVAM PASCHÆ**Duplex I classis****AD MATUTINUM**

V. Surréxit Dóminus vere, allelúja.

R. Et appáruit Simóni, allelúja.

P.ater noster, **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

Ipsíus pietas et misericórdia nos ádjuvet, * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedícere.

Bened. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio I**Cap. 24, 36-47**

In illo témpore : Stetit Jesus in médio discipulórum, et dicit eis : Pax vobis : ego sum, nolite timére. Et reliqua.

Homília sancti Ambrósii Episcopi.


Lib. 10 Comment. in Lucam, cap. 24, ante finem.

Mirum, quo modo se natúra corpórea per impenetrá-
bile corpus infúderit invisibili áditu, visibili con-
spéctu; tangi fácilis, difficilis æstimári. Dénique contur-
báti discipuli æstimábant se spiritum vidére. Et ideo
Dóminus, ut spéciem nobis resurrectionis osténderet,
Palpáte, inquit, et vidéte, quia spíritus carnem et ossa
non habet, sicut me vidétis habére. Non ergo per incor-
póream natúram, sed per resurrectionis qualitátem, im-
pérvia usu clausa penetrávit. Nam quod tángitur, corpus
est: quod palpátur, corpus est. **Tu** autem, Dómine,
miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I

III.
V irtú-te ma- gna * reddébant A-
pó- sto- li * Testimó-ni- um resurrecti-
ó- nis Jesu Chri- sti Dómi-ni no- stri, al-
le- lú- ja, alle- lú- ja. **V.** Replé- ti quidem
Spi-ri-tu Sanc-to, loquebántur cum fidú-ci-a



verbum De- i. * Testimó-ni- um.

Bened. Divínium auxílium * máneat semper nobíscum.
R. Amen.

Lectio II

In córpore autem resurgémus. Seminátur enim corpus
animále, surgit corpus spiritále: sed illud subtilius,
hoc crássius, útpote adhuc terrénæ labis qualitáte con-
crétum. Nam quómodo non corpus, in quo manébant
insignia vúlnerum, vestigia cicatricum, quæ Dóminus
palpánda obtulit? In quo non solum fidem firmat, sed
étiam devotiónem ácuit, quod vúlnera suscepta pro nobis
cælo inférre máluit, abolére nóluit; ut Deo Patri nostræ
prétia libertátis osténderet. Talem sibi Pater ad dexteram
locat, trophæum nostræ salútis ampléctens: tales illic
Mártýres nobis cicatricis suæ coróna monstrávit. **Tu**
autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II

VII.
D e o-re * prudén- tis procédit mel, al- le-
lú- ja: dulcédo mel- lis est sub lingua e- jus,
al- le- lú- ja: * Fa- vus distíl- lans lábi- a e- jus,
al- le- lú- ja, al- le- lú- ja. **V.** Sapi- én- ti- a



Bened. Ad societatem civium supernorum * perducant nos Rex Angelorum. **R.** Amen.

Lectio III


Et quoniam sermo huc noster evasit, consideremus qua gratia secundum Joannem crediderint Apostoli, qui gavisi sunt; secundum Lucam quasi increduli redarguantur: ibi Spiritum Sanctum acceperint, hic sedere in civitate jubeantur, quoadusque induantur virtute ex alto. Et videtur mihi ille quasi Apostolus majora et altiora tetigisse, hic sequentia et humanis proxima: hic historico usus circūit, ille compendio; quia et de illo dubitari non potest, qui testimonium perhibet de iis, quibus ipse interfuit, et verum est testimonium ejus: et ab hoc quoque, qui Evangelista esse meruit, vel negligentiae, vel mendacii suspicionem æquum est propulsari. Et ideo verum putamus utrumque, non sententiarum varietate, nec personarum diversitate distinctum. Nam etsi primo Lucas eos non credidisse dicat, postea tamen credidisse demonstrat: et si prima consideremus, contraria sunt: si sequentia, certum est convenire. **Tu** autem.

R. Deo gratias.

Te Deum laudamus. 658

AD LAUDES

Ad Benedictus, Antiphona



Oratio

Deus, qui Ecclesiam tuam novo semper foetu multiplicas: † concede famulis tuis, ut sacramentum vivendo teneant, * quod fide percepérunt. Per Dóminum.

AD MISSAM

Statio ad Sanctum Paulum





Ps. Con-fi-témini Dómino, et invocáte nomen e-jus : *



annunti-á-te inter gentes ó-pera e- jus. Gló- ri- a



Patri. E u o u a e.

Kyrie et Glória. 626

Oratio Deus, qui Ecclesiám, ut supra ad Laudes. 723

Lectio Actuum Apostolorum.

Act. 13, 16 et 26-33

In diébus illis : Surgens Paulus, et manu siléntium indicens, ait : Viri fratres, filii géneris Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salútis hujus missum est. Qui enim habitábant Jerúsalem, et príncipes ejus, ignorántes Jesum, et voces prophetárum, quæ per omne sábbatum legúntur, judicántes implevérunt : et nullam causam mortis inveníentes in eo, petiérunt a Piláto, ut interficerent eum. Cumque consummássent ómnia, quæ de eo scripta erant, deponéntes eum de ligno, posuérunt eum in monuménto. Deus vero suscitávit eum a mórtuis tértia die : qui visus est per dies multos his, qui simul ascénderant cum eo de Galilæa in Jerúsalem, qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem. Et nos vobis annuntiá-mus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est : quóniam hanc Deus adimplévit filiis nostris, resúscitans Jesum Christum Dóminum nostrum.

Grad.
II.

H




æc di- es, * etc., 683. **Y.** Di-cant



nunc, qui redépti sunt a Dó- mi- no :



quos redé- mit de manu in-imí-



ci, et de regi-ó- ni-bus



congregá- vit * e- os.

I.

A



l-le-lú- ja. * ij.



Y. Surréxit



Dó- mi-nus de se- púl- cro, qui pro



no- bis pe- pén- dit * in ligno.



Sequentia Victimæ paschali, cum Allelúja in fine, ut supra. 685

✠ *Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.*

Luc. 24, 36-47

In illo tempore : Stetit Jesus in medio discipulorum suorum, et dicit eis : Pax vobis : ego sum, nolite timere. Conturbati vero, et conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis : Quid turbati estis, et cogitationes ascendant in corda vestra ? Videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum : palpate, et videte : quia spiritus carnem, et ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, et pedes. Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus præ gaudio, dixit : Habetis hic aliquid, quod manducetur ? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, et favum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos : Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, qui scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas. Et dixit eis : Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die : et prædicari in nomine ejus penitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

Offert.
IV.


Intónu- it * de cæ- lo Dó-



mi- nus, et Al-tis-si, mus de- dit vo-



cem su- am : et appa- ru- é- runt fontes aquá-



rum, alle-

lú- ja.

Secreta

Suscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum : ut per hæc piæ devotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum.

Prefatio, Communicantes et Hanc igitur, ut in die Paschæ. 687

Sanctus, Benedictus. 631


Agnus Dei. 689.

Comm.
VII.

Si consurre-xistis * cum Chri- sto, quæ



sur-sum sunt quæ-ri-te, al-le- lú- ja, ubi Chri-



stus est in dextera De-i se- dens : quæ sur-sum




sunt sá- pi- te, al-le- lú- ja.

Postcommunio

Concede, quæsumus, omnipotens Deus : † ut paschalis perceptio sacramenti, * continua in nostris mentibus perseveret. Per Dominum.

AD VESPERAS

Ad Magnificat, Antiphona



qui-a ego ipse sum, alle-lú-ja, alle-lú-ja.

E u o u a e.

Oratio ut supra ad Laudes. 723

FERIA IV INFRA OCTAVAM PASCHÆ

Semiduplex

AD MATUTINUM

V. Gavisi sunt discipuli, allelúja.

R. Viso Dómino, allelúja.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

A vinculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omní-potens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio I

Cap. 21, 1-14

In illo témpore : Manifestávit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis : Manifestávit autem sic : Erant simul Simon Petrus, et Thomas, qui dicitur Dídymus. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.


Homília 24 in Evangelia

Léctio sancti Evangélii, quæ modo in áuribus vestris lecta est, fratres mei, quæstióne ánimum pulsata, sed pulsatióne sua vim discretiόνis índicat. Quæri etenim potest, cur Petrus, qui piscátor ante conversiόνem fuit, post conversiόνem ad piscatiónem rédiit : et cum Véritas dicat : Nemo mittens manum suam ad arátrum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei : cur repétiit quod dereliquit ? Sed si virtus discretiόνis inspícutur, cítius vidétur : quia nimirum negótium, quod ante conversiόνem sine peccáto éxstitit, hoc étiam post conversiόνem repétere culpa non fuit. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I





Bened. Divinum auxilium * máneat semper nobiscum.
R. Amen.

Lectio II

Nam piscatórem Petrum, Matthæum vero teloneárium scimus : et post conversiónem suam ad piscatiónem Petrus rédiit, Matthæus vero ad telónei negótium non resédit : quia áliud est victum per piscatiónem quærere, áliud autem telónei lucris pecúnias augére. Sunt enim pléraque negótia, quæ sine peccátis exhibéri aut vix, aut nullátenus possunt. Quæ ergo ad peccátum ímplicant, ad hæc necesse est, ut post conversiónem ánimus non recúrrat. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II



tes : * Qui manet in me, et ego in e-o, hic fert



li- o, et Spi-rí- tu- i Sanc- to. * Qui manet.

Bened. Ad societátem civium supernórum * perdúcat nos Rex Angelórum. **R.** Amen.

Lectio III

Quæri étiam potest, cur discipulis in mari laborántibus, post resurrectionem suam Dóminus in littore stetit, qui ante resurrectionem suam coram discipulis in flúctibus maris ambulávit. Cujus rei rátió festíne cognóscitur, si ipsa, quæ tunc ínerat, causa pensétur. Quid enim mare, nisi præsens sæculum signat, quod se cásuum tumúltibus, et undis vitæ corruptibilis illídit ? Quid per soliditátem líttoris, nisi illa perpetúitas quiétis æternæ figurátur ? Quia ergo discipuli adhuc flúctibus mortális vitæ ínerant, in mari laborábant : quia autem Redémptor noster jam corruptionem carnis excésserat, post resurrectionem suam in líttore stabat. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Te Deum laudámus. 658

AD LAUDES

Ad Benedictus, Antiphona

VII. c

M

ít-ti-te * in dēxteram navīgi-i re-te, et

in-veni-é-tis, alle-lúja. E u o u a e.

Oratio

Deus, qui nos resurrectionis Domínicæ ánnua solemnitate lætíficas : † concéde propítius ; ut per temporalia festa quæ ágimus, * pervenire ad gáudia ætérna mereámur. Per eúndem Dóminum.

Postea fiunt Commemorationes, si occurrant.

AD MISSAM

Statio ad Sanctum Laurentium extra muros

Intr.
VII.**V**

ení-te, * be-nedic-ti Patris me-i,

perci-pi-te re-gnum, alle-lú-ja : quod vobis pará-

tum est ab o-rí-gine mundi, alle-lú-ja,

alle-lú-ja, alle-lú-ja. **Ps.** Can-táte Dómino

cánticum no-vum : * cantáte Dómino omnis ter-ra.

Gló-ri-a Patri. E u o u a e.

Kyrie et Glória. 626

Oratio Deus, qui nos resurrectionis, ut supra ad Laudes. 732

2^a contra persecutores Ecclesiæ Oratio

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces placátus admítte : † ut, destrúctis adversitatibus, et erróribus univér-sis, * secúra tibi sérviat libertáte. Per Dóminum.

Vel 2^a pro Papa

Oratio

Deus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum **N.**, quem pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluísti, propítius réspice : † da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest, proficere ; * ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempiténam. Per Dóminum.

Lectio Actuum Apostolorum.


Act. 3, 12-15 et 17-19

In diébus illis : Apériens Petrus os suum, dixit : Viri Israëlitaë, et qui timétis Deum, audíte. Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrum nostrórum, glorificávit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidístis, et negástis ante faciém Piláti, judicánte illo dimitti. Vos autem sanctum, et justum negástis, et petistis virum homicídā donári vobis : auctórem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitávit a mórtuis, cujus nos testes sumus. Et nunc, fratres, scio quia per ignorántiam fecistis, sicut et principes vestri. Deus autem, quæ prænuntiávit per os ómnium Prophetárum, pati Christum suum, sic implévit. Pœnitémini igitur, et convertímini, ut deleántur peccáta vestra.

Grad.
II.

H

æc di- es, * etc., 683. V. Dextera




Dó- mi-ni




fe- cit virtú- tem, dextera



Dó- mi-ni * ex-al- tá-




vit me.



VIII.

A

1-le- lú- ja. * ij. V. Surré-



xit Dó-minus ve- re, et ap- pá-



ru-it * Pe- tro.

Sequentia Victimæ paschali, cum Allelúja in fine, ut supra. 685

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

Joann. 21, 1-14

In illo témpore : Manifestávit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestávit autem sic. Erant simul Simon Petrus, et Thomas, qui dicitur Dídymus,

et Nathánaël, qui erat a Cana Galilææ, et filii Zebedæi, et alii ex discipulis ejus duo. Dicit eis Simon Petrus : Vado piscári. Dicunt ei : Venimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderunt in navim : et illa nocte nihil prederunt. Mane autem facto, stetit Jesus in littore : non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est. Dixit ergo eis Jesus : Pueri, numquid pulmentarium habetis ? Responderunt ei : Non. Dicit eis : Mittite in dexteram navigii rete, et inveniétis. Misérunt ergo : et jam non valébant illud trahere præ multitudinem piscium. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro : Dóminus est. Simon Petrus cum audisset quia Dóminus est, túnica succinxit se (erat enim nudus) et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venérunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cúbitis ducéntis) trahéntes rete piscium. Ut ergo descendérunt in terram, vidérunt prunas pósitas, et piscem superpósitum, et panem. Dicit eis Jesus : Afférte de piscibus, quos prenidistis nunc. Ascéndit Simon Petrus, et traxit reté in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus : Veníte, prandéte. Et nemo audébat discumbéntium interrogáre eum : Tu quis es ? sciéntes, quia Dóminus est. Et venit Jesus, et áccipit panem, et dat eis, et piscem similiter. Hoc jam tértio manifestátus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset a mórtuis.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

Offert.
VIII.

P


ortas cæ- li * apé- ru-it Dó- mi-



nus : et plu-it il-lis manna, ut é- de-rent :



panem cæ- li de- dit il- lis : panem

**Secreta**

Sacrificia, Dómine, paschálibus gáudiis immolámus : quibus Ecclésia tua mirabiliter et páscitur et nutritur. Per Dóminum.

2ª contra persecutores Ecclesiæ Secreta

Prótege nos, Dómine, tuis mystériis serviéntes : ut, divinis rebus inhærentes, et corpore tibi famulémur, et mente. Per Dóminum.

Vel 2ª pro Papa**Secreta**

Oblátis, quæsumus, Dómine, placáre munéribus : et fámulum tuum **N.**, quem pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluísti, assídua protectione guberná. Per Dóminum.

Prefatio, Communicantes et Hanc igitur, ut in die Paschæ. 687

Sanctus, Benedictus. 631

Agnus Dei. 689

Comm.
VIII.

**Postcommunio**

Ab omni nos, quæsumus, Dómine, vetustáte purgátos : † sacraménti tui veneránda percéptio * in novam transférat creatúram : Qui vivis.

2ª contra persecutores Ecclesiæ Postcommunio

Quæsumus, Dómine Deus noster : † ut, quos divína tribuis participatióne gaudére, * humanis non sinas subjacére periculis. Per Dóminum.

Vel 2ª pro Papa**Postcommunio**

Hæc nos, quæsumus, Dómine, divini sacraménti percép- tio prótegat : † et fámulum tuum **N.**, quem pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluísti ; * una cum commissio sibi grege, salvet semper, et múniat. Per Dóminum.

AD VESPERAS

Ad Magnificat, Antiphona

Oratio ut supra ad Laudes. 732

Postea fiunt Commemoraciones, si occurrant.

FERIA V INFRA OCTAVAM PASCHÆ

Semiduplex

AD MATUTINUM

V. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja.
R. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Pater noster, **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum,
 † et miserére nobis : * Qui cum Patre et Spíritu
 Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio I

Cap. 20, 11-18

In illo témpore : María stabat ad monuméntum foris,
 plorans. Dum ergo fleret, inclinávit se, et prospéxit
 in monuméntum : et vidit duos Angelos in albis, sedén-
 tes. Et réliqua.

Homilia sancti Gregórii Papæ.

Hom. 25, in Evang.

María Magdaléne, quæ fúerat in civitaté peccátrix,
 amándo veritátem, lavit lácrimis máculas críminis :
 et vox Veritátis implétur, qua dicitur : Dimissa sunt ei
 peccáta multa, quia diléxit multum. Quæ enim prius
 frígida peccádo remánserat, póstmodum amándo fórtiter
 ardébat. Nam postquam venit ad monuméntum, ibíque
 corpus Dóminicum non invénit, sublátum crédidit, atque

discípulis nuntiávit : qui veniéntes vidérunt, atque ita
 esse, ut múlter díxerat, credidérunt. Et de eis prótinus
 sçriptum est : Abiérunt ergo discipuli ad semetipsos ; ac
 deinde subjúngitur : María autem stabat ad monuméntum
 foris, plorans. **Tu** autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.


Responsorium I

VIII.


T

u-lé-runt * Dóminum me- um, et nésci-o
 ubi posu-érunt e- um. Di- cunt e- i An-
 ge- li : Mú- li- er, quid plo- ras? surréxit
 sic- ut di- xit : * Præcé-det vos in Ga-li-læ-
 am : i-bi e-um vidébi-tis, alle-lú-ja, al-
 le-lú- ja. **V.** Cum ergo fle-ret, incliná-vit se,

et prospéxit in monumén- tum : et vi-dit du-os



Ange-los in albis, sedéntes, qui di-cunt e-



i. * Præcé-det vos.

Bened. Divinum auxilium * máneat semper nobiscum.

R. Amen.


Lectio II

Qua in re pensándum est, hujus mulieris mentem quanta vis amóris accénderat, quæ a monuménto Dómini, étiam discipulis recedéntibus, non recedébat. Exquirébat, quem non invénérat, flebat inquirendo, et amóris sui igne succénsa, ejus, quem ablátum crédidit, ardébat desidério. Unde cóntigit, ut eum sola tunc vidéret, quæ remánserat ut quæreret : quia nimirum virtus boni óperis perseverántia est : et voce Veritátis dicitur : Qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II

III.




Congratu-lá-mini mihi, * om- nes qui



di-lí-gi-tis Dó- mi- num, qui- a quem quæré-




bam, appáru- it mi- hi : * Et dum fle- rem



ad mo-numén-tum, vidi Dóminum, alle-lú- ja,



alle- lú- ja. **R.** Recedén- ti- bus



discipulis, non recedé- bam, et amó-ris ejus igne




succénsa, ardébam de- si-dé- ri- o.



* Et dum fle- rem. **Gló- ri- a** Patri, et Fi-



li- o, et Spi-rí- tu- i Sanc- to.



* Et dum fle- rem.

Bened. Ad societátem civium supernórum * perdúcat nos Rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio III

María ergo cum fletet, inclinávit se, et prospéxit in monuméntum. Certe jam monuméntum vácuum viderat, jam sublátum Dóminum nuntiáverat : quid est, quod se iterum inclínat, iterum vidére desiderat ? Sed

amánti semel aspexisse non sùfficit : quia vis amóris
intentióem multiplicat inquisitionis. Quæsivit ergo
prius, et mínime invénit : perseverávit ut quæreret, unde
et cóntigit ut inveníret : actúmque est, ut desidéria di-
láta créscerent, et crescéntia cáperent quod invenissent.
Tu autem.

R. Deo grátias.

Te Deum laudámus. 658

AD LAUDES

Ad Benedictus, Antiphona

VII. a

M

a-rí-a stabat * ad monuméntum plorans :

vi-dit du-os Ange-los in albis, sedéntes, et sudá-

ri-um quod fú-erat super caput Jesu, alle-lúja.

E u o u a e.

Oratio

Deus, qui diversitátem Géntium in confessióne tui nó-
minis adunásti : † da, ut renátis fonte baptismatis, *
una sit fides méntium, et pietas actiónum. Per Dómi-
num.

Postea fiunt Commemoraciones, si occurrant.

AD MISSAM

Statio ad Sanctos Duodecim Apostolos

Intr.
VIII.
V

ictrí-cem * manum tu- am, Dó-mi-ne,

lauda-vé-runt pá- ri-ter, allelú- ja : qui-a sa-

pi-énti-a apé-ru-it os mu- tum, et linguas

infánti- um fecit di- sér- tas, alle-lú- ja,

alle- lú- ja. **Ps.** Cantá-te Dómino cánticum novum : *

qui-a mi-rabí- li-a fe-cit. **Gló-ri-** a Patri.

E u o u a e.

Kyrie et Glória. 626

Oratio Deus, qui diversitátem, ut supra ad Laudes. 742

Altera Oratio ut supra. 733

Lectio Actuum Apostolorum.

Act. 8, 26-40

In diebus illis : Angelus Dómini locútus est ad Philip-
pum, dicens : Surge, et vade contra meridiánum, ad
viam, quæ descéndit ab Jerúsalem in Gazam : hæc est
desérta. Et surgens ábiit. Et ecce, vir Æthiops, eunúchus,
potens Candácis reginæ Æthiopum, qui erat super omnes
gazas ejus, vénerat adoráre in Jerúsalem : et revertebátur
sedens super currum suum, legénsque Isaíam prophétam.
Dixit autem Spiritus Philippo : Accéde, et adjúnge te ad
currum istum. Accúrrens autem Philíppus, audivit eum
legéntem Isaíam prophétam, et dixit : Putásne intélligis
quæ legis? Qui ait : Et quómodo possum, si non áliquis
osténderit mihi? Rogavítque Philíppum, ut ascénderet,
et sedéret secum. Locus autem Scriptúre, quam legébat,
erat hic : Tamquam ovis ad occisiónem ductus est : et
sicut agnus coram tondénte se, sine voce, sic non aperuit
os suum. In humilitáte júdicium ejus sublátum est. Ge-
neratióne ejus quis enarrábit, quóniam tollétur de terra
vita ejus? Respóndens autem eunúchus Philíppo, dixit :
Obsecro te, de quo prophéta dicit hoc? de se, an de álio
áliquo? Apériens autem Philíppus os suum, et incípiens
a Scriptúra ista, evangelizávit illi Jesum. Et dum irent
per viam, venérunt ad quamdam aquam : et ait eunúchus :
Ecce aqua, quid próhibet me baptizári? Dixit autem
Philíppus : Si credis ex toto corde, licet. Et respóndens,
ait : Credo, Fílium Dei esse Jesum Christum. Et jussit
stare currum : et descendérunt utérque in aquam, Phi-
líppus, et eunúchus, et baptizávit eum. Cum autem
ascendissent de aqua, Spíritus Dómini rápuit Philíppum,
et ámplius non vidit eum eunúchus. Ibat autem per viam
suam gaudens. Philíppus autem invéntus est in Azóto,
et pertránsiens evangelizábat civitatibus cunctis (donec
veniret Cæsaréam) nomen Dómini Jesu Christi.

Grad.
II.

H

æc di-es, * etc. 683. ¶. Lápi-

AD MISSAM

745

dem, quem reprobavérunt ædi-ficán-tes
hic factus est
in ca-put án-gu-li :
a Dó-mi-no fac-tum est, et est mi-rá-bi-
le in ó-cu-lis * no-stris.

II.
A

1-le-lú-ja. * ij. ¶. Surréxit

Christus, qui cre-ávit ómni-a : et misér-
tus est hu-máno * gé-ne-ri.

Sequentia Víctimæ pascháli, cum Allelúja in fine, ut supra. 685

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Joann. 20, 11-18

In illo témpore : María stabat ad monuméntum foris, plorans. Dum ergo fletet, inclinávit se, et prospéxit in monuméntum : et vidit duos Angelos in albis, sedéntes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi pósito fúerat corpus Jesu. Dicunt ei illi : Múlier, quid ploras ? Dicit eis : Quia tulérunt Dóminum meum : et nescio, ubi posúerunt eum. Hæc cum dixisset, convérta est retrórsum, et vidit Jesum stantem : et non sciébat quia Jesus est. Dicit ei Jesus : Múlier, quid ploras ? quem quæris ? Illa exístimans quia hortulánuus esset, dicit ei : Dómine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuísti eum : et ego eum tollam. Dicit ei Jesus : María. Convérta illa, dicit ei : Rabbóni (quod dicitur Magister). Dicit ei Jesus : Noli me tángere, nondum enim ascénderi ad Patrem meum : vade autem ad fratres meos, et dic eis : Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. Venit María Magdaléne annúntians discipulis : Quia vidi Dóminum, et hæc dixit mihi.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

Offert.

I.

In di- e * so-lemni-tá-tis ve-stræ,
di-cit Dó-mi-nus, indú-cam
vos in ter-ram flu-én-tem lac et mel, alle-

lú-ja.

Secreta

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera populórum tuórum propítius : ut, confessióne tui nóminis et baptísmate renováti, sempitérnam beatitúdinem consequántur. Per Dóminum.

Altera Secreta ut supra. 736

Præfatio, Communicántes et Hanc igitur, ut in die Paschæ. 687

Sanctus, Benedictus. 631

Agnus Dei. 689

Comm.
VII.

Pópu-lus * acquisi-ti-ó-nis, annunti-
á-te virtútes e-jus, alle-lú-ja : qui vos
de téne-bris vo-cá-vit in admi-rá-bi-le lumen
su-um, alle-lú-ja.

Postcommunio

Exáudi, Dómine, preces nostras : † ut redemptiónis nostræ sacrosáncta commércia, et vitæ nobis cónferant præsentis auxiliúm, * et gáudia sempitérna concílient. Per Dóminum.

Altera Postcommunio ut supra. 737

AD VESPERAS

Ad Magnificat, Antiphona

VII. b

Tu-lé-runt * Dóminum me-um, et nésci-o u-
 bi posu-é-runt e-um : si tu sustu-lísti e-um, dí-ci-to
 mi-hi, alle-lú-ja : et ego e-um tol-lam, alle-lú-ja.

E u o u a e.

Oratio ut supra ad Laudes. 742

Postea fiunt Commemorationes si occurrant.

FERIA VI INFRA OCTAVAM PASCHÆ

Semiduplex

AD MATUTINUM

V. Surréxit Dóminus vere, allelúja.

R. Et apparuit Simóni, allelúja.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

Ipsíus píetas et misericórdia nos áduvet, * qui cum Patre et Spírítu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélíi secúndum Matthæum.

Lectio I

Cap. 28, 16-20

In illo témpore : Undecim discípuli abiérunt in Galilæam in montem, ubi constitúerat illis Jesus. Et reliqua.

Homilía sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 4 Comment. in Matth., in fine

Post resurrectionem Jesus in monte Galilææ conspícitur, ibique adorátur : licet quidam dúbitent, et dubitatio eórum nostram áugeat fidem. Tunc manifestíus osténditur Thomæ, et latus láncea vulnerátum, et manus fixas démonstrat clavis. Accédens Jesus locútus est eis, dicens : Data est mihi omnis potéstas in cælo et in terra. Illi potéstas data est, qui paulo ante crucifíxus, qui sepúltus in túmulo, qui mórtuus jacúerat, qui póstea resurrexit. In cælo autem et in terra potéstas data est : ut, qui ante regnábat in cælo, per fidem credéntium regnet et in terris.


Tu autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I

VII.

Surgens Je-sus * Dó- mi-nus no- ster, stans
 in mé-di- o disci- pu-ló- rum su-ó-



rum, di- xit : * Pax vobis, al-le-lú-
ja : ga-ví- si sunt discípu- li vi- so
Dómi- no, al-le- lú- ja.
¶ U- na ergo sabbatórum, cum fores essent clau-
sæ, ubi erant discí-puli congregá- ti, ve- nit
Jesus, et stetit in médi-o, e-órum, et di-xit
e- is. * Pax.

Bened. Divínium auxílium * máneat semper nobíscum.
R. Amen.

Lectio II

Eúntes autem docéte omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Primum docent omnes Gentes, deínde doctas intíngunt aqua. Non

enim potest fieri, ut corpus baptísmi recípiat sacramén-
tum, nisi ante ánima fidei suscepérit veritátem. Bapti-
zántur autem in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus
Sancti : ut, quorum una est divínitas, una sit largitío :
noménque Trinitátis, unus Deus est. **Tu** autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II



I.
Expurgá- te * vetus ferméntum, ut si-tis
no- va con- spérsi- o : ét-e-nim Pascha nostrum
immo-lá- tus est Chri- stus : * I-taque e-
pu-lémur in Dó-mi- no, alle- lú- ja.
¶ Mórtu-us est propter de- lícta no-stra, et resur-
réxit propter justi- fica-ti- ó-nem no- stram.
* I-taque. Glóri- a Patri, et Fí-li- o, et



Spi-ri- tu- i Sanc- to. * I-taque.

Bened. Ad societatem civium supernorum * perducat nos Rex Angelorum.

R. Amen.

Lectio III


Docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Ordo praeceptus : jussit Apostolis, ut primum docerent universas Gentes, deinde fidei intingerent sacramento, et post fidem ac baptismum, quae essent observanda, praeceperunt. Ac ne putemus levia esse, quae jussa sunt, et pauca, addidit : Omnia quaecumque mandavi vobis : ut quicumque crediderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant, quae praecepta sunt. Et ecce, ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Qui usque ad consummationem saeculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros, et se nunquam a credentibus recessurum. **Tu** autem.

R. Deo gratias.

Te Deum laudamus. 658

AD LAUDES

Ad Benedictus, Antiphona



Undecim discipu-li * in Ga-li-lae-a videntes



Dominum adoraverunt, alle-luja. E u o u a e.

Oratio

Omnipotens sempiternus Deus, qui paschale sacramentum in reconciliationis humanae foedere contulisti : **†** da mentibus nostris ; ut, quod professione celebramus, ***** imitemur effectu. Per Dominum.


Postea fiunt Commemorationes, si occurrant.

AD MISSAM

Statio ad S. Mariam ad Martyres




E-duxit e-os * Do- minus in spe, alle-




luj-a : et in-im-i- cos e-o- rum opu- it ma-




re, alle-luja, alle-lu- ja, alle- lu- ja.



Ps. Attendi-te, popule me-us, legem me-am : * inclina-te



aurem vestram in verba o-ris me-i. **Glo-ri-a** Patri.



E u o u a e.

Kyrie et Gloria. 626

Oratio Omnipotens sempiternus Deus, ut supra ad Laudes.

Altera Oratio ut supra. 733

Lectio Epistolæ beāti Petri Apóstoli.

1 Petr. 3, 18-22

Carissimi : Christus semel pro peccātis nostris mórtuus est, justus pro iníustis, ut nos offerret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem spírítu. In quo et his, qui in cárcere erant, spírítibus véniens prædicávit : qui incréduli fúerant aliquándo, quando exspectábant Dei patiéntiam in diébus Noë, cum fabricarétur arca, in qua pauci, id est octo ánimæ salvæ factæ sunt per aquam. Quod et vos nunc símilis formæ salvos facit baptísma : non carnis depositio sórdium, sed consciéntiæ bonæ interrogátio in Deum per resurrectionem Jesu Christi Dómini nostri, qui est in délixtera Dei.

Grad.
II.

Hæc di-es, * etc. 683. *Y.* Bene-
dictus qui ve-
nit in nó-mine Dó-mi-
ni : De-us Dó-minus, et
illú-xit * no-bis.

VIII.

Al-le-lú-ja. * ij.

Y. Dí-ci-te in génti-bus : qui-a Dó-
mi-nus regná-vit * a li-gno.

Sequentia Víctimæ pascháli, cum Allelúja in fine, ut supra. 685

✠ Sequentia sancti Evangélíi secúndum Matthæum.

Matth. 28, 16-20

In illo témpore : Undecim discipúli abiérunt in Galilæam, in montem, ubi constitúerat illis Jesus. Et vidéntes eum adoravérunt : quidam autem dubitavérunt. Et accédens Jesus locútus est eis, dicens : Data est mihi omnis potéstas in cælo, et in terra. Eúntes ergo, docéte omnes Gentes ; baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spírítus Sancti : docéntes eos serváre ómnia quæcúm-que mandávi vobis. Et ecce, ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummationem sæculi.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

Offert.
VI.

E-rit * vo-bis hic di-es memo-
ri-á-lis, alle-lú-ja : et di-em
fe-stum celebrá-bi-tis so-lémnem Dó-mi-no



Secreta

Hóstias, quæsumus, Dómine, placátus assúme : quas
et pro renatórum expiatióne peccáti deférimus, et
pro acceleratióne cæléstis auxilií. Per Dóminum.

Alia Secreta ut supra. 736


Prælatio, Communicantes et Hanc igitur, ut in die Paschæ. 687

Sanctus, Benedictus. 631

Agnus Dei. 689

Comm.

I.



Postcommunio

Réspice, quæsumus, Dómine, pópulum tuum : † et quem
æternis dignátus es renováre mystériis, * a tempo-
rálibus culpis dignánter absólve. Per Dóminum.

Altera Postcommunio ut supra. 737

AD VESPERAS

Ad Magnificat, Antiphona



Oratio ut supra ad Laudes. 753

Postea fiunt Commemorationes, si occurrant.



SABBATO IN ALBIS

Semiduplex

AD MATUTINUM

V. Gavisi sunt discipuli, allelúja.

R. Viso Dómino, allelúja.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolutio

A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omnipotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

R. Amen.

Léctio sancti Evangélíi secúndum Joánnem.

Lectio I

Cap. 20, 1-9

In illo témpore : Una sábbati María Magdaléne venit mane, cum adhuc ténebræ essent, ad monuméntum. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homília 22 in Evangelia

Léctio sancti Evangélíi, quam modo, fratres, audístis, valde in superficie histórica est apérta : sed ejus nobis sunt mystéria sub brevitate requirénda. María Magdaléne, cum adhuc ténebræ essent, venit ad monuméntum. Juxta históriam notátur hora : juxta intelléctum vero mysticum, requiréntis signátur intelligéntia. María etenim auctórem ómnium, quem in carne viderat mórtuum, quærébat in monumento, et quia hunc mínime invénit,

furátum crédidit. Adhuc ergo erant ténebræ, cum venit ad monuméntum. Cucúrrit citius, discipulis nuntiávit : sed illi præ céteris cucurrérunt, qui præ céteris amavérunt, vidélicet Petrus et Joánnes. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

R. Deo grátias.

Responsorium I

IV. **C**hri-stus * re- súr- gens ex mórtu- is, jam non mó- ri- tur, mors il- li ul- tra non dominábi- tur: quod enim mórtu- us est peccá- to, mórtu- us est se- mel : * Quod autem vi- vit, vi- vit De- o, alle-lúja, al- le- lú- ja. V. Mórtu- us est semel propter de- lícta no-stra, et resurrexit propter justi-



fica-ti- ónem no- stram. * Quod autem.

Bened. Divinum auxilium * máneat semper nobiscum.
R. Amen.

Lectio II

Currébant autem duo simul : sed Joánnes præcucúrrit citius Petro. Venit prior ad monuméntum, et ingreditur non præsumpsit. Venit ergo postérior Petrus, et intrávit. Quid, fratres, quid cursus significat? Numquid hæc tam subtilis Evangelistæ descriptio a mystériis vacare credenda est? Mínime. Neque enim se Joánnes et præisse et non intrásse diceret, si in ipsa sui trepidatióne mysterium defuisse credidisset. Quid ergo per Joánnem, nisi synagoga : quid per Petrum, nisi Ecclesiá designátur? Tu autem.

R. Deo grátias.

Responsorium II




I-sti sunt * agni no-vél- li, qui annunti-a-



vé- runt, al- le- lú- ja : mo-do venérunt ad



fon- tes, * Replé- ti sunt clari- tá- te, alle-lú-



ja, al-le- lú- ja. **V.** In conspéc- tu Agni



amícti sunt stolis al- bis, et palmæ in máni-



bus e- ó- rum. * Replé- ti sunt. Gló- ri-



a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i



Sanc- to. * Replé- ti sunt.

Bened. Ad societátem civium supernórum * perducát nos Rex Angelórum.

R. Amen.

Lectio III

Nec mirum esse videátur, quod per juniórem synagoga, per seniórem vero Ecclesiá signári perhibétur : quia etsi ad Dei cultum prior est synagoga, quam Ecclesiá Géntium ; ad usum tamen sæculi prior est multitúdo Géntium, quam synagoga, Paulo attestánte, qui ait : Quia non prius quod spirítale est, sed quod animále. Per seniórem ergo Petrum significátur Ecclesiá Géntium : per juniórem vero Joánnem synagoga Judæórum. Currunt ambo simul : quia ab ortus sui témpore usque ad occásum, pari et commúni via, etsi non pari et commúni sensu, Gentilitas cum synagoga cucúrrit. Venit synagoga prior ad monuméntum, sed mínime intrávit : quia legis quidem mandata percépít, prophetías de incarnatióne ac passióne Dominica audívit, sed crédere in mórtuum nó- luit. Tu autem,

R. Deo grátias.

Te Deum laudamus. 658

AD LAUDES

Ad Benedictus, Antiphona

I. f
Currébant du-o simul, * et ille á-li-us di-sci-
 pu-lus præcucúrrit cí-ti-us Petro, et venit pri- or
 ad monuméntum, alle- lúja. E u o u a e.

Oratio

Concède, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui festa paschália venerádo égimus, * per hæc contingere ad gáudia ætérna mercámur. Per Dóminum.

Postea fiunt Commemorationes, si occurrant.

AD MISSAM

Statio ad S. Joannem in Laterano

Intr. VIII.
E-dúxit Dómi- nus * pópu-lum su- um in
 exsultati- ó- ne, alle- lú- ja : et e- léctos su-
 os in læ- tí- ti- a, allelú- ja, alle- lú-

ja. **Ps.** Con-fi-témini Dómino, et invo-cáte nomen
 ejus : * annunti-áte inter Gentes ó-pera e- jus.

Gló-ri-a Patri. E u o u a e.

Kyrie et Glória. 626

Oratio Concède, quæsumus, ut supra ad Laudes. 762

Altera Oratio ut supra. 733

Lectio Epistolæ beáti Petri Apóstoli.

1 Petr. 2, 1-10


Carissimi : Deponéntes igitur omnem malítiam, et omnem dolum, et simulatiónes, et invidias, et omnes detractiões, sicut modo géniti infántes, rationábile, sine dolo lac concupiscite : ut in eo crescátis in salútem : si tamen gustástis, quóniam dulcis est Dóminus. Ad quem accedéntes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobatum, a Deo autem eléctum, et honorificátum : et ipsi tamquam lápides vivi superædificámini, domus spirituális, sacerdotium sanctum, offerre spirituáles hóstias, acceptábiles Deo per Jesum Christum. Propter quod cóninet Scriptúra : Ecce pono in Sion lápidem summum angulárem, eléctum, pretiósum : et qui crediderit in eum, non confundétur. Vobis igitur honor credéntibus : non credéntibus autem lapis, quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli, et lapis offensiónis, et petra scándali his, qui offéndunt verbo, nec credunt in quo et pósito sunt. Vos autem genus eléctum, regále sacerdotium, gens sancta, pópulus acquisitiónis : ut virtútes annuntiétis ejus, qui de ténebris vos vocávit in admiráble lumen suum. Qui aliquándo non pópulus, nunc autem pópulus Dei : qui non consecúti misericórdiam, nunc autem misericórdiam consecúti.

¶ Ab hac die usque ad Sabbatum Quatuor Temporum Pentecostes inclusiue, in omnibus Missis, non dicitur Graduale, sed quatuor Allelúja cum duobus Versibus, ordine infrascripto; in Missa tamen Rogationum in Vigilia Pentecostes et post quamlibet Lectionem in Sabbato Quatuor Temporum ejusdem, unum Allelúja dicitur cum unico Versu.

VIII.

A

1. le- lú- ja. * ij.



V. Hæc di- es, quam fe- cit Dómi-nus :



exsul-té-



mus, et lætémur * in e- a.




IV

A

1. le-lú- ja. *

V. Laudá-



te, pú- e-ri, Dómi-num, laudá-



te nomen * Dómi- ni.

Sequentia Víctimæ pascháli, cum Allelúja in fine ut supra. 685

✠ Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem.

Joann. 20, 1-9

In illo témpore : Una sábbati, María Magdaléne venit mane, cum adhuc ténebræ essent, ad monuméntum : et vidit lápidem sublátum a monuménto. Cucúrrit ergo, et venit ad Simónem Petrum, et ad álium discipulum, quem amábat Jesus, et dicit illis : Tulérunt Dóminum de monuménto, et nescimus ubi posuérunt eum. Exiit ergo Petrus, et ille álius discipulus, et venérunt ad monuméntum. Currébant autem duo simul, et ille álius discipulus præcucúrrit citius Petro, et venit primus ad monuméntum. Et cum se inclinásset, vidit pósito linteámina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introiuit in monuméntum, et vidit linteámina pósito, et sudárium, quod fúerat super caput ejus, non cum linteaminibus pósitum, sed separátim involútum in unum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus, qui vénérat primus ad monuméntum : et vidit, et crédidit : nondum enim sciébant Scriptúram, quia oportébat eum a mórtuis resúrgere.

Credo, ut supra in Dominica in Palmis. 144

Offert.


VIII.

B


e- ne-díc- tus * qui ve- nit in nó- mi-



ne Dó- mi-ni : benedí-ximus vobis



de domo Dó- mi- ni : De- us



TESTIMONIALS • Re: Brébeuf Hymnal

“...hands down, the best Catholic hymnal ever published. [...] It is such a fantastic hymnal that it deserves to be in the pews of every Catholic church.”

— *New Liturgical Movement website* (10 June 2019)

“The *Saint Jean de Brébeuf Hymnal* will undoubtedly enrich liturgical life at the parish level by making accessible these ancient, noble, and theologically-rich Catholic hymns, translated into English in quite a beautiful way.”

— *Rev'd Fr John Berg* (Superior General Emeritus, FSSP)

“The editors of the *Brébeuf Hymnal* have done a great service to the profession [in this] extensively researched volume [which is] worthy of careful study by liturgical musicians. [...] This detailed exploration of classic Latin hymnody and its English translations is not only a labor of love, but an original contribution to research, and I hope that the results of this research project are shared more widely for the use of musicologists and liturgical historians.”

— *Journal of the Society for Catholic Liturgy* (Volume 23.2, 2019)

“Its copious selection of hundreds of tunes and texts, including favorites, forgotten gems, and new commissions, all beautifully formatted and presented in a surprisingly compact hardcover volume, is not only unparalleled by any other current hymnal, but well exceeds that of any hymnal I have seen from any period.”

— *New Liturgical Movement website* (10 June 2019)

“This hymnal is a work of incredible scholarship which puts the fruit of that scholarship to work in a practical vehicle for opening the treasures of Catholic hymnody to the people.”

— *Rev'd Fr Chris Smith* (Pastor, Prince of Peace Catholic Church)

CCWATERSHED.ORG/HYMN





Secreta

Concède, quæsumus, Dómine, semper nos per hæc mystéria paschália gratulári : ut continua nostræ reparatiónis operatio, perpétuæ nobis fiat causa lætitiæ. Per Dóminum.


Alia Secreta ut supra. 736

Præfatio, Communicantes et Hanc igitur, ut in die Paschæ. 687

Sanctus, Benedíctus. 631

Agnus Dei. 689

Comm.
II.



Postcommunio

Redemptiõnis nostræ múnere vegetáti, quæsumus, Dómine : † ut hoc perpétuæ salutis auxilio, * fides semper vera proficiat. Per Dóminum.

Altera Postcommunio ut supra. 737

Post Nonam terminatur Officium de Octava.



APPENDIX

FESTA DUPLICIA ET SEMIDUPLICIA

AD MODUM SIMPLICIS RECOLENDÆ

QUÆ A DOMINICA PALMARUM
USQUE AD SABBATUM IN ALBIS INCLUSIVE

OCCURRERE POSSUNT


DIE 17 MARTII

S. PATRICII EP. ET CONF.

(Duplex)

IN I VESPERIS

Ant.
I. D.



T. P. Alle-lú- ja.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
R. Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui ad prædicándam Géntibus glóriam tuam beá- tum Patricium Confessórem atque Pontíficem mittere dignátus es : † ejus méritis et intercessióne concède : * ut, quæ nobis agénda præcipis, te miseránte adimplére possimus. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant.
I. D 2

E u-ge, * serve bone et fidé- lis, qui- a in
 pau- ca fu- ísti fi- dé- lis, supra multa te constí- tu- am,
 di- cit Dóminus.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
R. Et osténdit illi regnum Dei.

IN II VESPERIS

Ant.
I. D 2

A -mávit e- um Dóminus, * et orná- vit e-
 um : stolam gló- ri- æ indu- it e- um, et ad portas
 paradí- si coroná- vit e- um.

V. Justum dedúxit, *ut in Laudibus.*

AD MISSAM

Oratio Deus, qui ad prædicándam, *ut supra.* 767

Secreta

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificent :
 ut dum eórum mérita recólimus, patrocinia sentiámus.
 Per Dóminum.

Postcommunio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : † ut de percéptis
 munéribus grátias exhibéntes, * intercedénte beáto
 Patricio Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia potióra
 sumámus. Per Dóminum.

DIE 18 MARTII

S. CYRILLI EP. HIEROS., CONF. ET ECCL. DOCT.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. O Doctor... beáte Cyrille, **V.** Amávit. 793

Oratio

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, beáto Cyrillo
 Pontífice intercedénte : † te solum verum Deum, et
 quem misisti Jesum Christum ita cognóscere ; * ut inter
 oves, quæ vocem ejus áudiunt, perpétuo connumerári
 mereámur. Per eúndem Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, **V.** Justum dedúxit. 768

In II Vesperis Ant. O Doctor, **V.** Justum dedúxit. 793

AD MISSAM

Oratio Da nobis, quæsumus, *ut supra.*

Secreta

Réspice, Dómine, immaculátam hóstiam, quam tibi
 offérimus : et præsta ; ut méritis beáti Pontíficis et
 Confessóris tui Cyrilli, eam mundo corde suscipere stu-
 deámus. Per Dóminum.

Postcommunio

Sacraménta Córporis et Sanguinis tui, quæ sumpsimus,
 Dómine Jesu Christe, † beáti Cyrilli Pontíficis præ-
 cibis, mentes et corda nostra sanctificent : * ut divínæ
 consórtes naturæ éffici mereámur : Qui vivis.

DIE 21 MARTII

S. BENEDICTI ABBATIS
(Duplex majus)

IN I VESPERIS



Simi-lábo c-um * vi-ro sa-pi-énti, qui ædi-fi-
cávit domum su-am supra petram. **T. P.** Alle-lú-ja.


V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (**T. P.** Alle-lú-ja).

R. Stolum glóriæ induit eum. (**T. P.** Alle-lú-ja).

Oratio

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Benedicti Abbátis commédet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum.

AD LAUDES



Eu-ge, * serve bone et fi-dé-lis, qui-a in pau-
ca fu-ísti fi-dé-lis, supra multa te consti-tu-am : intra

in gáudi-um Dómi-ni tu-i. **T. P.** Alle-lú-ja.
V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (**T. P.** Alle-lú-ja).

R. Et osténdit illi regnum Dei. (**T. P.** Alle-lú-ja).

IN II VESPERIS



Hic vir, despí-ci-ens mundum * et terréna ;
tri-úmphans, di-ví-ti-as cæ-lo cóndi-dit o-re,
manu. **T. P.** Allelú-ja.

V. Justum dedúxit, ut in Laudibus.

AD MISSAM

Oratio Intercéssio nos, ut supra.

Secreta

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus
Benedíctus Abbas, quæsumus, in salútem nobis pro-
veníre depóscat. Per Dóminum.


Postcommunio

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti
beátus Benedíctus Abbas, pro nobis intercedéndo : †
ut, et conversatiónis ejus experiámur insignia, * et inter-
cessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum.


DIE 24 MARTII

S. GABRIELIS ARCHANGELI
(Duplex majus)

IN I VESPERIS



Angelus Gábri-el * appáru-it Dani-é-li, et



dixit il-li : Ab exórdi-o precum tu-árum egréssus
est sermo : ego autem ve- ni ut indi-cá- rem tibi :
tu ergo animadvérte sermó-nem, et intéllige
vi-si- ónem.

V. Stetit Angelus juxta aram templi.


R. Habens turibulum áureum in manu sua.

Oratio

Deus, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum Incarnatiónis tuæ mystérium, Gabriélem Archángelum elegísti : † concéde propítius ; ut, qui festum ejus celebrámus in terris, * ipsíus patrocínium sentiámus in cælis : Qui vivis.

AD LAUDES

Ant.
VII. a



Gábri-el Angelus * descéndit ad Zacha-rí- am,
et a- it illi : Uxor tu- a pá-ri-et ti-bi fí-li- um, et
vocá-bis nomen ejus Jo-ánnem : et multi in na-tivi-



tá-te e-jus gaudé- bunt : ipse e-nim præ-i-bit ante
fá-ci-em Dó-mi-ni pará- re vi- as e-jus.
V. Stetit Angelus, *ut in I Vesperis.*

IN II VESPERIS

Ant.
I. D



Archángelus Gábri-el * a- it ad Ma-rí-am :
Non e-rit impos-sí-bi-le apud De-um omne verbum.
Di-xit autem Marí- a : Ecce ancílla Dómini, fi- at
mihi secúndum verbum tu- um. Et discéssit ab
e- a Ange-lus.

V. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.

R. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

AD MISSAM

Oratio Deus, qui inter ceteros Angelos, *ut supra*. 772

Secreta

Accéptum fiat in conspéctu tuo, Dómine, nostræ servitútis munus, et beáti Archángeli Gabriélis oratio : ut, qui a nobis venerátur in terris, sit apud te pro nobis advocátus in cælis. Per Dóminum.

Postcommunio

Córpore tui et ságuinis sumptis mystériis, tuam, Dómine Deus noster, deprecámur cleméntiam : † ut, sicut Gabriéle nuntiánte, incarnatióem tuam cognóvimus ; * ita, ipso adjuvánte, incarnatióis ejúdem beneficia consequámur : Qui vivis.

DIE 27 MARTII

S. JOANNIS DAMASCENI CONF. ET ECCL. DOCT.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. O Doctor... beáte Joánes, *Ÿ.* Amávit. 793

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui ad cultum sacrárum imáginum adseréndum, beátum Joánnem cælésti doctrína et admirábili spíritus fortitúdine imbuísti : † concede nobis ejus intercessióne et exémplo ; * ut, quorum cólimus imágines, virtútes imitemur et patrocínia sentíamus. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *Ÿ.* Justum dedúxit. 770

In II Vesperis Ant. O Doctor, *Ÿ.* Justum dedúxit. 793

AD MISSAM

Oratio Omnípotens sempitérne Deus, *ut supra*.

Secreta

Ut quæ tibi, Dómine, offérimus dona tuo sint digna conspéctu : beáti Joánnis et Sanctorum, quos ejus ópera expósitos in templis cólimus, pia suffragátio conspiret. Per Dóminum.

Postcommunio

Sumpta nos, quæsumus, Dómine, dona cæléstibus armis tueántur : † et beáti Joánnis patrocínia circúmdent Sanctorum unánimi suffrágio cumuláta ; * quorum imágines evícit in Ecclésia esse venerándas. Per Dóminum.

DIE 28 MARTII

S. JOANNIS A CAPISTRANO CONF.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. Similábo, *Ÿ.* Amávit. 770

Oratio

Deus, qui per beátum Joánnem fidéles tuos in virtúte sanctíssimi nóminis Jesu de crucis inimicis triumpháre fecísti : † præsta, quæsumus ; * ut, spirituálum hóstium, ejus intercessióne, superátis insídiis, corónam justítiæ a te accípere mereámur. Per eúdem Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *Ÿ.* Justum dedúxit. 770

In II Vesperis Ant. Hic vir, *Ÿ.* Justum dedúxit. 771

AD MISSAM

Oratio Deus, qui per beátum, *ut supra*.

Secreta

Sacrificium, Dómine, quod immolámus, placátus inténde : ut, intercedénte beáto Joáanne Confessóre tuo, ad conteréndas inimicórum insídias nos in tuæ protectionis securitáte constituat. Per Dóminum.

Postcommunio

Repléti alimónia cælésti et spiritali póculo recreáti, quæsumus, omnípotens Deus : † ut, intercedénte beáto Joáanne Confessóre tuo, * nos ab hoste maligno deféndas, et Ecclésiám tuam perpétua pace custódiás. Per Dóminum.

DIE 2 APRILIS

S. FRANCISCI DE PAULA CONF.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. Similábo, *Ÿ.* Amávit. 770

Oratio

Deus, humilium celsitúdo, qui beátum Franciscum Confessórem Sanctórum tuórum glória sublimásti : † tribue, quæsumus ; * ut, ejus méritis et imitatione, promissa humilibus præmia feliciter consequámur. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *Ÿ.* Justum dedúxit. 770*In II Vesperis Ant.* Hic vir, *Ÿ.* Justum dedúxit. 771

AD MISSAM

Oratio Deus, humilium celsitúdo, *ut supra.*

Secreta

Hæc dona devótæ plebis, Dómine, quibus tua cumulámus altária, beáti Francisci méritis, tibi grata, nobisque salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.

Postcommunio

Sumpta, Dómine, Sacraménta cælestia : † beáto Franciscó Confessóre tuo intercedente, precámur ; * ut et temporális vitæ subsidia nobis cónferant, et æternæ. Per Dóminum.

DIE 4 APRILIS

S. ISIDORI EP., CONF. ET ECCL. DOCT.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. O Doctor... beáte Isidóre, *Ÿ.* Amávit, et
Oratio : Deus, qui pópulo tuo. 793

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *Ÿ.* Justum dedúxit. 768*In II Vesperis Ant.* O Doctor, *Ÿ.* Justum dedúxit. 793

AD MISSAM

Oratio Deus, qui pópulo tuo, *ut supra.*

Secreta

Sancti Isidóri Pontíficis tui atque Doctóris, nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet ; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salutem : † beátus Isidórus Póntifex tuus et Doctor egrégius, * quæsumus, precátor accédát. Per Dóminum.

DIE 5 APRILIS

S. VINCENTII FERRERII CONF.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. Similábo, *Ÿ.* Amávit. 770

Oratio

Deus, qui Ecclesiám tuam beáti Vincéntii Confessóris tui méritis et prædicatione illustráre dignátus es : † concéde nobis fámulis tuis ; * ut et ipsíus instruámur exémpis, et ab ómnibus ejus patrocínio liberémur advérsis. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *Ÿ.* Justum dedúxit. 770*In II Vesperis Ant.* Hic vir, *Ÿ.* Justum dedúxit. 771

AD MISSAM

Oratio Deus, qui Ecclesiám, *ut supra.*

Secreta

Laudis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemoratióne Sanctórum : quibus nos et præséntibus éxui malis confidimus, et futúris. Per Dóminum.

Postcommunio

Refécti cibo potúque cælestis, Deus noster, te súplices exorámus : † ut, in cuius hæc commemoratióne percépiimus, * ejus muniámur et précibus. Per Dóminum.

DIE 11 APRILIS

S. LEONIS PAPÆ, CONF. ET ECCL. DOCT.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. O Doctor... beáte Leo, *V.* Amávit. 793

Oratio

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde : † et per beátum Leónem Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi ; * quem totius Ecclésiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *V.* Justum dedúxit. 768In II Vesperis Ant. O Doctor, *V.* Justum dedúxit. 793

AD MISSAM

Oratio Gregem tuum, Pastor, *ut supra.*

Secreta

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benignus illúmina : ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum.

Postcommunio

Refectióne sancta enutritam guberná, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiám : † ut poténti moderatióne dirécta, et incrementa libertátis accípiat ; * et in religiónis integritáte persistat. Per Dóminum.

DIE 13 APRILIS

S. HERMENEGILDI MARTYRIS

(Semiduplex)

IN I VESPERIS

In Quadragesima

Ant. VIII. G 

I-ste Sanctus * pro lege De-i su-i certá-vit



usque ad mortem, et a verbis impi-ó-rum non tí-



mu-it : fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.*R.* Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Tempore Paschali

Ant. I. g 

Lux perpé-tu-a * lu-cébit Sanctis tu- is, Dó-



mine : et æ-térni- tas tempórum, al-



le- lú-ja.


V. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúja.*R.* Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Oratio


Deus, qui beátum Hermenegíldum Mártýrem tuum cæléstí regno terrénúm postpónere docuísti : † da, quæsumus, nobis ; ejus exémplo cadúca despícere, * atque ætérna sectári. Per Dóminum.

AD LAUDES

In Quadragesima

Ant. III. a 

Qui o- dit * áni-mam su-am in hoc mundo,







in vitam æ-térnam custó-dit e-am.

V. Justus ut palma florébit.

R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Tempore Paschali



V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja.

R. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

AD MISSAM

Oratio Deus, qui beátum Hermenegildum, *ut supra.* 779

Secreta

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsque suscéptis : et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum.

Postcommunio

Da, quæsumus, Dómine Deus noster : † ut sicut tuórum commemoratióne Sanctórum temporáli gratulámur officio ; * ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum.

DIE 14 APRILIS
S. JUSTINI MARTYRIS

(Duplex)

IN I VESPERIS

In Quadrag. Ant. Iste Sanctus, *V.* Glória et honóre. 778


Tempore Pasch. Ant. Lux perpétua, *V.* Sancti et justi. 779

Oratio

Deus, qui per stultitiam crucis, eminentem Jesu Christi sciéntiam beátum Justinum Mártirem mirabiliter docuisti : † ejus nobis intercessióne concéde ; * ut, errórum circumventióne depúlso, fidei firmitátem consequámur. Per eúmdem Dóminum.

Deinde Commem. S. Hermenegildi Mart.

In Quadragesima




et tollat crucem su-am, et sequátur me.

V. Justus ut palma florébit.

R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Tempore Paschali



lú-ja : vos e-légit De-us in heredi-tátem sibi,



alle-lúja.


V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja.

R. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Oratio Deus, qui per, **I** supra, 781

Postea Commem. Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mm.

In Quadragesima



-stórum est enim * regnum cælórum, qui

contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad

præmi-a regni, et lavérunt stolas suas in

sán-guine Agni.

V. Lætámini in Dómino, et exsultáte, justi.

R. Et gloriámini, omnes recti corde.

Tempore Paschali

Ant. Fíliæ Jerúsalem. 780

V. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, allelúja.

R. Et ætérnitas téporum, allelúja.

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui sanctórum Mátyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni et Máximi solémnia cólimus ; * eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóminum.


AD LAUDES

In Quadragesima, Ant. Qui odit, **V.** Justus ut palma. 779

Tempore Paschali, Ant. Fíliæ Jerúsalem, **V.** Pretiósá. 780

Pro Commem. Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mm.

In Quadragesima



estri capíl-li cá-pi-tis * omnes nume-ráti

sunt : no-lí-te timére : multis passé-ribus me-li-óres

estis vos.

V. Exsultábunt Sancti in glória.

R. Lætábuntur in cubilibus suis.

Tempore Paschali, Ant. Lux perpétua, **V.** Sancti et justi. 779

IN II VESPERIS

In Quadragesima, Ant. Qui vult veníre, **V.** Justus ut palma. 781

Tempore Paschali, Ant. Sancti et justi, **V.** Pretiósá. 781

AD MISSAM

Oratio Deus qui, ut supra.

Pro Ss. Mátyribus Tibúrtio, Valeriano et Máximo, Oratio Præsta, quæsumus, ut in **I** Vesperis.

Secreta

Múnera nostra, Dómine Deus, benígnus súscipe : † quorum mirábile mystérium * sanctus Mátyr Justínus advérsus impiórum calúmniastrénue deféndit. Per Dóminum.

Pro Ss. Martyribus Tiburtio, Valeriano et Maximo

Secreta

Hæc hóstia, quæsumus, Dómine, quam sanctórum Mátyrum tuórum natalítia recenséntes offérimus : et víncula nostræ pravitátis absólvat, et tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio

Cæléstí alimónia refécti súpplíceš te, Dómine, deprecámur : † ut, beáti Justíni Mátyris tui mónitis, * de accéptis donis semper in gratiárum actióne maneámus. Per Dóminum.

Pro Ss. Martyribus Tiburtio, Valeriano et Maximo

Postcommunio

Sacro múnere satiáti, súpplíceš te, Dómine, deprecámur : † ut, quod débitæ servitútis celebrámus officio, * salvatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum.

DIE 17 APRILIS

S. ANICETI PAPÆ ET MARTYRIS

(Simplex)

Ant. et V. in Vesperis et Laudibus ut supra, die 13 Aprilis. 778

Oratio

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde : † et per beátum Anicétum Mátyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi : * quem totíus Ecclésiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum.

AD MISSAM

Oratio Gregem tuum, ut supra.

Secreta

Oblátis munéríbus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benignus illúmina : ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum.

Postcommunio

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiám : † ut poténti moderatióne dirécta, et incrementa libertátis accípiat ; * et in religiónis integritáte persistat. Per Dóminum.

DIE 21 APRILIS

S. ANSELMI EP., CONF. ET ECCL. DOCT.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. O Doctor... beáte Anselme, V. Amávit, et Oratio : Deus, qui pópulo tuo. 793

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, V. Justum dedúxit. 768

In II Vesperis Ant. O Doctor, V. Justum dedúxit. 793

AD MISSAM

Oratio Deus, qui pópulo tuo. 794

Secreta

Sancti Anselmi Pontíficis tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet ; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem : * beátus Anselmus Póntifex tuus et Doctor egrégíus, quæsumus, precátor accédát. Per Dóminum.

DIE 22 APRILIS

Ss. SOTERIS ET CAJI PP. ET MARTYRUM

(Semiduplex)

In I Vesperis Ant. Lux perpétua, V. Sancti et justi. 779

Oratio

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde : † et per beátos Sotérem et Cajum Mátyres tuos atque Summos Pontífices, perpétua protectióne custódi : * quos totíus Ecclésiæ præstitisti esse pastóres. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Fíliæ Jerúsalem, V. Pretiósá. 780

AD MISSAM

Oratio Gregem tuum, *ut supra.* 785

Secreta

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclesiám tuam benignus illúmina : ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum.

Postcommunio

Refectióne sancta enutritam guberná, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclesiám : † ut poténti moderatióne dirécta, et incrementa libertátis accipiat ; * et in religiósni integritáte persístat. Per Dóminum.

DIE 23 APRILIS

S. GEORGII MARTYRIS

(Semiduplex)

In I Vesperis Ant. Lux perpétua, *V.* Sancti tui. 779

Oratio

Deus, qui nos beáti Geórgii Mátyris tui méritis et intercessióne lætíficas : † concéde propítius ; * ut, qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiae consequámur. Per Dóminum.

Deinde Commem. Ss. Soteris et Caji Mm. Ant. Sancti et justi, *V.* Pretiósá, 781. *Oratio* Gregem tuum, *ut in I Vesperis.* 785

Ad Laudes Ant. Filiæ Jérusalem, *V.* Pretiósá. 780

AD MISSAM

Oratio Deus, qui nos, *ut supra.*

Secreta

Múnera, Dómine, oblata sanctífica, et, intercedénte beáto Geórgio Mátyre tuo, nos per hæc a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

Postcommunio

Súpplices te rogámus, omnipotens Deus : † ut, quos tuis réficis sacraméntis, * intercedénte beáto Geórgio Mátyre tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánter tríbuas deservíre. Per Dóminum.

DIE 24 APRILIS

S. FIDELIS A SIGMARINGA MART.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. Lux perpétua, *V.* Sancti et justi. 779

Oratio

Deus, qui beátum Fidélem, seráphico spíritus ardóre succénsum, in veræ fidei propagatióne martyrii palma et gloriósni miráculis decoráre dignátus es : † ejus, quæsumus, méritis et intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide et caritate confirma ; * ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveniri mereámur. Per Dóminum.

Deinde Commem. S. Georgii Mart. Ant. Sancti et justi, *V.* Pretiósá 781. *Oratio* Deus, qui nos, *ut supra.* 786

Ad Laudes Ant. Filiæ Jérusalem, *V.* Pretiósá. 780

In II Vesperis Ant. Sancti et justi, *V.* Pretiósá. 781

AD MISSAM

Oratio Deus, qui beátum Fidélem, *ut supra.*

Secreta

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsque suscéptis : et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum.

Postcommunio

Da, quæsumus, Dómine Deus noster : † ut, sicut tuórum commemoratióne Sanctórum, temporáli gratulamur officio ; * ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum.

DIE 26 APRILIS

SS. CLETI ET MARCELLINI PP. ET MM.

(Semiduplex)

In I Vesperis Ant. Lux perpétua, *V.* Sancti et justi. 779

Oratio

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde : † et per beátos Cletum et Marcellinum Mátyres tuos atque Summos Pontífices, perpétua protectióne custódi ; * quos totius Ecclesiæ præstitisti esse pastóres. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Filiæ Jérusalem, *V.* Pretiósá. 780

In II Vesperis Ant. Sancti et justi, *V.* Pretiósá. 781

AD MISSAM

Oratio Gregem tuum, *ut supra.* 787

Secreta

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclesiám tuam benignus illúmina : ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum.

Postcommunio

Refectióne sancta enutritam guberná, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclesiám : † ut poténti moderatióne dirécta, et incrementa libertátis accípiat ; * et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum.

DIE 27 APRILIS

S. PETRI CANISII CONF. ET ECCL. DOCT.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. O Doctor... beáte Petre, *Y.* Amávit. 793

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *Y.* Justum dedúxit. 770

In II Vesperis Ant. O Doctor, *Y.* Justum dedúxit. 793

Oratio

Deus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum, Confessórem tuum, virtúte et doctrína roborásti : concède propitiús ; ut ejus exémples et mónitis errántes ad salútem resipiscant, et fidéles in veritátis confessióne perseverént. Per Dóminum.

AD MISSAM

Oratio Deus, qui ad tuéndam, *ut supra.*

Secreta

Sancti Petri Confessóris tui atque Doctóris, nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ, et múnera nostra concíliet ; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem : † beátus Petrus Confessor tuus et Doctor egrégíus, * quæsumus, precátor accédát. Per Dóminum.

DIE 28 APRILIS

S. PAULI A CRUCE CONF.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. Similábo, *Y.* Amávit. 770

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui ad mystérium Crucis prædicándum, sanctum Paulum singulári caritáte donásti, et per eum novam in Ecclesiá familiam floréscere voluísti : † ipsíus nobis intercessióne concède ; * ut passióne tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cælis : Qui vivis.

Deinde Commem. S. Vitalis Mart. Ant. Lux perpétua, *Y.* Sancti et justí. 779

Oratio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus : † ut, qui beáti Vitális, Mátyris tui, natalítia cólimus, * intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone, *Y.* Justum dedúxit. 770

Deinde Commem. S. Vitalis Mart. Ant. Filíæ Jerúsalem, *Y.* Pre-tiósá. 780

In II Vesperis Ant. Hic vir, *Y.* Justum dedúxit. 771

AD MISSAM

Oratio Dómine Jesu Christe, *ut supra.*

Secreta

Cæléstem nobis, Dómine, præbeant mystéria hæc passiónis et mortis tuæ fervórem : quo sanctus Paulus, ea offeréndo, corpus suum hóstiam vivéntem, sanctam, tibi que placéntem exhibuit : Qui vivis.

Pro S. Vitale Mart. Secreta Munéribus, *ut die 24 Aprilis.* 787

Postcommunio

Suscépinus, Dómine, divínium sacraméntum, imménsæ caritátis tuæ memoriále perpétuum : † tribue, quæsumus ; * ut sancti Pauli méritis et imitatióne, aquam de

fóntibus tuis hauriámus in vitam ætérnam salientem, et tuam sacratíssimam passiónem córdibus nostris imprésam móribus et vita teneámus. Qui vivis.

Pro S. Vitale Mart. Postcommunio Da, quæsumus, ut die 24 Aprilis. 787

DIE 29 APRILIS
S. PETRI MARTYRIS

(Duplex)

In I Vesperis Ant. Lux perpétua, *Ÿ.* Sancti et justi. 779

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : † ut beáti Petri Mártiris tui fidem cógrua devotióne sectémur ; * qui, pro ejúsdem fidei dilatatióne, martyrii palmam méruit obtinere. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Fíliæ Jerúsalem, *Ÿ.* Pretiósá. 780

In II Vesperis Ant. Sancti et justi, *Ÿ.* Pretiósá. 781

AD MISSAM

Oratio Præsta, quæsumus, ut supra.

Secreta

Preces, quas tibi, Dómine, offérimus, intercedente beáto Petro Mártire tuo, cleménter inténde : et propugnátóres fidei sub tua protectióne custódi. Per Dóminum.

Postcommunio


Fidéles tuos, Dómine, custódiant sacraménta quæ sumpsimus : † et, intercedente beáto Petro Mártire tuo, * contra omnes advérsos tueántur incúrsus. Per Dóminum.

DIE 30 APRILIS
S. CATHARINÆ SENENSIS VIRGINIS

(Duplex)

IN I VESPERIS

Ant.
VIII. G
Ve-ni, sponsa Christi, * áccipe co-ró-nam



quam tibi Dómi-nus præparávit in ætérnum,

alle-lúja.


Ÿ. Spécie tua et pulchritúdine tua, allelúja.

R. Inténde, prospere procéde, et regna, allelúja.

Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus : † ut, qui beátæ Catharinæ Virginis tuæ natalítia cólimus ; * et ánnua solemnité lætémur, et tantæ virtútis proficiámus ex-émulo. Per Dóminum.

AD LAUDES



Sími-le est * regnum cælórum hómini nego-ti-

a-tóri quærénti bonas marga-rítas : invénta una pre-

ti-ósá, dedit ómni-a su-a, et compará-vit e-am,

alle-lúja.


Ÿ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúja.

R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, allelúja.

IN II VESPERIS

Ant.
VII. c

V



tibi Dóminus præparávit in ætérnum, alle-lúja.

V. Diffúsa est, ut in Laudibus.

AD MISSAM

Oratio Da, quæsumus, ut supra. 791

Secreta

Ascéndant ad te, Dómine, quas in beátæ Catharinæ solemnitáte offerimus, preces, et hóstia salutáris, virgíneo fragrans odóre. Per Dóminum.

Postcommunio

Aternitátem nobis, Dómine, cónferat, qua pâsti sumus, mensa cæléstis : * quæ beátæ Catharinæ Virginis vitam étiam áluit temporálem. Per Dóminum.

DIE 2 MAJI

S. ATHANASII EP., CONF. ET ECCL. DOCT.

(Duplex)

In I Vesperis Ant. O Doctor... beáte Athanási, V. Amávit. 793

Oratio

Exáudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti Athanásii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et, qui tibi digne mérui famulári, * ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absolve peccátis. Per Dóminum.

Ad Laudes, Ant. Euge, serve bone, V. Justum dedúxit. 768

In II Vesperis, Ant. O Doctor, V. Justum dedúxit. 793

AD MISSAM

Oratio Exáudi, quæsumus, ut supra. 792.

Secreta

Sancti Athanásii Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus, Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos : ut, per hæc piæ placatiónis officia, et illum beáta retribútio comitétur, et nobis grátia tuæ dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio


Deus, fidélium remunerátor animárum : † præsta ; ut beáti Athanásii Confessóris tui atque Pontíficis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, * précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

PRO DOCTORIBUS


In utrisque Vesperis, Antiphona

II. D


O



Doctor óptime, * Ecclési-æ sanctæ lumen,



be-á-te N., * divínæ legis amátor : deprecáre



pro nobis Fí-li-um De-i. T. P. Alle-lúja.

* Nomina Doctorum Ecclesiæ

Le- o
PetreAnsélme
Jo- ánnes
Cy- ri-leAthaná-si
I- si-dóre

IN I VESPERIS

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúja).

R. Stolam glóriæ induit eum. (T. P. Allelúja).

IN II VESPERIS

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúja).

R. Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúja).

Oratio

Deus, qui pópulo tuo æternæ salútis beátum **N.** ministrum tribuisti : † præsta, quæsumus ; ut, quem Doctorém vitæ habuimus in terris, * intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.



INDEX GENERALIS

	PAG.
Ordo Missæ	1
SABBATO ANTE DOMINICAM IN PALMIS :	
Ad Vesperas	21
Ad Completorium	25
DOMINICA IN PALMIS :	
Ad Matutinum	28
Ad Laudes	55
Ad Primam	67
Ad Tertiam	77
Ad Asperionem aquæ benedictæ	82
Ad Benedictionem palmarum	83
Ad Processionem	94
Ad Missam	103
Ad Sextam	151
Ad Nonam	155
Ad Vesperas	159
Ad Completorium	167
FERIA II MAJORIS HEBDOMADÆ :	
Ad Matutinum	177
Ad Laudes	191
Ad Primam	199
Ad Tertiam	203
Ad Sextam	206
Ad Nonam	209
Ad Missam	211
Ad Vesperas	221
Ad Completorium	225
FERIA III MAJORIS HEBDOMADÆ :	
Ad Matutinum	228
Ad Laudes	241
Ad Primam	245
Ad Tertiam	247
Ad Sextam	249
Ad Nonam	251
Ad Missam	252
Ad Vesperas	285
Ad Completorium	289

FERIA IV MAJORIS HEBDOMADÆ :	PAG.
Ad Matutinum	291
Ad Laudes	301
Ad Primam	307
Ad Tertiam	309
Ad Sextam	311
Ad Nonam	313
Ad Missam	315
Ad Vesperas	350
Ad Completorium	354

FERIA V IN CENA DOMINI :	
Ad Matutinum	356
Ad Laudes	387
Ad Primam	398
Ad Tertiam	400
Ad Sextam	402
Ad Nonam	404
Ad Missam	406
Ad Processionem	416
Ad Vesperas	418
Ad Denudationem Altarium	422
Ad Mandatum	423
Ad Completorium	431
De Officio cum benedicatur Oleum catechumenorum et infirmorum, et conficitur Chrisma	434

FERIA VI IN PARASCEVE :	
Ad Matutinum	451
Ad Laudes	482
Ad Missam Præsanctificatorium	490

SABBATO SANCTO :	
Ad Matutinum	546
Ad Laudes	573
Ad Benedictionem ignis	580
Ad Benedictionem cerei	581
Ad Prophetias	592
Ad Benedictionem fontis baptismalis	611
Ad Litanias	622
Ad Missam	626
Ad Vesperas	633
Ad Completorium	635

DOMINICA RESURRECTIONIS :	
Ad Matutinum	643
Ad Laudes	663

	PAG.
Ad Primam	672
Ad Tertiam	677
Ad Asperisionem aquæ benedictæ	681
Ad Missam	682
Ad Sextam	690
Ad Nonam	693
Ad Vesperas	695
Ad Completorium	706

FERIA II INFRA OCTAVAM PASCHÆ :	
Ad Matutinum	709
Ad Laudes	713
Ad Missam	714
Ad Vesperas	718

FERIA III INFRA OCTAVAM PASCHÆ :	
Ad Matutinum	719
Ad Laudes	723
Ad Missam	723
Ad Vesperas	728

FERIA IV INFRA OCTAVAM PASCHÆ :	
Ad Matutinum	728
Ad Laudes	732
Ad Missam	732
Ad Vesperas	737


FERIA V INFRA OCTAVAM PASCHÆ :	
Ad Matutinum	738
Ad Laudes	742
Ad Missam	743
Ad Vesperas	748

FERIA VI INFRA OCTAVAM PASCHÆ :	
Ad Matutinum	748
Ad Laudes	752
Ad Missam	753
Ad Vesperas	757


SABBATO IN ALBIS :	
Ad Matutinum	758
Ad Laudes	762
Ad Missam	762

APPENDIX. — Festa duplicia et semiduplicia ad modum simplicis recolenda	
	767

Octo Toni




« Peregrinus »




Terminationes

Tonus 1.





Secundus




Toni 7 Gloria Patri ad Introitum.

1. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lórum. A-men. Eu o u a e. Eu o u a e.

2. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sáncto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lórum. Amen

3. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sáncto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lórum. Amen.

4. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sáncto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lo-rum. Amen. Eu o u a e

5. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sáncto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lórum. Amen. Eu o u a e.

6. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sáncto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lórum. Amen. Eu o u a e.






7. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sáncto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lórum. A-men.

8. 
 G Ló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sáncto. * Sic-ut
 é-rat in principi-o, et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-
 lórum. Amen. Eu o u a e.

Tertius

b 
 a 
 a' 
 g 
 g² 

Quartus

g 
 E 
 c 
 A 
 A* 






Quintus



Sextus



Septimus

a 
 b 
 c 
 c² 
 d 

Octavus

G 
 G* 
 c 